Digitized by Google

69 — 9

104 — 3

125 — 3 — 20

Digitized by Google

113

FLL
24997

Digitized by Google

Digitized by Google

~~Cax. 3 est. 3 n.o~~

Est.e 15 - Cax. 5 - Lib. 4

Digitized by Google

Digitized by Google

R204645
24997

NICOLAI VITIGOZZII

PATRITII REIP. RAGVSINÆ
COMMENTARIA

IN SERMONEM AVER.

DE SVBSTANTIA ORBIS.

Et In Propoſitiones de cauſis.

HIS ACCESSERE

Rerum ſcitu maxime dignarum Indices copioſi.

CVM PRIVILEGIO.



VENETIIS, Apud Bernardum Iuntam.

M D L X X X.

Digitized by Google

Soy de la Libreria
del Colegio
de la Concepcion
de Alcalá.

Digitized by Google

PROPOSITIONVM,
ATQVE CONCLVSIONVM
AVERROIS CORDVBENSIS,
Quæ in ſermone de Subſtantia Orbis continentur,

Index Primus.

Rationes, quibus oſtendit Commentator corpus cæleſte habere materiam & formam uide tex. 2.

Corpus cæleſte diuiditur in per ſe mouens & per ſe motum tex. 3.

Differentia materiæ, & formæ corporum cæleſtium & harum inferiorum tex. 5. 6.

Qualis ſit ſubſtantia cæli, quantum ad materiam & formam, comparando ipſas ſub conuenientia, atque differentia ad ſubſtantiã rerum generabilium & corruptibilium, & qualis ſit denique cõpoſitio cæli ex materia & forma, comparando eam ad compoſitionem generabilium & corruptibilium. tex. 8. uſque ad tex. 15.

De natura materiæ primæ ſecundum propriam eſſentiam text. 15. uſque ad tex. 17.

De natura materiæ primæ ſecundũ propriam intellectionẽ. tex. 17.

De natura materiæ in ordine ad formas ſubſtantiales: tex. 18. uſq; ad tex. 33.

Duplex modus dimenſionum differentium ad inuicem. tex. 19.

Subiectum dimenſionum interminatarum. tex. 20.

Qua ratione dimenſiones interminatæ ſint inſeparabiles a ſubiecto. tex. 24. 25.

De natura formarum receptarum in materia. tex. 26.

Quod formæ in materia ſint contrariæ. tex. 27.

Formæ, quæ carent contrarijs nec ſunt generabiles nec corruptibiles. tex. 28.

Quomodo materia non poteſt eſſe otioſa ad ſuſcipiendas multas formas ſpecie diſtinctas, ſimul, & ſucceſſiue. tex. 30.

Materia prima ſi unam formam tantum habuiſſet, non diuideretur

per formam, neque forma per eius diuiſionem.tex.32.

Forma, quæ dimenſiones in materia præcedit, eſt diuiſibilis ad diuiſionem ſubiecti.tex.33.

Impugnatio de dimenſionibus interminatis in materia ſecundum Auicennam.tex.34.

Modus, quo Ariſt. cognouit formas corporum cæleſtium ineſſe in materia mediantibus dimenſionibus interminatis.tex.37.

Quomodo corpora cæleſtia recipiant dimenſiones ad differentiam horum inferiorum.tex.39.

Formæ corporum cæleſtium non conſtituūtur per ſubiectum.tex.40.

In abſtractis a materia efficiens & finis non differunt.tex.41.

Quomodo corpora cæleſtia ſint uiua, & appetibilia.tex. 43.

Animæ corporũ cæleſtiũ non acquirunt æternitatē ab alio.tex.45.

Corpora cæleſtia non componuntur ex materia & forma, ſicut hæc generabilia.tex.48.

Forma corporum cæleſtium non eſt de genere formarum quatuor elementorum.tex.49.

Quomodo corpora cæleſtia ſint cõpoſita ex anima et corpore.tex.51

Anima corporũ cæleſtium facit ea eſſe, neque grauia neque leuia, & moueri circulariter tex.52.

Quare animalia inferiora non mouentur circulariter. tex. 53.

De natura corporis cæleſtis, ex parte corporis tantum. tex.55.

Differentia inter animã cæli, & animã horum inferiorum. tex.57.

Differentia inter animalia cæleſtia, & inferiora.tex.59.

Quomodo corpus cæleſte indiget largiente ſibi permanentiam æternam, in ſe, & in ſua ſubſtantia, & in motu proprio.tex.61.

Duplex eſſe agentium.tex.64.

Cauſa agens datur in æternis.tex.65.

Conueniētia cæli, & animantiũ inferiorũ ex parte corporis. tex.67.

Diuerſitas numeralis dimenſionum materiæ in actu ſub diuerſis formis, unitaſque dimenſionum materiæ in potentia ad plures actus. tex.69.

Vtrum illa natura corporalis corporum ſit una, aut plures; & ſi una utrum una potentia, aut actu, & ſi plures ſimiliter. tex.70

Conuenientia, atque differentia materierum atque dimenſionum corporum generabilium & cæleſtium ex parte corporum.tex.72

In quibus corpora generabilia, & cæleſtia differant ex parte formarum exiſtentium in eis.tex.73.

In quibus accidentibus corpora generabilia & cæleſtia differant, &

& conueniant, tex. 77.
Quod corpora cæleſtia poſſũt calefacere, & ſi nõ ſunt calida. tex. 82
Lux calefacit per reflexionem radiorum. tex 83.
Calor corporum cæleſtium & inferiorum, dicitur æquiuoce. tex. 84
Nõ ſequitur omne faciẽs aliquod accidens diſponi per illud. tex. 86
Quæ ſit differentia inter mouens in loco & alterans. tex. 88.
Vtrum diſpoſitio, per quam corpora cæleſtia alterant iſta inferiora ſit de genere qualitatum actiuarum agentium inferiorũ. tex. 89
Quare motores corporum cæleſtium non ſint uirtutes in corpore, ſicut ſunt mouentia animalium inferiorum. tex. 95.
Quæſtio, an corpus cæleſte præter motorem eius abſtractum ſit compoſitum ex materia & forma. tex. 96.
Quod non datur neceſſarium ab alio, & poſſibile ex ſe contra Auicenam. tex. 99.
Vtrum corpora cæleſtia ſint finitæ actionis. tex. 100.
Infinitum duobus modis dicitur. tex. 101.
Corpora cæleſtia ſunt infinitæ actionis in tempore, & non in uigore. tex. 103.
Conuenientia, atque differentia corporum cæleſtium & inferiorum, quo ad uirtutes eorum. tex. 104.
Non ſequitur, & ſi corpora cæleſtia ſunt uirtutis finitæ in uigore, quod ſint etiam uirtutis finitæ in tempore. tex. 105.
Quod ſi corpus compoſitum ex materia & forma poſſibile eſſet uirtutis infinitæ in tempore, poſſibile eſſet etiam in uigore. tex. 106
Non ſequitur, & ſi corpora cæleſtia non ſunt uirtutis infinitæ in uigore, quod ſint compoſita ex materia & forma tex. 107.
Duplex compoſitio corporum. tex. 110.
Corpus æquiuoce dicitur de æterno, & non æterno, tex. 111.
De natura motorũ appropriatorum corporum cæleſtium. tex. 113.
De natura motorum appropriatorũ, quo ad eſſentias eorũ. tex. 114.
De motore primo tex. 115.
Primus motor eſt cauſa continuationis motus. tex. 116.
Qualis ſit primus motor ſecundum ſe, & eſſentiam ſuam. tex. 117.
Dator continuationis motus, eſt dator motus cæli. tex. 118.
Qualiter primus motor ſit cauſa omnibus entibus. tex. 119.
De cæli ſimplicitate, ac ſpiritualitate. tex. 121.
Cælum habet potentiam, quæ ſit tantum ad ubi. tex. 122.
Materia corporum cæleſtium habet eſſe medium inter potentiam et actum. tex. 122.

Materia

Digitized by Google

Materia habet gradus.tex.122.

Contra quæſtionem famoſam Ioannis Grammatici erga Peripateticos.tex.124.

Finis primi Indicis.

EORVM, QVAE IN COMMENTARIIS Nicolai Viti Gozzij ſcitu digna continentur, Index ſecundus.

Materia cœli non ſequitur motum localem, ut eſt ſubſtantia ſimplex com.1.

Quomodo corporeitas dicatur eſſe genus de materia ſuperiorum & inferiorum com.5.

Quomodo intelligatur, quod etiam tranſmutatio accidentalis fecit deperdere nomen, atque diffinitionem.com.8.

Quomodo forma ſit ſubiectum tranſmutationis.com.9.

Eſſe agentis præcedit potentiam compoſiti.com.11.

Actum compoſiti poſteriorem eſſe poſſe eius ſubiecti, non autem compoſiti.com.11.

Quod materia nõ ſit in actu entitatiuo, cõtra Doctorẽ Scotũ cõ.14.

Quomodo ſubiectum accidentium ſit ens in potentia.com.14.

Materia ratione eius appetitus non magis perficitur una forma per fectiſſima, quam minus perfecta, com.14.

Forma differẽter dicitur eſſe in actu, & cõpoſitũ eſſe in actu.cõ.14.

Potentia materiæ quomodo dicitur, ut forma ſubſtantialis materiæ.com.15.

Quomodo potentia materiæ ſit de eſſẽtia eius, & quõ non. com. 16.

Quod rationes. D. Thomæ non concludunt contra poſitionem Auerois, de dimenſionibus in materia.com.18.

Quomodo dimenſiones de mente Auerois, ſint priores formis, & quomodo poſteriores. com.19.

Quod compoſitum ex ſubſtantia & accidente non poteſt eſſe uerum ſubiectum accidentium com.20.

Quomodo compoſitum differt ab indiuiduo.com.21.

Quomodo pati eſt contrarium actui.com.21.

Impugnatio contra opinionem Beati Thomæ de dimenſionibus & corpore in potentia.com.22.

Trina dimenſiones interminata, quomodo ſint corpus ſimpliciter, et quomodo non.com.25.

Quod

Quod forma dimenſionis interminatæ, non ſit forma corporeitatis. com. 26.
Dimenſiones interminatæ ſunt media diſponentia materiam ad ſuſcipiendas diuerſas formas. com. 26.
Forma materiæ primæ non denudatur ab ea, nec è conuerſo. com. 26.
Formæ elementorum ſunt contrariæ, & ſecundū ſubſtantias. com. 27.
Quomodo formæ in materia habeāt contrarium, & contradictoriū. com. 28.
Quæ ſit differentia inter opinionem Anaxagoræ, & Ariſt. de unitate materiæ primæ. com. 30.
Forma non eſt diuiſibilis ad diuiſionem compoſiti. com. 30.
Materia non ſolum eſt diuiſibilis ex parte dimenſionum, uerumetiā ex parte formarum. com. 31.
Formæ, quæ habent eſſe in materia recipiuntur in ea poſt diuiſionē materiæ. com. 32.
Triplex gradus formarum reperitur ſecundū Cōmentatorē. com. 33.
Dimenſiones ſequentes formam, non diuidunt formam. com. 33.
In æternis non datur prioritas temporis, niſi tantum naturæ. co. 33.
Quod forma præcedens dimenſiones interminatas ſecundum Auicennam, erat forma generica. com. 34.
Quod forma corporeitatis non datur in materia. com. 35.
Quod forma corporeitatis non daret eſſe in materia imperfectum, quemadmodum putauit Auicenna. com. 35.
Formæ corporum cæleſtium non habent eſſe in materia. com. 37.
Differenter dicitur habere eſſe in corpore, & habere eſſe in materia. com. 37.
Motus corporum cæleſtium dupliciter poteſt ſumi. com. 38.
Motus corporum cæleſtium non habent contraria. com. 38.
Corpora cæleſtia non recipiunt dimenſiones prima receptione. co. 38
Formæ corporum cæleſtium non recipiuntur in materia, mediantibus dimenſionibus interminatis. com. 39.
Dimenſiones terminatæ immediate recipiuntur in forma. Com. 39.
Quæ ſint accidentia proprie propria, & quæ proprie non propria. com. 39.
Corpora cæleſtia, ut corpora ſunt magis idonea ad recipiendum dimenſiones terminatas, quam formas. com. 39.
Materia corporum cæleſtium non habet eſſe ab intelligentia. co. 40
Formæ corporum cæleſtium non mouentur per accidens, nec ſecundum ſe, nec ab alio. com. 42.

Aliud

Digitized by Google

Aliud eſt eſſe per ſe, per partem, & per aliud. com.
Quæ ſit differẽtia inter hominẽ animatũ, et corpus animatũ. cõ. 43.
Quomodo fit appetitus in corporibus cœleſtibus. com. 43.
Ex ſe & per aliud qũo repugnant adinuicem, & qũo non. com. 43.
Per ſe, per aliud, & ab alio differunt. cnm. 43.
Nullum generabile contingit eſſe æternum. com. 45.
Quæ ſint fundamenta Ariſtotelis, quibus oſtendit generabile non poſſe eſſe æternum. com. 45.
Quare ſermo de ſubſtantia orbis dignior eſt nomine ſermonis, quam libri. com. 46.
Natura corporis cœleſtis dupliciter conſideratur. com. 47.
Dignius eſt naturã corporis cœleſtis ſumere ex parte principij paſſiui quam actiui. com. 47.
Potentia in cœlo dupliciter poteſt ſumi. com. 48.
In æternis non eſt potentia materiæ primæ. com. 48.
Potentiam non eſſe niſi ad duo contradictoria, duplicem ſenſum poteſt habere. com. 48.
Elementum dupliciter conſideratur in uia Peripatetica. com. 49.
Motus naturalis, motus animalis, motus uiolentus, & motus non naturalis differunt. com. 51.
Motus naturalis naturaliter dictus, differt à motu non naturali, ſed naturaliter dicto. com. 51.
Ad motionem circularem cõtingit, quod illud corpus ſit primo neq; graue neque leue. com. 52.
Quomodo corpus cœleſte, ut corpus, dicitur eſſe compoſitum ex mouente & moto. com. 55.
Vnde corpus cœleſte dicatur indiuiduum demonſtratum, & ens demonſtratum in actu. com. 56.
Circulatio proximum eſt accidens in corporibus, ac proximius, quã motus. com. 56.
Materia in corporibus cœleſtibus eſt finis non finalis, forma autem finis finalis. com. 56.
Vtrum illud quod eſt in corpore propter materiã, ſit ita propinquũ materiæ, ſicut illud quod eſt in materia propter formã. com. 56.
Anima & intellectus in corporibus cœleſtibus differunt tantum ratione. com. 57.
Quomodo Deus ſit mouens ad extra, & quomodo ad intra intelligentiarum mouentium. com. 58.
Corporum cœleſtium eſſe non eſt per animam ſenſitiuam & imaginati-

Digitized by Google

natiuam.com.60.

Quomodo corporum cœleſtium permanentia in ſe, & eorum ſubſtātia ſit ab alio effectiue.com.61.

Quomodo corpori cœleſti non repugnat finita actio logice, & quomodo Phyſice, com.61.

Eadem eſt uirtus largiens permanentiam, atque æternitatem corporibus cœleſtibus, & largiens accidentia eis. com. 62.

Menſura corporis cœleſtis, quot modis capi poteſt. com. 62.

Quomodo conuenientia ſit ſecundum conuenientiam uirtutum, & quomodo per oppoſitum. com.62.

Quomodo finis non ſignificat agens ſignificatione neceſſaria, ſicut mouens motum. com.64.

Quare agēs inferius præcedat actum tempore, et non natura.cc.64.

Quomodo ualet hæc conſequentia, ſi eſt mouens ergo eſt agens.co.65

Duplex medium habuit Commentator in pertractando ſermonem de ſubſtantia orbis.com.67.

Dimenſiones corporum inquantum ſunt corpora duplicem conſiderationem habent com.67.

Quomodo materia dicitur una numero in potentia, & quomodo in actu, ita ſimiliter de dimenſionibus.com.68.

Vtrum illa unitas numeralis dimenſionum in materia per formam ſit alia realiter ab illa unitate materiæ per formam.Com.98.

Vnam corporeitatem transferri in aliam, impoſſibile eſt.co.69.

Duplex eſt appetitus materiæ.com.71.

Materia, ut eſt fundamentum naturæ, non multiplicatur in potentia.com.71.

Potentia illa, qua dicitur materia una, & multa, eſt alia numero. com.71.

Quomodo dicuntur hæc corpora eſſe generabilia, & corruptibilia; cum impoſſibile ſit corpora generari. Com.71.

Alterationis duplex ſpecies ſecundum Commentatorem.com. 77.

Differenter uidetur aliquid habere unam naturam communem ad aliqua, & habere unam ſiue eandem ad aliqua.com.78.

Solutio contradictionis in quibuſdam uerbis Auerrois.com.78.

Aliud eſt corpus eſſe luminoſum, & aliud illuminoſum.com.80.

Corpora cœleſtia ut orbes non ſunt luminoſa ſecundum ſe. com.80.

Stella & eius orbis eſt eiuſdem rationis & naturæ, ſed ſtellæ, & orbes adinuicem non ſunt eiuſdem rationis, licet ſint eiuſdem naturæ.Com.80.

Digitized by Google

Corpora tripliciter calefaciunt ſecundum uelocitatem motus .co.82
Lumen corporum ſuperiorum atque inferiorum, non eſt eiuſdem rationis, generis, nec eiuſdem rationi, ſpeciei, niſi tantũ ratione proportionis ad actum.com, 83.
Neceſſarium in genere, & neceſſarium in ſpecie.com. 86.
Non omne faciens aliquod accidens diſponitur per illud. com. 86.
Poſſibile eſt concedi in uia Peripatetica aliquod actiuum abſq; ſuo paſſiuo in eodem genere, minime autem in alio & in alio genere . com.91.
Quæſtio utrum motus corporum cœleſtium, uſque nunc ſint infiniti uel non.com.95.
Virtutem in materia eſſe finitam, dupliciter conſideratur. com.95.
Virtus in materia ſiue ſit actiua ſiue paſſiua ſemper eſt finitæ actionis. com.97.
Non datur uirtus imaginatiua in corporibus cœleſtibus contra Auicennam.com. 98.
Quod non datur in uia Philoſophi poßibile ex ſe, & neceßarium ab alio .com. 99.
Non ualet in duobus medium Metaphyſicæ Auicẽnæ, ad oſtendendum primum principium eſſe.com.99.
Vnde corpora cœleſtia non mouerent ſtellas, ſi haberent eas uel maiores, uel minores, cum careãt grauitate, atque leuitate.com.100
Virtus corporalis, & uirtus exiſtens in corpore differunt.com. 102.
Corpora cœleſtia conueniunt in tẽpore, & differunt in motu.co.102
Quomodo uirtutes abſtractæ ſint uirtutis infinitæ intenſiuæ.co.102
Quæ æquiuocatio cadat in ſcientia demonſtratiua .com.108.
Aeternum, & non æternum non conueniunt nec in genere Phyſico, nec in genere logico.com.111.
Forma ſiue ſit in materia, ſiue abſtracta, nunquam denudatur ab actione propter quam eſt.com.111.
Intelligentiæ adinuicẽ nõ diſtinguũtur nec loco nec ſubiecto.co.113.
Vnde eſt appetitus in corporibus cœleſtibus.com. 114.
Dependentia a primo arguit finitatem in ſubiecto. com. 116.
Intelligentiæ differenter dicuntur mouentes non motæ, & primum mouens non motum. com. 117.
Quomodo primum motum dicitur moueri ex ſe, & ex alio per accidens.com.120.
Corpora cœleſtia non ſunt unius ſpeciei uniuoce.com.121.

FINIS.

Index

Digitized by Google

INtellectus noſter mediantib. ſubſtantiis, abſtractis, dilectiſſimum, ſummumque obiectum intuetur, tanquã per ſpecula quædam, u ide.com. 1.

Recipit intellectus noſter diuinam bonitatem, eſſentiamque per fluxum quoddam ſpirituale a prima cauſa.com. 1.

Deus ſicut eſt cauſa intellectualium ſubſtantiarum per ſimplicem emanationem, ita eſt cauſa primarum, ſecundariarumque operationum per emiſſionem ſplendoris com. 1.

Quod eſt cauſa cauſæ, eſt magis cauſa cauſati in alio, & in alio ordine.com. 1.

Deus, ut centrum quoddam in hac ſphera intellectuali conſtituitur. com. 2.

Summum eſſe magis commune eſt, quam æternitas.com. 2.

Deus Benedictus per comparationem ad ea, quæ cum æternitate ſunt, & poſt æternitatem, ipſe ſolus eſt ante æternitatem..com. 2.

Intelligẽtiæ beatæ ſimul cum æternitate naturã eſſendi poſsidẽt.c. 2.

Eternitas quid eſt.com. 2.

Differentia inter æuum & tempus.com. 2.

In quo diſcrimine Plato & Ariſtoteles fuerint circa animas corporum cæleſtium.com. 2.

Plato mundum ſuperiorẽ, ut mundũ inferiorẽ imaginatus eſt. co. 2

Auctor in tertio gradu poſuit animas corporum cæleſtium ad differentiam Platonicorom.com. 3.

Animæ eſt proprium mouere.com. 3.

Anima quanto magis elongatur ſecundum ſui naturam a materia ſubiecta, tanto magis aſſequitur aliud nomen, quam nomen animæ.com. 3.

Vnde anima phyſiche appellata eſt.com. 3.

Intelligentiæ per modum contemplationis producunt animas orbium.com. 3.

Operatio intellectualis atq; diuina e conuerſo reperitur in ſubſtantijs ſuperioribus, atque inferioribus.com. 3.

Intellectus ſecundum portionem inferiorem, gubernat atque miniſtrat hæc inferiora.com. 3.

Anima orbis eſt ſicut ſtramentum intelligentiæ.com. 3.

Intellectus noſter non poteſt de ſummo obiecto recte aliquid cernere, niſi intelligat primum creatum entium.com. 4.

Digitized by Google

Inter primam cauſam, & primum cauſatum nõ contingit mediũ.4.
Agens naturale in ſui actione materiam ſupponit. Com. 4.
Quid eſt creatio. com. 4.
Mundum ſecundum Platonem ſemper fuiſſe. com. 4.
Deus ſolus eſt creator rerum. com. 5.
Impoſſibile eſt creatura habere naturam creandi. com. 5.
Ad potentiam creantem tria requiruntur. Com. 5.
Impoſſibile eſt Deo cauſam aliquam priorem ſibi anteponere. co. 5.
Quæ ſit differentia inter Auctorem & Auicenam in creatione ſubſtantiarum abſtractarum. com. 5.
Impoſſibile eſt ſubſtãtiã creatã totam felicitatem eſſe cuiuslibet intellectus. co. 5.
Impoſſibile eſt plures intelligẽtias ſuperiores, atq; primas eſſe co. 5
Diuinus Plato arbitratur tã ſuperiores ſubſtantias intellectuales, quam hanc noſtram a Deo procreari. com. 5.
Duæ fuerunt opiniones de cognoſcendo Deo, eorum qui Peripateticam doctrinam ſectantur. com. 6.
Magis cõſonũ eſt Ariſt. negaſſe alium ſtatum poſt obitum. com. 6.
Non eſt impoſſibile intellectui in hoc ſtatu intelligere Dei quiditatem. com. 8.
Nõ diuiditur intelligẽtia, quia nõ ingreditur opus materiæ. com. 7.
Intellectus non apprehendit res ſecundum modum rerum. com. 7.
Intelligẽtiæ ſuperiores diuidũtur ĩ duo, ſcilicet in eſſe, et eſſẽtiã. co. 7
Intelligẽtiæ ſuperiores non intelligunt res per ſubſtãtiam earũ. co. 8
Dei autem propriũ eſt omnia per ſuã eſſẽtiam intelligere. com. 8.
Intelligentia inferior ſcit quod eſt ſupra ſe, quia ab eo acquirit bonitates. com. 8.
Fixio intelligentiæ dicitur eſſe, quod loco formæ in ſuperioribus habetur. com. 9.
Quælibet intelligentia compoſita eſt ex actu & potentia. com. 9.
In his inferioribus poſſibile eſt, quod potentia ſubiectiua a potentia actiua ſit diſtincta. com. 9.
Deus omnia contemplatur per eſſentiam ſuam propriã, & gubernat propter bonitatem ſuam. com. 9.
Entia ſpiritualia lumine intelligibili participant, ſecundum magis & minus. com. 10.
Illæ ſubſtantiæ, quæ magis propinquæ ſunt Deo Benedicto, magis redactæ ſunt ad unitatem. com. 10.
Intellectus omnia, quæ inferiores ei potentiæ per plura apprehendũt

ipſe

ipſe ad unicum actum reducit.com.10.
Intelligentiæ quanto ſuperiores ſunt, tanto magis per ſpecies magis uniuerſales intelligunt.com.10.
Intellectus ille perfectior eſt, qui per unum uniuerſale poteſt ſingula propria cognoſcere, quam qui poteſt.com.10.
Materia prima continue, atque perpetue nouis formis non perficeretur, niſi ſit à uirtute diuina ei impreſſum.com.11.
Cauſa cōtinuationis, atq; ꝑpetuitatis eſt forma quę ſtā diuina.co.11.
Obiectum intellectus eſt, quod quid eſt in materia.co.11.
Deus nō tātū uniuerſalia, uerūetiā & particularia cognoſcit.co.11.
Vnūquodq; alteri ineſt per modum eius cui ineſt.com.12.
Plures animas non eſſe in quolibet homine ſecūdum Platonē.co.12.
Vna intelligentia intelligit alteram, quia numerātur inter ſpecies intelligibiles.com.13.
Intelligentia inferior non intelligit ſuperiorem per eſſentiam ſuperioris. Com.12.
Intellectus locus dicitur ſpecierum non materia. com.12.
Vna intelligentia intelligit alteram per ſpecies defluxas a primo.com.12.
Abſtractiores ſunt formæ intelligibiles a materia, quam efficientes motum.com.12.
Intellectus, & intellectum in nobis differt.com.13.
Intellectus noſter non eſt liberatus a materia ſimpliciter.com.13.
Vtrum intellectus corruptis phantaſmatibus intelligat aliquid, nihil ueritatis apud Philoſophum extat.com.13.
Angelus licet intelligat eſſentiā ſuam, non tamen per eſſentiā.co.13.
Quomodo intelligitur, in abſtractis a materia, idem eſt intellectus, & intellectum.co.13.
Corpora cœleſtia ſortita ſunt habere animas propter motum.co. 14.
Proprie uiuere dicimus, quæ interne a ſe ipſis mouentur.com.14.
Dator intellectus eſt dator ſpecierum intelligibilium.com.14.
Intellectum noſtrum eſſe tanquā tabulā raſa, in quam nihil eſt pictum ſecundum Ariſt.nihil differt a Platonis doctrina.com.14.
Quælibet cauſa in productione ſui effectus intendit eum quantum poſſibile ſit ſibi ipſi aſſimilare.com.15.
Neceſſe fuit Deo in creatione rerum creare ſubſtantiam aliquam ſpiritualem, atque intellectualem.com.15.
Quælibet ſubſtantia immaterialis in actu, neceſſe eſt quod intelligat ſuam eſſentiam.com.15.

In-

Intelligentiæ ſunt uirtutis infinitæ in duratione.com. 16.
Deus ſecundum mentem Ariſt.non infiniti uigoris in ſe.com.16.
Cur Deus ſolus dicitur infinitæ actionis. com. 16.
Infinitum infinito addi non poteſt.com. 17.
Intelligentiæ in infinitate ad inuicem comparari poſſunt. com.17.
Intelligentia, quæ propinquior eſt primo, plus eſt infinita quam elongata a primo.co.17
Quanto uirtus plus elongatur a primo, tanto magis ſuum mobile pluribus motibus mouet.com.17.
Nihil exiſtere, nullumque eſſe ſibi comparare poteſt ſine exiſtentia Dei Opt.Max.com.18.
Actio intellectus eſt comprehenſio.com.18.
Deus eſt primum, ac principale principium cuiuslibet uitæ.com.18
Deus eſt cauſa, motus, ac actus animæ ſecundnm ſe ipſum . com. 18.
Intelligentiæ ſunt intelligentes per participationē immobilē.co.18
Nos autem ſumus intelligentes per participationem mobil.com.18
Plato imaginatus eſt duplex genus mundi . Com. 18.
Vnde intellectus noſter futura uideatur uaticinari . com. 18.
Intelligentia illa, quæ propinquior eſt primo, non tantum intelligētia, uerum etiam diuina dicitur.com.19.
Intelligentia, quæ propinquior eſt primo, in maiori copia recipit ex bonitatibus diuinis.com.19.
Ordo intelligentiarum diuiſus eſt, non tantum apud Theologos, uerum etiam apud Philoſophos.com.19.
Conditio diuinorum ſecundum Plat.com.16.
Intellectus agens nō eſt cauſa rei in eſſe tali, a quo res denominatur. com.19.
Anima noſtra intellectiua in confin io æternitattis atque temporis eſt conſtituta co. 19.
Cauſa prima regit res omnes creatas abſque diminutione ſua uirtutis, atque perfectionis.com. 20.
Quid eſt prouidentia ſecundum Platonem, com. 20.
Deus eſt conditor mundi, & omnium indiuiduorum, quæ ad perfectionem mundi ſpectant. Com.20.
Quomodo Plato inſeruit prouidentiam quandā cauſis ſecūdis.co.20
Quid eſt prouidentia cauſarum ſecundarum. com. 20.
Deus eſt ſummum bonum, communicatiuum, atque diffuſiuum in omnibus.com.21.

Deus

Digitized by Google

Deus eſt diues magnificus.com.21.

Nomina rerum inuenta ſunt ab intellectu noſtro.com. 22.

Quod eſt abſtractum eſt diminutum.com.22.

Aliquod nomen Deo, proprie atque ſubſtantialiter conuenit.co.22.

Diuinam eſſentiam unuſquiſque noſtrum ignorat ſecundum quid eſt. com.22.

Bonitatem atque ſapientiam Dei ex creaturis cognoſcimus.co.22.

Intelligentia, quæ propinquiſſima eſt Deo, ſublimiorem uirtutem cæteris ſortita eſt.com.26.

Regimen atque gubernatio conuenientius ad unum, quod eſt per ſe unum pertinet, quam ad multitudinem.com. 23.

Tota gubernatio atque regimen mundi ad unum eſt referēda co.23

Regulatiua uirtus in quo conſiſtat.com.23.

Perfectius eſt intellecta agere, quam intellecta ſcire.com. 23.

Ariſtoteles non concedit intelligentias, niſi ſecundum numerum motuum cæleſtium.com.23.

Intelligentiæ duplici intentione mouent corpora cæleſtia ſecundum Auer.com.23.

Intelligentiæ inferiores potius miniſtrare, quā regere dicūtur.co.23

Metaphyſica ideo dicitur ſcientia diuina, quia de Deo unico præcipue conſiderat.co.23.

Agens & actio prima cauſa identificantur.com.24.

Omnia, quæ à Deo fluunt, ſecundum unam diſpoſitionē fluunt.c. 24.

Diuerſitas intelligentiarū prouenit ex diuerſitate naturarū. co.24.

Diuerſitas rerum fit ſecundum propinquitatem & diſtantiam à primo. com.24.

Diuerſitas ex parte recipientium prouenit, ſi natura recipientium ſit diuerſa com.24.

Si ageus eſt diuerſum, & recipiens unum, diuerſitas accidit ex parte agentinm.com.24.

Si unū agens & unū recipiēs, nulla prorſus accidit multitudo.co.24

Multitudo, atque inæqualitas non eſt preciſe a natura recipientium com.24.

Origenis opinio de diuerſitate rerum.com.24.

Sunt aliquæ ſubſtantiæ, quæ non indigent cauſa generāte in earum eſſe.com. 25.

Per ſe ſubſiſtere nihil aliud eſt, quam in ſuo eſſe carere materia, atque forma.com.26.

Quod

Digitized by Google

Quod conſtat ex duobus principijs naturalib. nō eſt uere unitū. co. 25.
Vnitas uere atq; primo reperitur in primo, deindc ſequēti eū. co. 25
Omne quod generatur non eſt neceſſe, quod oīno motu uacet. com. 25
Quælibet ſubſtantia præter Deum Benedictum eſt creata. com. 25.
Quicquid habet eſſe, propter primā cauſam neceſſe eſt habere. co. 25
Quod ſtat per ſuam eſſentiam non habet materiam. com. 26.
Corruptio rerum fit propter appetitum materiæ. com. 26.
Compoſita per ſe non ſubſiſtunt. com. 26.
Forma propriè non eſt cauſa corruptionis. com. 27.
Anima intellectiua non eſt forma informans corpus. com. 27.
Nullum corpus eſt ſubſtantia, quæ per ſubſiſtit. com. 28.
Repugnat aliquid per ſuam ſubſtantiam ſtare, & habere uirtutem in ſubiecto. co. 28.
Materiam impoſſibile eſt inuenire ſine compoſito eſſe. com. 29.
Forma, quæ caret materia eſt ſtans per propriam eſſentiam. com. 29
Duæ ſunt naturæ, quæ tempore menſurantur. com. 30.
Cælum atque ſubſtantia eius facta eſt in tempore. com. 30.
Hunc mundum temporalem factum eſſe ad exemplar mundi intellectualis iuxta Platonem. co. 31.
Intellectus ſecundum Philoſophum corruptis phantaſmatibus non eſt poſſibilis ad ſpecies actu intelligibiles conuerti. com. 31
Dæmoniacā naturā in uniuerſo exiſtere, ſecundum Ariſt. impoſſibile eſt. co. 31.
Ens proprie dicitur de rebus æternis. com. 32.

FINIS.

Digitized by Google

NICOLAI VITI GOZZII,

PATRITII REIPVB. RAGVSINAE COMMENTARIA,

In ſermonem Auerrois Cordubenſis de ſubſtantia orbis.

I*N hoc tractatu intendimus perſcrutari de rebus &c.* Nemini dubium eſt Auerroem ſummũ Peripateticum ſeruaſſe illum ordinem in conficiendo hunc ſermonem de ſubſtantia Orbis, quem alii Peripatetici ſeruarũt, videlicet conſtituere primo ſubiectum quod dignius intentio nuncupatur. ideo ne de tanto uiro qualis fuit Auctor in hac re dubitemus, planè conſtat, hic ſubiectum conſtituiſſe corpus cœleſte, vt quid compoſitum ex anima mouente, & corpore moto, ex conſequentibusque primo ipſum: in hoc enim tractatu intendit perſcrutari de rebus ex quibus conſtat corpus cœleſte. intentio autem eſt proprie illud quod latini ſubiectum vocãt. Ad notitiam cuius rei notandum eſt primo, quod apud doctrinam Auerrois multum intereſt inter corpus cœleſte in quantum corpus, & inquantum cœleſte, & in quantum Orbis. Corpus enim cœleſte dicitur corpus in quantum habet tres dimenſiones naturales, & Mathematice eo determi- Tex. 1. Cap. 1. Com.

natas, vt eſt in prædicamento quantitatis conſtitu-
Cõ.41 tum, ex quo verificatur ſententia Auctoris 12. Me-
taphyſicæ, quòd in cœlo nulla alia ſit potentia niſi
ad quietem. cœlum enim accipitur ibi ſecundum
Commentatorem, vt omnibus Auerroiſtis viſum
fuit, pro corpore in quantum corpus. Alio modo
etiam ſumitur corpus cœleſte in quantum cœleſte,
ex hoc tantum quia habet rationem incorruptibi-
litatis, & æternitatis, ſemperque moueri, quo mo-
do captum non poteſt comparari cuilibet corpori
ſecundum quantitatem, quemadmodum eſt de ra-
tione propria corporis in quantum corpus. ex quo
Cõ.21. verificatur ſententia Auctoris 10. Metaphy. & pri-
Cõ.5. mo cœli, quum ait, corpus quod dicitur de corru-
ptibili & incorruptibili, dici æquiuoce. alludit enim
Commentator ad corpus cœleſte, ſecundum quòd
eſt cœleſte, æternum omnino. Tertio ac vltimo
modo accipitur corpus cœleſte apud eum, ſecundũ
quod eſt Orbis & hoc dupliciter, primo inquantum
habet figuram circularem formam conuenientem
Cõ.44 illi perfecte: ex quo verificatur ſententia Auctoris
primo cœli, quum ait, cœlum eſt manifeſtum per ſe
quòd ſit ſphera perfecta. ſecundo, vt eſt quid com-
poſitum ex anima mouente & corpore moto, quo
modo capiendo intitulatur iſte Sermo de ſubſtan-
tia Orbis, ideſt de ſubſtantia cœli inquantum eſt
quid compoſitũ ex materia eiuſque forma, & ex cõ-
ſequentibus ipſum. His habitis igitur accedamus
ad expoſitionem textus. [In hoc tractatu intendi-
mus perſcrutari de rebus ex quibus cõponitur cor-
pus cœleſte.] Reddit Commentator auditorem doci
lem in primis, cum oſtendit quibus de rebus in hoc
tractatu ſit acturus, quibusque vijs ſit determinatu-

rus

Digitized by Google

rus hunc ſermonem de ſubſtantia Orbis, ibi quando dicit (quia declaratum eſt &c.) Ideo bene ait (primo, quod in hoc tractatu intendimus perſcrutari de rebus) i. de principiis ex quibus componitur corpus cœleſte, vt Orbis tertij modi ſecundam acceptionē. Sequitur. [Determinatum eſt enim corpus cœleſte ex duabus naturis componi ſicut generabilia & corruptibilia corpora.] Affert rationem, quare hic intendat perſcrutari de principiis componentibus corpora cœleſtia. determinatum eſt enim vt puta in Metaphy. in libro de cœlo, & in Deſtructio Deſtruc. corpus cœleſte compoſitum eſſe ex duabus naturis, ſcilicet ex materia, & forma, ſicut generabilia, & corruptibilia corpora eſſe compoſita conſtat. Et animaduerte quod quando hic dicit Auerroes corpus cœleſte eſſe compoſitum ſicut generabilia, & corruptibilia corpora, debes intelligere, non quod eadem compoſitione, ſcilicet vniuoca ſit compoſitum, ſicut uiſum fuit Auicennæ, vt recitat Auctor, ſed tantum eadem compoſitione ęquiuoca. quemadmodum enim generabilia & corruptibilia habere duas naturas declaratū fuit ab Ariſtotele, materiam & formam, ita corpora cœleſtia habere duas naturas quę habent nomen materiæ, & formæ, plane conſtat. tamen ab iſtis differre videntur ratione, eſſe, & cognitione. quod exemplificat Commentator declarando. [Sed tamen in iſtis fuit declaratum has duas naturas iuuentas eſſe propter generationem & corruptionem, in cœleſtibus autem propter motum localem] Id eſt, ſed tantum in iſtis fuit declaratum has duas naturas inuentas eſſe uia generationis & corruptionis. & quemadmodum eſt in eſſendo, ita eſt in cognoſcendo. ideo

Diſp. 4 Sol. 2. dubii.

A 2 has

has duas naturas eſſe inuentas ad eſſe generationis & corruptionis declaratum eſt. in cœleſtibus autẽ via motus ad eſſe motus localis: non tamen ex hoc ſequitur, quòd materia illa ſequatur motum localem, vt ſubſtantia ſimplex, ſed tantum vt ſubſtantia recipiens hanc paſſionem, non vt forma, ſed tantum vt agens. hæc omnia (dico) ſunt propter motum localem cœli. ad poſitionem enim paſſionis oportet ponere ſubiectum, & agens inferens paſſionem.

Tex. 2. *Quia enim declaratum eſt hac corpora moueri ex ſe in loco &c.*

Com. Tangit rationes quibus conſtat cęlum habere materiam, & formam, compoſitumque eſſe ex his duabus naturis, videlicet recipiente, & agente: motus enim eſt actio motoris, & paſſio mobilis, vt ait Ariſtoteles 3. Phyſi. vnde recipere motum: proprium eſt ſubiecti, tanquã recipere ſuã paſſionẽ, & efficere motum: ideſt mouere mobile, proprium eſt formæ, vt habetur in 2. de Gene. & corru. Ideo, cum corpus cœleſte ſit motum, neceſſe eſt ipſum eſſe compoſitum ex recipiente, quod habet rationem materiæ, & ex agente quod habet rationem formæ. hoc eſt igitur quod hic intendit Commentator, dicens, corpora omnia ex duabus naturis conſtare, ſcilicet agente & recipiente, agente quod eſt forma & quiditas & ſubſtantia; recipiente, quod eſt ſubiectum, materia, & elementum. Tangit etiam aliam rationem ibi (cum declaratum eſt in 7. & 8. Phyſi. omne motum habere motorem. vnde neceſſe eſt omne illud quod mouetur compoſitum eſſe ex per ſe mouente & per ſe moto. ſed corpus cœleſte eſt motum, ergo compoſitum ex duabus naturis, quarum vna,

[Margin: tex. co. 20. — tex. co. 54. — Diſpu. 6. fol. 6. dub.]

habet

habet rationem materiæ, & altera formæ: hæ ſunt igitur duæ rationes Commentatoris oſtendentis cœlum eſſe compoſitum ex duabus naturis.

Amplius aliquid motum eſſe & mouens inquantum idem, impoſſibile eſſe &c. text. 3.

Occurrit in hoc textu cuidam obiectioni, quam ei aliquis mouere poſſit, quòd licet cœlum moueatur, nihilominus ipſum diuidi in per ſe motum, & per ſe mouens minime conſtat. poſſibile enim eſt quòd mouens & motum in corporibus cœleſtibus ſint unum & idem. & ſic per conſequens non eſt neceſſe, quòd diuidatur in per ſe mouens & per ſe motum, tanquam in aliqua duo diuerſa. Ad cuius obiectionem reſpondet Commentator, quòd impoſſibile eſt aliquid eſſe motum & mouens eodem modo, vel ſecundũ idẽ. Hoc autem hic probare nõ conatur: ſatis enim probatum eſt ab eo, & a Philoſopho in multis locis, ſcilicet, quod idem reſpectu eiuſdem non poteſt eſſe in actu & in potentia ſecundum idem, vt dicit Philoſophus 8. Phyſi. & Commentator 3. de anima, ſed quia mouens eſt vt aliquid in actu, & motum ut quid in potentia per definitionem motus traditam ab Ariſto. 3. Phyſi. ergo cœlum cum ſit aliquid motum, neceſſe eſt eſſe compoſitum ex diuerſis naturis, & motore, ſcilicet, & per ſe moto. cuius rei manifeſtum exemplum ſatiſque accommodatum habemus apud Auctorem 3. Phyſi. ſcilicet quomodo aliquid ſit poſſibile in actu & in potentia, minime autem eodem modo. v. g. quando cibus eſt agens in corpus ſecundum quòd eſt panis in actu, & patiens ab ipſo ſecundum quod eſt corpus in potentia. Et ſubdit (neceſſe eſt igitur ut ſint hic aliqua quæ mouent ſe ab inuicem & mo

Com. tex. co. 40. Co. 4. tex. co. 8. Com. 8

Digitized by Google

uentur ab inuicem, & quod hæc duo ſint vera ſcilicet agere & pati in ſimul, ſed in reſpectu duorum non in reſpectu eiuſdem) hæc Commentator. Cœlum igitur diuiſum eſt in per ſe mouens & per ſe motum. impoſsibile eſt enim aliquid motum eſſe, & mouens, inquantum idem.

Tex. 4. *Cum hoc inquam ſit, declaratum eſt corpora cœleſtia componi ex duabus naturis &c.*

Com. Hæc verba non indigent expoſitione, manifeſta enim ſuapte natura ſunt. concludit illud quod dixit in præcedentibus.

Tex. 5. *In tractatu igitur perſcrutaturi ſumus &c.*

Poſtquam Commentator declarauit in ſuperioribus dictis cœlum habere materiam & formam. i. ex his duabus naturis compoſitum eſſe, quodque ipſæ ſint diſtinctæ in compoſitione eius, nunc incipit perſcrutari de ſimilitudine, & diuerſitate earũ, quantum ad ipſa principia rerum generabilium & corruptibilium. Et licet iſte textus nimiam difficultatẽ pariat intellectui noſtro, tamen poſtea videbimus, quid difficultatis ſit in eo. Sed primo accedamus ad intentum Auctoris. [In hoc tractatu perſcrutaturi ſumus de iſtis duabus naturis ex quibus corpus cœleſte componitur, vtrum ſint ſimiles illis naturis ex quibus generabilia componuntur.] Ideſt hoc igitur intendimus in hoc tractatu perſcrutari, ſcilicet conuenientiam atque differẽtiam, in genere, in ſpecie, atque in numero principiorum corporum cœleſtium. an diuerſæ, ſecundum magis & minus ideſt ſecundum prius & poſterius. Sequitur [ſed ſi ſunt diuerſæ ſpecie, tunc æquiuoce dicitur de eis corporeitas, aut ſecundũ prius & poſterius.] Hęc verba conſiderando inſurgit mihi dubium, quod ſi

ſunt

ſunt diuerſæ ſpecie, tunc genus æquiuoce dicitur de eis, vel Analogice: conſtat enim hominem & aſinũ differre ſpecie, nihilominus genus de eis æquiuoce non prædicatur, vt patet in curſu ſcholæ Peripateticæ: tamen hic Commentator aſſerit ſe velle oppoſitum. Ad quod dicendum eſt, quod aliqua differre ſpecie, dupliciter poteſt intelligi: vel quod illa ſint generabilia, vel quod vnum eorum ſit generabile, & aliud ingenerabile. modo quando aliqua duo generabilia differunt ſpecie, de eis genus vniuoce prædicatur. ſed quando vnum eorum ſit generabile, & aliud ingenerabile, æternumque, vel quod ſit cauſa generationis & corruptionis, & aliud ingenerationis & permanentiæ æternæ, tunc aut genus æquiuoce dicitur de eis, aut analogice. ſed materia & forma in iſtis inferioribus, vere ſunt cauſa generationis & corruptionis, & quoquo modo generationis, vt dicit Auctor primo Phyſic. de materia, & hoc ſubiectiue, & forma terminatiue, inquantum ſit terminus generationis & corruptionis. in ſuperioribus autẽ nec ſunt cauſa generationis, nec denique vllo modo generari poſſunt. nõ ſunt enim ſubiectum generationis, nec terminus eius. ergo ſi ſunt diuerſæ ſpecie (& hoc hypothetice loquitur; infra enim hoc patebit ratione) poteſt genus de eis vel æquiuoce dici, vel Analogice. primum autem non eſt poſſibile in doctrina Auerrois: ergo ſecundum. Ex his igitur patet ſolutio dubij. hoc eſt igitur, quod hic dicit Commentator. ſi ſunt diuerſæ ſpecie, ſcilicet materia hæc, & forma generabilium & corruptibilium cum illis quæ ſunt cauſa ingenerationis & incorruptionis, tunc æquiuoce dicitur de eis. Notandum eſt primo, quod materia dupli- Cõ. 60.

cem

Vide Themiſtiũ primo Phyſico. in digreſſione. cem intellectum contigit habere, vno modo ſubiectum, alio modo vt materia. materia dicitur ſubiectum, quando eſt in actu, ſcilicet per formam ſuam ſubſtantialem. dicitur autem materia quando eſt in potentia ad formam. ideo materia cœli dignior eſt vt habeat hoc nomẽ ſubiecti quam materia, quia

Cõ. 12. Cõ. 58. 60. 61. ſemper eſt in actu ſecundum ſe, vt ait Auctor 8. Phyſic. & 3. de anima, dicens, materia autem hæc modo dicitur materia, quando eſt in potentia ad formã, modo ſubiectum quando eſt informata. Ad propoſitum igitur dico, quòd in ſchola Auerrois manifeſtum eſt in corporibus cœleſtibus materiam eſſe corporeitatem, nulla alia de cauſa, niſi quia materia

Diſp. 4 ſol. 2. eorum ſemper eſt in actu. ſed materia horum dicitur corporeitas non neceſſario, quia aliquando contingit eſſe in actu, aliquando in potentia, ideo de ipſa dicitur corporeitas cum informatur ſua forma ſubſtantiali, minime autem quando eſt denudata ab ea. hoc modo igitur intelligendum eſt corporeitatem prædicari de ipſis.

tex. 6. Com. *Quod autem hæ duæ naturæ exiſtentes &c.*

Aſſignat rationem, quare cauſæ horum inferiorum intrinſecæ, vt ſunt materia & forma, non ſint eiuſdem ſpeciei, cum illis cauſis intrinſecis corporum ſuperiorum. Sed primo animaduerte Commentatorem intendiſſe oſtendere non tantum iſtas cauſas differre inuicem ſpecie, verum etiam genere & numero. tota enim ratio eius fundatur ſuper

tex. cõ. 26. eam ſententiam Ariſtotelis 10. Metaphyſi. contra Platonem, quòd incorruptibile & generabile differunt pluſquam genere, & ſic ſpecie, & numero. Amplius animaduertendum eſt quod materia & forma horum inferiorum, licet ſint incorruptibiles, nihi

lominus

Digitized by Google

ſominus ſunt cauſæ generationis & corruptionis, ſuperiorum autem licet ſint incorruptibiles, tamen non ſunt cauſæ generationis & corruptionis, propter id videtur Commentatori, quod non ſolũ iſtæ cauſæ differunt, quo ad primum modum differendi, verum etiam quo ad ſecundum. quo ad primum dico, quia ſunt cauſæ corruptionis & generationis, quo ad ſecundum autem, quia ſunt generabiles, & corruptibiles, nullum enim æternum eſt pars rei generabilis atque corruptibilis, vt dicit Auctor 5. Metaphyſ. qui quidem duo modi repugnant corporibus cœleſtibus, ipſa enim ſunt æterna ingenerabilia atq; incorruptibilia, quemadmodum hæc inferiora, econuerſo. Sed generabile & non generabile nõ ſunt vnius ſpeciei, ſupple, vniuoce. ergo nec cauſæ eorum intrinſecæ. quorum enim cauſæ ſunt vnius ſpeciei, ipſa etiam cauſata ſunt vnius ſpeciei.

Remanet igitur perſcrutari de eis &c. Tex. 7.

Concludit procemium ſuum dicendo, remanet igitur perſcrutari in quibus hæ duæ naturæ differre videntur, quæ ſunt in corpore cœleſti, ab his quæ ſunt in generabilibus & corruptibilibus, in quibus etiam conueniunt, & quales ſunt iſtæ duæ naturæ. Com.

Principium quidem perſcrutationis Ariſtotelis cum inuenit indiuidua exiſtentia per ſe &c. Tex. 8.

Poſtquam Commentator in ſuperioribus propoſuerat perſcrutaturum eſſe de his duabus naturis, ex quibus corpus cœleſte componitur, in quibusq́, conueniant, & in quibus differre videantur, nunc ab hoc præſenti textu illud perficere intendit, ſcilicet qualis ſit ſubſtantia cœli, quantum ad materiam & formam, comparando eas ſub conuenientia, & differentia ad ſubſtantiam rerum generabilium, & Com.

corruptibilium, & qualis ſit denique compoſitio cęli ex materia & forma, comparando eam ad compotionem generabilium & corruptibilium. ſicut enim tranſmutatio eſt illa, quæ fecit nos deuenire ad cognitionem materiæ, & operatio ad cognitionē for-
Cō.12. mæ, vt ait Auctor 8. Metaph. ita proſequitur oſtēdere à notioribus nobis ideſt à via tranſmutationis & operationis, qualis ſit materia in ordine ad recipiendas formas. non poteſt enim recipere formas, niſi prius tranſmutetur, vt dicit Commentator. Vltimo denique ex hac diuiſione tranſmutationis, poſſibile erit non ſolum concludere, qualis ſit materia in ordine ad recipiendas formas, verum etiam ipſius materiæ naturam, conſiderando eam ſecundū ſe. Principium igitur perſcrutationis erit ſecundū illum Ariſtotelis modum, ſecundum quem inuenit ordinem materiæ ad formam, qualitatemque eius, & vltimo propriam naturam eius, ſecundum quod cadit in comparatione generabilium & corruptibilium, comparando eam ad compoſitionem cœleſtium [& quia inuenit Ariſtoteles indiuidua exiſtētia per ſe.] Notandum eſt primo ad declarationem iſtius particulæ. (per ſe exiſtentia) ſeu ſubſiſtentia, ꝙ forma ex doctrina Ariſtotelis, & eius fidi Cōmētatoris, nō eſt ſicut ens per ſe ſubſiſtens, & ſeorſum diſtinctum ſecūdum eſſe à qualibet alia ſubſtantia. & hoc intelligo de forma inhærente. ad cuius rei ro-
Cō.26. bur verificatur ſententia Auctoris contra Platonē 7. Metaphyſ. quod generans nō facit vnum in alio, ideſt formam in materia per ſe ſubſiſtētem, nec materia, ſimiliter eſt ens ſeparatum per ſe, ſubſiſtens ſeu exiſtens a qualibet alia ſubſtantia. non eſt enim poſſibile materiam ſeparari a forma, nec formam

ab

Digitized by Google

ab ea, vt dicit Auctor 8. Metaphyſi. compoſitum autem eſt ens vere ſubſiſtens, vt ait Auctor eodem loco, a qualibet alia ſubſtantia. ipſum enim vere dicitur tranſmutari habens naturam diſtinctam a qualibet alia forma. hoc eſt igitur illud, quod hic merito dicit Commentator, cum inuenit Ariſtoteles indiuidua ſcilicet compoſita exiſtentia per ſe (ipſa enim vere atque ſolum exiſtũt ac ſubſiſtunt) trãſferri de vna diſpoſitione in aliam, ideſt de priori diſpoſitione in poſteriorem, ſcilicet uel generando vel corrumpendo, quas quidem diſpoſitiones debes intelligere vt habita præſentia. Et quia eorum quę dam ſunt naturalia ideſt eſſentialia, quædam autem accidentalia, ita etiam diſpoſitiones eorũ, vel ſunt accidentales, vel eſſentiales. Sequitur Commentator [inuenit hanc tranſmutationem duobus modis] ideſt hanc tranſmutationem rerum generabilium inuenit eſſe duobus modis. Ad notitiã cuius rei notandum eſt, quod tranſmutatio duplicem cõſiderationem habet, vt habetur non ſolum in hoc præſenti textu, verumetiam 8. Phyſ. & primo Phyſ. vnam, vt in ſubſtantia, & hæc tranſmutatio appellatur ſimpliciter tranſmutatio, quia facit nomen & definitionem ſubſtantialem rei tranſmutare. materia enim tranſmutatur, vel de nõ eſſe ad eſſe, & hæc trãſmutatio dicitur generatio, vel de eſſe ad non eſſe, & dicitur corruptio. ſed quocunque modo hoc ſit, dũ materia eſt in potentia tranſmutari ad eſſe rei, res non eſt, ut dicit Ariſtoteles 2. Phyſ. ſcribens. neque autem illud ad hoc dicemus habere ſecundum artẽ aliquid ſi potentia tantum eſt lectus, nõdum autem habet formam lecti, neque eſſe ſecundum artem, neque in his quæ ſecundum naturam ſubſiſtunt. põtẽ

Cõ. 3.
tex. cõ. 48.
cõ. 63
tex. cõ. 11.

Digitized by Google

" tia enim caro aut os neque habet ad hoc ſui ipſius
" naturam priuſquam accipiat formam quæ ſecundũ
" rationem, quam diffinientes dicimus quod eſt caro
" aut os, neque natura eſt. Hoc igitur hinc intendit Commentator, quod aliqua transmutatio fecit deperdere nomen, & definitionem: quando enim res eſt in potentia ad formam, deperdit nomen & definitionem, ſcilicet priorem ad acquiſitionem formæ poſterioris: res enim eſt dum forma eſt, & res non eſt dum forma non eſt. aliam etiam conſiderationẽ habet tranſmutatio ſecundum quid, id eſt ſecundũ quod accidentalis dicitur. non enim facit deperdere nomen, neque definitionem rei, quia formæ accidentales actuantur in ſubiecto in actu, quemadmodum formæ ſubſtantiales in ſubiecto in potentia, vt patet de tranſmutatione caloris in manu. Et notandum eſt quod qualibet trãſmutatio quocunque modo fuerit facta, fit ſemper ex ente in potentia ad ens
tex. cõ. 8. in actu, iuxta Philoſophum 12. Metaphyſi. & ſic illa tranſmutatio ſiue fuerit accidentalis, ſiue ſubſtantialis ſemper aufert nomen atque definitionem rei (definitionem quomodocunque ſit) hoc eſt illud
tex. cõ. 128. videtur 4. Phyſicorum & 8. Phyſi. apud Ariſtotelem
tex. cõ. 58. & Auctorem, tranſmutatio quælibet aufert nomen atque ſubſtantiam tranſmutati, in quacunque ſpecie fuerit tranſmutatio, præter tranſmutationẽ quæ eſt in loco. Sed cur tranſmutatio accidentalis non facit hic deperdere nomen atque definitionem? Dico quia tranſmutatio accidentalis non habet ſubiectum in potentia, nec formam in actu perficientem ſubiectum. hoc enim eſt de perfectione formæ ſubſtantialis. propter id tranſmutatio accidẽtalis, quo ad ſubiectum, circa quod fit, non inducens, nec potens

tens

Digitized by Google

tens inducere in eo perfectionem ſubſtantialem tribuentem eſſe, non mutat ſubiecto nomen neque definitionem. quicquid enim dat eſſe rei dat etiam nomen & definitionem, quia nomen non ſignificat rem niſi ſecundum quod eſt ineſſe, vt ait Auctor; generatioque accidentium ſequitur formam mixtionis primarum qualitatum, vt dicit Commentator 7. Metaphy. transmutatio autem ſubſtantiarũ, quo ad proprias formas earũ mutat nomen, atque definitionem transmutati, ipſę enim generantur ad inuicem. ergo. Cõ. 42

Cum igitur conſiderauit hos duos modos transmutationis &c. Tex. 1.

Aggreditur Commentator oſtendere in quibus hæ tranſmutationes conueniant, & in quibus differre videantur. conuenire autem oſtendit in quinque. primum quod in omni tranſmutatione iuxta intellectum Philoſophi, ſubiectum inuenitur, circa quod tranſmutatio fit. cuius rei hæc ratio, eſt, quia omne quod tranſmutatur, oportet prius moueri ſ. à termino à quo ad terminum ad quem, & non contingit eſſe in eodem inſtãti in quo incepit eſſe, & in quo deſinit eſſe, aliter enim aliquid eſſet & non eſſet. ergo oportet prius moueri circa aliquod ſubiectum. & ſic tranſmutationem ſiue fuerit accidentalis, ſiue ſubſtantialis, neceſſe eſt habere vnum ſubiectum recipiens tranſmutationem. [Cum igitur conſiderauit hos duos modos tranſmutationis] ideſt. Cum igitur conſiderauit Ariſtoteles in primo Phyſicorum, hos duos modos tranſmutationis, ſcilicet ſimpliciter, & ſecundum quid. inuenit in eis aliqua propria, vt ſuperiora quæ diximus, & aliqua communia, quæ in quinque membra diuiſit. primũ Com.

autem

Digitized by Google

autem eſt, in omni tranſmutatione requiri ſubiectum ſuſcipiens tranſmutationem. quod Ariſtoteles probauit in primo Phyſicorum duabus rationibus, quarum prior eſt, quod omne quod fit vel eſt ſubſtantia, uel accidens: ſi eſt accidens, manifeſtum eſt quod in fieri requirat ſubiectum: ipſum.n. accidens non poteſt eſſe abſque ſubiecto: ſi eſt ſubſtantia, ſic fit ex aliquo: & hoc oſtēdit per inductionem, ſicut Plantæ & Animalia fiunt ex ſemine. Altera autem eſt, quia omnes tranſmutationes fiunt ex contrario in contrarium, & vnumquodque contrariorum neceſſe eſt vt habeat naturam, ideſt ſubiectum ſuper quod ſuccedunt ſibi contraria: & ſic nō eſt ſubiectum, niſi ſecundum quod recipit utrunque contrariorum. hæ ſunt igitur duæ rationes Ariſtotelis oſtendentis, quod in omni tranſmutatione ſit ſubiectum ſuſcipiens tranſmutationem. Notandum tamē eſt hoc vnum in ſchola Commentatoris, quod duplex eſt ſubiectum tranſmutationis, vnum materia, & alterum forma: prius ſubiectum eſt materia tranſmutationis, accipiendo tranſmutationē pro præuia quadam mutatione rei à termino à quo ad terminum ad quem, cuiuſmodi in hoc textu trāſmutatio accipitur: alterum autem ſubiectum dicitur tranſmutationis, forma, accipiendo tranſmutationem pro generatione. tranſmutatio enim eſt quando forma eſt, forma autem in vltimo inſtanti eſt, & huiuſmodi tranſmutationis quodammodo ſubiectum appellatur forma: in introductione enim eius fit tranſmutatio, & hoc abſtractiue capiendo, concretiue autem tranſmutatum eſſe. ex quo verificatur ſententia Auctoris. 5. Phyſi. dicentis quod res generata ideſt res tranſmutata cum fuerit in generatione

tex. cō. 62.

Cō. 13.

Digitized by Google

tione id eſt in tranſmutatione, nondum eſt illa res generata, quia nondum eſt ibi forma à qua res denominatur in actu. Ex his igitur apparet quomodo forma ſit ſubiectum tranſmutationis. Hoc etiam poteſt alio modo intelligi, quod ſubiectum tranſmutationis ſit materia inquantum trãſmutationes ſequuntur motus, forma autem, in quantum tranſmutatio non eſt motus.

Amplius neceſſarium non eſſe præcedere eſſe rei genitæ & corruptibilis &c. text. x.

Ponit ſecundum membrum in quo conueniunt tranſmutatio accidentalis, & ſubſtantialis. & hoc eſt, quod in omni tranſmutatione non eſſe præcedit eſſe. omne enim quod tranſmutatur neceſſe eſt tranſmutari ex ente in potentia, quod eſt non eſſe, ad ens in actu, quod eſt eſſe. & ſic nihil tranſmutaretur, niſi prius non eſſet. Animaduertendũ tamẽ eſt, quod omne quod tranſmutatur, vel tranſmutatur de non eſſe ad eſſe, ſicuti eſt tranſmutatio generationis, uel de eſſe ad non eſſe, quemadmodũ eſt tranſmutatio corruptionis. nihilominus tribuendo uerum ſenſum uerbis Commentatoris, in hac ẽt ſecunda tranſmutatione, non eſſe præcedit eſſe. in corruptione enim, forma quæ fit in oppoſitum vltimæ formæ generationis, fit poſt non eſſe. poſt non eſſe dico, vltimæ formæ generationis. V. g. in corruptione animalis introducitur forma cadaueris, quę quidem forma eſt non eſſe prioris formæ, tamen eſt eſſe cadaueris. & ſic in quacunque tranſmutatione non eſſe præcedit eſſe, tamen reſpectu illius prioris formæ dicitur tranſmutatio de eſſe ad non eſſe, & reſpectu alterius de non eſſe ad eſſe, quia corruptio unius eſt generatio alterius. ergo in omni tranſmutatione Com.

tatione

Digitized by Google

tatione non eſſe præcedit eſſe: nihil enim tranſmutatur ad aliquid, niſi quod non eſt. Ex quo verificatur ſententia Ariſtotelis 5. Phyſic. quod non ens eſt illud quod generatur. Notandum eſt etiã quod dupliciter non eſſe accipitur, non eſſe ſcilicet ſimpliciter, & non eſſe per accidens: non eſſe autem primo modo non tranſmutatur, quoniam illud quod trãſmutatur oportet quod ſit aliquid in potentia; non eſſe autem ſimpliciter non contingit eſſe in potẽtia, nihil enim eſt, & ſic in huiuſmodi, non eſſe nõ præcedit eſſe; ipſum enim non tranſmutatur: non eſſe autem quod dicitur per accidens, & eſſe per ſe, trãſmutatur, ipſum enim eſt ſubiectũ priuationis: hoc eſt illud quod dicit Auctor 7. Metaphyſi. 8. Phyſicorum & 5. Phyſi. priuatio non tranſmutatur, ſed tantum ſubiectum priuationis: hoc non eſſe eſt illud quod præcedit eſſe in qualibet tranſmutatione, ipſum enim trãſmutatur. Modo ad textum aggrediar. [Amplius neceſſarium eſt non eſſe præcedere eſſe rei genitæ & corruptibilis.] ideſt amplius neceſſarium eſt non eſſe præcedere eſſe, ſcilicet prioritate originis & temporis; non tamen perfectionis rei genitæ & corruptibilis, ideſt in generatione & in corruptione [& omnino inhærere eius quod fit] & omnino neceſſarium eſt quod non eſſe inſit rei quæ fit. Sequitur] non enim fit niſi illud quod non eſt,] id eſt nihil generatur niſi illud quod caret eſſe.

tex. co. 8.

Cõ. 51.

Cõ. 62.

Cõ. 8.

tex. 11. *Similiter autem inuenitur poſſe præcedere eſſe in ſubiecto &c.*

Com. Oſtendit tertium membrum Commentator, cõmune ſcilicet, quod in omni tranſmutatione, ſiue fuerit accidentalis, ſiue ſubſtantialis ſemper poſſe præcedit eſſe, omne enim antequã eſſet prius erat

in

in potentia vt fiat, quia impoſſibilia non poſſunt fieri. & hoc verificatur in generabilibus & in corruptibilibus. ipſa enim habent materiam quæ eſt in potentia ad eſſe: in diuinis autem res non potuit prius eſſe quam ſit, poſſe enim & eſſe in diuinis nõ habentibus materiam non differunt, vt ait Philoſophus 3. Phyſicorum: vnde in illis potentia non præcedit eſſe. Et notandum eſt, quod eſſe in doctrina Auerrois, dupliciter poteſt conſiderari. vno modo vt eſſe agentis, & hoc eſſe præcedit tempore, & natura potentiam compoſiti: nihil enim poteſt mouere ſe ad actum, niſi ab aliquo agente ſiue extrinſeco, ſiue intrinſeco. hoc eſt illud quod dicit Auctor 7. Metaphy. illud quod eſt in potentia non fit actu, niſi per illud quod eſt in actu illius ſpeciei, vt homo ab homine, & Muſicus ex Muſico, omne enim generabile mouetur à motore priore ipſo actu. Alio modo eſſe conſideratur vt compoſiti, cuius poſſe præcedit actum eius tempore, non autem perfectione; hæc enim prioritas eſt magis ꝓpria omni alia prioritate, ut dicit Commentator 2. cli. œModo quum ait in textu. [Veriſimiliter autem inuenitur poſſe præcedere eſſe in ſubiecto neceſſario.] Animaduertendum eſt hic, quod poſſe, & eſſe, vel conſiderantur in ſubiecto materiali, vel in compoſito. ſi autem cõſiderantur in ſubiecto materiali, tunc poſſe præcedit eſſe, ſubiectum enim prius erat in potentia ad eſſe quàm habuerat eſſe: ſed quo ad compoſitum, eſſe compoſiti præcedit poſſe eius, quia ibi poſſe quod erat prius in ſubiecto actuatur in compoſito, & illud quod actuat in compoſito prius eſt eo, quod actuatur. Et ideo animaduerte, quod quando ſuperius diximus iuxta intellectum Auerrois actum compo-

tex. cõ. 39.

Cõ. 13.

Cõ. 25.

Digitized by Google

ſiti poſteriorē eſſe, poſſe eius, debes intelligere eius ſubiecti, non autem compoſiti. poſſe igitur inuenitur præcedere eſſe in omni tranſmutatione in ſubiecto neceſſario. Sequitur [in vtroque modo factionis] ideſt in utroque modo tranſmutationis ſiue fuerit ſubſtantialis ſiue accidentalis. [Quod enim eſt impoſſibile, non fit] hæc eſt ratio oſtendens poſſe præcedere eſſe. nihil enim fit niſi quod poteſt eſſe: aliter enim fuiſſet implicatio contradictionis ſi impoſſibilia poſſent fieri.

tex. 12. *Amplius inuenitur neceſſario eſſe illud ex quo eſt factio rei &c.*

Com. Ponit quartum membrum, quod in omni tranſmutatione inuenit Ariſtoteles terminos eſſe contrarios, ſcilicet terminum à quo, & terminum ad quē. omnis enim res profecto non tranſmutaretur, niſi

tex. cō. 55. vt acquirat formam; nec tranſmutaretur ad eam, niſi quia caret illa. hoc eſt quod dicit Ariſtoteles, primo de generatione & corruptione, habitibus præſentibus ceſſat motus. ſed illa carentia formæ, & eſſe eius ſunt termini contrarii, vt ait Philoſophus pri-

tex. cō. 41. mo Phyſicorum. ergo in omni tranſmutatione termini ſunt contrarii. Amplius, in motibus non continuis neceſſe eſt dare terminos oppoſitos, aliter. n. aliquid non magis moueretur quàm quieſceret. & non magis moueretur ad ſe ipſum quam ad aliud. Tamen animaduertendum eſt, quod in hoc textu inſurgit quædam contradictio inter Ariſtotelem, & Auctorem. Ariſtoteles enim ponit differentiam in-

tex. cō. 4. 9. 5. 7. ter tranſmutationem, & motum 5. Phyſicorum: motus enim ſe habet tanquam ſpecies, tranſmutatio autem eius tanquam genus. vbi ponit quatuor modos tranſmutationum, aut de ſubiecto ad ſubiectum, aut

aut de non ſubiecto in non ſubiectum, aut de ſubiecto in non ſubiectum, aut de non ſubiecto in ſubiectum. modo tranſmutatio ſiue fiat de non ſubiecto ad ſubiectum, ſiue de ſubiecto ad ſubiectum, tamen non fit de contrario ad contrarium. hoc enim tantum eſt de ratione motus, vt ibi dicit Philoſophus. Auerroes autem videtur velle in hoc textu, quod illud ex quo fit trāſmutatio, & ad quod terminatur, ſint contraria, quod repugnat expreſſe dictis Ariſtotelis. Ideo ad hoc notandum eſt, quod tranſmutatio illa quam accepit Ariſtoteles 5. Phyſicorum, recipit proprie ſubſtantiam atque terminos eius: quemadmodum motus accidentia. ideo negat Ariſtoteles tranſmutationem fieri de ſubiecto contrario in ſubiectum contrarium, (hoc enim propriū eſt de ratione motus) non tamen omnino negat iſte uir, terminos tranſmutationis non eſſe contrarios, ſed tantum quod non ſunt contrarij contrarietate accidentium. ſunt tamen contrarij contrarietate ſubſtantiæ, quę contrarietas dicitur priuatio formæ, & eſſe formæ, & hæc contrarietas non eſt contrarietas proprie dicta ſicut eſt duarum formarum in eodem genere prædicabili exiſtentium, ſed eſt contrarietas impropriè dicta, quæ eſt oppoſitio inter priuationem, & habitum. hæc autem oppoſitio rationabiliter uocatur contrarietas, quia ſemper vnum contrariorum eſt diminutum, & minus perfectum reſpectu alterius, & ſic vnum appropinquatur ad priuationem, & alter ad habitum: tranſmutatio autē accidentium, licet ſit tranſmutatio improprie dicta, tamen non eſt tranſmutatio proprie dicta, quemadmodum accipitur in 5. Phyſ. accidentia enim magis dicuntur pati, quam generari, vt dicit Auctor 7. Metaphy.

Digitized by Google

Cõ. 22 taphyſi. & 5. Phyſicorum, propterea omnis tranſ-
Cõ. 7. mutatio communiter facta ſemper fit de contrario, ad contrarium, vt hic dicit Commentator. [Amplius inuenitur neceſſario eſſe illud ex quo eſt factio rei & ad quod eſt eſſe contraria & habere idem genus;] ideſt quod in omni tranſmutatione tam accidentali, quam ſubſtantiali, neceſſario reperiuntur duo termini contrarii, ſcilicet à quo incipit trãſmutatio, & ad quod deſinit. qui quidem termini habent idem genus, ideſt idem ſubiectum quod dicitur materia.

tex. 13. *Et quod illa contrarietas reducitur ad primam contrarietatem ſcilicet non eſſe formam &c.*

Com. Iſtius textus patet ſenſus per ſuperiora dicta. imitatus eſt enim hic Auctor Ariſtotelem 10. Metaphy.
tex. cõ. 15. quod prima cõtrarietas in genere contrariorum ſit priuatio & habitus. omnia enim contraria dicunt priuationem & habitum adinuicem. merito igitur priuatio & habitus ſunt prima contrarietas. omnia enim contraria reducuntur ad ea.

tex. 14. *Differunt autem in hoc &c.*

Com. Poſtquam Commentator oſtenderat in quibus tranſmutationes, tam accidentales, quàm ſubſtantiales affinitatem, communitatemque habeant, nũc nititur oſtendere diſcrimen earum adinuicem. primum igitur hoc eſt, licet in tranſmutatione, vt dictum eſt ſupra, ſit ſubiectum vnum commune ſuſcipiens tranſmutationem, tamen ſubiectum tranſmutationis ſubſtantialis eſt aliquid ens in potentia, & ſubiectum trãſmutationis accidentalis ens in actu.
Cõ. 4. hoc eſt quod ait ipſemet Auctor 2. de Anima, quòd forma ſubſtantialis æquiuoce dicitur eſſe in ſubiecto, & accidens eſſe in ſubiecto. forma enim adueniens

Digitized by Google

niens enti in actu eſt accidentalis, quemadmodum enti in potentia ſubſtãtialis. hoc eſt igitur primum diſcrimen in ſubiecto tranſmutationum. Sed notanda ſunt hic quædam contra Doctorem Scotum, qui tenere voluit, quod materia prima non ſit ſubiectum in pura potentia, ſed quod habeat aliquem actum entitatiuum præter actum formalẽ. Sed profecto aliter eſt credendum. ipſe enim met Doctor ait 5. Metaphy. quod differt aliquid eſſe in actu, & actus, & actu eſſe. in actu eſſe proprium eſt compoſiti; ſicut actus formæ, & actu competit omnibus rebus quibus repugnat nihil. modo ſi materia fuiſſet in actu ſecundum ſe, tunc fuiſſet quid compoſitum ex actu, & potentia, nõ enim negare poteſt Doctor, quod materia non concurrat in omni compoſitione ut quid potentiale: ſi autem fuiſſet actus, tunc materia eſſet forma; actus enim forma eſt. imo ſi fuiſſet actus cum omnis actus præſupponat potentiam, materia præſupponeret ſub ſe aliquod ens in potentia, quod non ſit materia. quid autem illud ſit, uelim vt Scotus mihi declaret, cum non ſit materia. nec poteſt eſſe in actu, quod enim in actu eſt compoſitum eſt. nec ualet quod dicunt aliqui, ſi materia eſſet aliquid in actu per formam fuiſſet quid compoſitum, in actu enim eſſe competit compoſito, materiam enim eſſe in actu compoſito per formam planè conſtat. materia autem Scoti abſque omni compoſito, & abſque omni forma conſtituta eſt in actu, cum ſine his exiſtere ſecundum eum ualde poſſit. ſed materia ſecundum Philoſophum, & Auerroim licet ſit in actu per formam, nihilominus non poteſt exiſtere abſque compoſito. nunquam enim forma copulatur materiæ, nec ei coniungitur abſque hoc, quod

Digreſſio.

non

Digitized by Google

non reſultet compoſitum ex tali coniunctione. ideo Scotus uidetur ſibi ipſi repugnare dicendo, quod materia eſt in actu aliquo. aliter enim quid compoſitum eſſet. cum iuxta eum nihil exiſtat in actu niſi compoſitum. ſi autem quid tertium eſſet materia, vt aliquid actu repugnãs ei nihil, mirum eſt procul dubio, quod propter id ſit conſtituta in actu entitatiuo. materia enim & ſi fuerit in pura potentia, tamẽ non eſſet actu aliquid. Amplius, ſi materia fuiſſet in actu entitatiuo propter id quia eſt ens ſimpliciter, peto cum ens diuiditur per Ariſtotelẽ in Metaphyſicis in potentiam & actum, qua ratione non magis erit potentia quam actus, ſi ambo ſunt differentiæ entis vniuoce? Propter id igitur bene dicit Commẽtator, quod ſubiectum accidentis ſit ens in actu. formæ enim aduenientes materiæ fuiſſent profecto accidentales, quia reciperentur in ſubiecto in actu. Sed de his hactenus. Accedamus modo ad expoſitionem textus [differunt autem in hoc, quoniã inuenit tranſmutationem indiuiduorum in ſuis ſubſtantijs cogere ſubiectum non eſſe ens in actu, & nõ habere formam qua ſubſtantiatur.] ideſt differunt autem in hoc iſtæ tranſmutationes, quoniam inuenit Ariſtoteles tranſmutationem indiuiduorũ ſcilicet compoſitorum (nihil enim proprie tranſmutatur niſi compoſitum) in ſuis formis ſubſtantialibus cogere ſubiectum non eſſe ens in actu, tranſmutationum autem accidentium eſſe in actu, & non habere formam æternam quæ ſit de eſſentia eius. Sed aliquis hic dicere poſſet, cum ſubiectum formæ ſubſtantialis ſit tantum in potentia, & accidentium in actu, quare materia ſit ſubiectum dimenſionum. dimenſiones enim ſunt accidentia. Soluitur. ſubiectũ

Dubiũ.

acci-

Digitized by Google

accidentis duplex eſt, vel ſubiectum ante formam, vel poſt formam. dimenſiones autem interminatæ ſunt accidentia præcedentia formam in materia, vt interminatæ: & ſic nihil prohibet ſubiectum earum eſſe ens in potentia, quod eſt materia. ex quo verificatur ſententia Auctoris 6. Phyſicorum dicentis quod accidentia carnis inducuntur in materia ante formam ſubſtantialẽ carnis. vt autem illæ dimenſiones fiunt terminatæ, ſequuntur formam; & per conſequens, earum ſubiectum eſt ens in actu. modo dico ad propoſitum, quòd ſubiectum accidẽtium ante formam nõ eſt impoſſibile eſſe ens in potentia, ſed tantum poſt formam. Sequitur [ſi enim haberet formam, nullam aliam reciperet niſi illa deſtructa] Probat Commentator hic duabus rationibus intentum ſuum, quod ſubiectum formæ ſubſtãtialis non ſint ens in actu. quarum prima hæc eſt. ſi ſubiectum formæ ſubſtantialis fuiſſet ens in actu, tunc nullam aliam formam ſubſtantialem reciperet, niſi deſtructa illa, hoc eſt, ſi fuiſſet ens in actu, haberet formam qua actuatur, & ſic non appeteret aliam formam: perfectibile enim non deſiderat perfectionem, niſi cum careat illa: & ſic illud ſubiectum in actu eo actu perficeretur tantum, ita quòd non reciperet aliam formam perficientem, niſi deſtructa illa. hoc eſt igitur quod ipſemet dicit Commentator 7. Metaphyſi. & primo Phyſicorum, forma non eſt eſſentialiter in materia. quoniam ſi aliqua forma eſſet eſſentialiter in materia, tunc materia non reciperet omnes formas, etiam ſi in ſua natura eſſet formata: aliter enim ens generaretur ex ente in actu; & ſic ex duobus actu exiſtentibus, tertium fieret, quod eſt impoſſibile. propterea materia nõ habens

Cõ. 58.

Cõ. 8.
Cõ 63.
79.

bens aliquam formam eſſentialẽ appetit procul dubio omnes formas, per mutationem quarum deperdit nomen atque definitionem. propter id igitur conſtituta eſt ſuapte natura in potentia ad omnes formas. nõ enim magis perficitur perfectiſſima forma, quàm minus perfecta. omnes enim æqualiter ſunt in potentia materiæ: & licet vna ſit magis perfecta quàm alia, hoc profecto eſt tantum de ratione formæ, non tamen una magis perficit ſubiectum q̃ alia, tum quia natura intendit generationem, tum quia ſubiectum ſtans ſub diuerſis formis aliquando fuiſſet magis in actu, aliquando minus, & ſic materia deueniens ſub formam viliſſimam in reſpectu perfectiſſimæ potuiſſet eſſe quoquo modo in actu, & in potentia, ſufficienter enim non perficeretur. ideo de ratione materię quatenus eſt appetibilis, & in potentia, eſt quòd non magis perficitur vna forma quàm alia, quòdque illa perfectio non eſt in materia eſſentialiter. hoc eſt igitur propoſitum Commentatoris, ſi materia fuiſſet ens in actu nullã aliam reciperet niſi deſtructa illa, habita enim perfectione aliam non deſideraret. cuius rei reddit rationẽ dicens [vnum enim ſubiectum habere pluſquam vnam formam impoſſibile eſt] ideſt vnum enim ſubiectum cuius eſſentia eſt in potentia, habere tantum vnam formam qua efficiatur in actu, impoſſibile eſt. nullam enim aliam deſideraret in ſua perfectione, & ſic profecto deficeret generatio rerum. quẽadmodum enim eſt in motu corporum cœleſtium, ita neceſſe eſt in generatione horum inferiorum eſſe. ideo ſi motus corporum cœleſtium tantum vnus eſſet, tunc in entibus inferioribus diuerſa hæc quæ nunc inueniuntur, non contingeret eſſe. ita ſimiliter

ter

Digitized by Google

ter ſi una fuiſſet tantum forma in materia, nec multæ, nec diuerſæ generationes rerum potuiſſent effici: ſecundũ.n. vnitatem illam tantum formæ, & materiæ ceſſaret motus atque generatio; ſed hoc eſt impoſsibile, ergo vnum ſubiectum habere pluſquam unam formam impoſsibile eſt. Sequitur [& ſi eſſet ſubſtantia ſimpliciter exiſtens in actu, tunc eſſet impoſsibile & non receptiuum, quòd enim eſt in actu non recipit aliquid quod ſit in actu] hæc eſt ſecunda ratio, qua probat Commentator ſubiectum formæ ſubſtantialis eſſe ens in potentia. ſi enim illud ſubiectum quod ſuſcipit tranſmutationem ſubſtantialem eſſet ſubſtantia ſimplex in actu exiſtens, non reciperet aliquam tranſmutationem, nihil.n.quod eſt in actu, recipit aliquid quod eſt in actu.

Vnde naturam huius ſubiecti &c. tex. 15.

Concludit ex dictis, quòd ſubiectum huiuſmodi Com. tranſmutationis ſcilicet ſubſtantialis neceſſe eſt natura eſſe in potentia, ita quòd potentia ſit differentia ſubſtantialis eius, quodque ſubſtantia eius ſemper ſit in poſſe formarum, nullam naturam amplectens in eſſentia ſua in actu. ex quo formatur ſic ratio. omne illud cuius differentia ſubſtantialis uel ſubſtantia ſit potentia, ad eſſe ſuum, non amplectitur naturam exiſtentem in actu. ſed huiuſmodi eſt máteria. ergo. Propter id igitur dicit Ariſtoteles 8. tex. cõ. 4. Metaphyſi. & 2. de anima, quòd ex materia, & forma non fit vnum, niſi quia materia eſt ens in potẽtia & forma actus. Animaduertẽdum autem eſt hic, tex. cõ. 7. quod aliud eſt eſſe aliquid, & aliud eſſe ut aliquid. Obiectio. aliquid enim eſſe vt aliquid, non includit identitatẽ realem, ſed tantum quandam ſimilitudinem, & affinitatem cum eo cui comparatur, aliter enim diffe-

Digitized by Google

rentia ſubſtantialis eſſet forma ſubſtantialis, & non ut forma ſubſtantialis: ſicut enim forma ſubſtātialis conſtituit materiam in eſſe actuali, ita potentia materiæ conſtituit ipſam in eſſe potentiali tantum. amplius potentia ſubſtantialis dicitur forma ſubſtantialis materiæ, non quod ipſa det eſſe ſubſtantiale ei; ſed, ut aliquid conſequens eſſe ſubſtantiale in materia. ideo & ſi ipſa potentia materiæ dicitur forma ſubſtātialis eius: omnis enim differentia ſubſtantialis eſt vt forma ſubſtantialis, vt colligitur ex
tex. cō. 43. mente Ariſtotelis 7. Metaphy. tamen non eſt vt forma perficiens, ſed vt aliquid conſequens perfectionem ſubſtantialem in materia. Amplius animaduertendum eſt, quod potentia non ſolum eſt de eſſentia materiæ: ſed aliquo modo eſt etiam de eſſentia compoſiti, inquantum compoſitum fit ex illa potentia & actu. ex quo uerificatur ſententia Auctoris
Com. 7 5. Metaphyſi. dicentis quòd differentiæ ſubſtantiales ſunt de eſſentia congregati, de quo prædicantur. Modo accedamus ad textū [vnde natura huius ſubiecti recipientis ſubſtantiales formas primæ materiæ neceſſe eſt, ut ſit natura potentiæ, ſcilicet quòd potentia eius ſit differentia ſubſtantialis] ideſt poſt quam formarum ſubſtantialium, hoc ſubiectum oſtenſum eſt ens in potentia eſſe, neceſſe eſt quod natura huius ſubiecti ſit potentia, quodq; potentia eius ſit differentia ſubſtantialis eius. ſicut enim eſt inclinatio rerum, ita etiā ſunt res. Sequitur] & ideo nullam habet formam propriam, & naturam exiſtētē in actu, ſed eius ſubſtantia eſt in poſſe] ideſt ideo illud cuius ſubſtantia ſit in poſſe ad eſſe alicuius formæ, nullam naturam habet exiſtētem in actu: actus enim & potentia repugnāt. Et ſequitur [ex hoc materia

teria

Digitized by Google

teria recipit omnes formas] ideſt ex hoc ſequitur, ꝙ cum materia ſit tantum potentia, nullam naturam habens eſſentialiter exiſtentem in actu (quidquid enim recipit non recipit ſecundum quod eſt in actu, ſed ſecundum quod eſt in potentia) neceſſe eſt ꝙ ſit tãtum ens receptiuum omnium formarum .i. in potentia ad omnes formas ſucceſſiue.

Sed poſſe quo ſubſtantiatur hoc ſubiectum differt etiã à natura ſubiecti &c. tex. 16

Remouet hic vnum dubium, ne aliquis credat ex dictis eius, quod potentia materiæ abſolutæ capta ſit de eſſentia eius. potentia enim relatio eſt, & habitudo quædam de prædicamento accidentium, ſed accidens non eſt de eſſentia ſubſtantiæ : eſſentiæ .n. prædicamentorum ſunt impermixtæ, ut dicit Ariſtoteles 2. Poſteriorum. tum etiam, quia nullus reſpectus eſt de eſſentia abſoluti, ergo potentia materiæ non eſt de eſſentia eius. hoc eſt igitur dubium, quod hic remouet Commentator dicens [ſed poſſe quo ſubſtantiatur hoc ſubiectum differt etiam à natura ſubiecti] ideſt potentia illa de qua diximus, qua ſubſtantiatur hoc ſubiectum, differt etiam à natura ſubiecti, ita ſcilicet, quod non ſit de eſſentia eius omnino. Cuius rei aſſertationẽ [in hoc quod poſſe dicitur reſpectu formæ, & eſt de prædicamento relationis. Sequitur] hoc autem ſubiectum eſt unum entium exiſtentium per ſe [ideſt hoc autem, ſcilicet materia, eſt de prædicamento ſubſtantiæ, & eſt ens per ſe. ſed unum prædicamentum non eſt de eſſentia alterius, ut dictum eſt. ergo potentia non eſt de eſſentia materiæ. Tamen animaduerte quòd licet potentia non ſit de eſſentia materiæ, eo quia ipſa eſt ens abſolutum, illa relatiuum, tamen conſiderando

Com.

Vide Scotũ 2. diſt. 3. q. 7.

Digitized by Google

Corpora tripliciter calefaciunt ſecundum uelocitatem motus.co.82
Lumen corporum ſuperiorum atque inferiorum, non eſt eiuſdem rationis, generis, nec eiuſdem rationi, ſpeciei, niſi tantū ratione proportionis ad actum.com, 83.
Neceſſarium in genere, & neceßarium in ſpecie.com. 86.
Non omne faciens aliquod accidens diſponitur per illud.com. 86.
Poſſibile eſt concedi in uia Peripatetica aliquod actiuum abſq; ſuo paſſiuo in eodem genere, minime autem in alio & in alio genere.com.91.
Quæſtio utrum motus corporum cæleſtium, uſque nunc ſint infiniti uel non.com.95.
Virtutem in materia eſſe finitam, dupliciter conſideratur. com.95.
Virtus in materia ſiue ſit actiua ſiue paſſiua ſemper eſt finita actionis. com.97.
Non datur uirtus imaginatiua in corporibus cæleſtibus contra Auicennam.com.98.
Quod non datur in uia Philoſophi poßibile ex ſe, & neceßarium ab alio.com. 99.
Non ualet in duobus medium Metaphyſicæ Auicēnæ, ad oſtendendum primum principium eſſe.com.99.
Vnde corpora cæleſtia non mouerent ſtellas, ſi haberent eas uel maiores, uel minores, cum careāt grauitate, atque leuitate.com.100
Virtus corporalis, & uirtus exiſtens in corpore differunt.com. 102.
Corpora cæleſtia conueniunt in tēpore, & differunt in motu.co.102
Quomodo uirtutes abſtractæ ſint uirtutis infinitæ intenſiuæ.co.102
Quæ æquiuocatio cadat in ſcientia demonſtratiua.com.108.
Aeternum, & non æternum non conueniunt nec in genere Phyſico, nec in genere logico.com.111.
Forma ſiue ſit in materia, ſiue abſtracta, nunquam denudatur ab actione propter quam eſt.com.111.
Intelligentiæ adinuicē nō diſtinguūtur nec loco nec ſubiecto.co.113.
Vnde eſt appetitus in corporibus cæleſtibus.com. 114.
Dependentia a primo arguit finitatem in ſubiecto.com. 116.
Intelligentiæ differenter dicuntur mouentes non motæ, & primum mouens non motum. com. 117.
Quomodo primum motum dicitur moueri ex ſe, & ex alio per accidens.com.120.
Corpora cæleſtia non ſunt unius ſpeciei uniuoce.com.121.

FINIS.

Digitized by Google

INtellectus noſter mediantib. ſubſtantiis, abſtractis, dilectisſimum, ſummumque obiectum intuetur, tanquã per ſpecula quædam, uide. com. 1.
Recipit intellectus noſter diuinam bonitatem, eſſentiamque per fluxum quoddam ſpirituale a prima cauſa. com. 1.
Deus ſicut eſt cauſa intellectualium ſubſtantiarum per ſimplicem emanationem, ita eſt cauſa primarum, ſecundariarumque operationum per emisſionem ſplendoris com. 1.
Quod eſt cauſa cauſæ, eſt magis cauſa cauſati in alio, & in alio ordine. com. 1.
Deus, ut centrum quoddam in hac ſphera intellectuali conſtituitur. com. 2.
Summum eſſe magis commune eſt, quam æternitas. com. 2.
Deus Benedictus per comparationem ad ea, quæ cum æternitate ſunt, & poſt æternitatem, ipſe ſolus eſt ante æternitatem. com. 2.
Intelligẽtiæ beatæ ſimul cum æternitate naturã eſſendi poſſidẽt. c. 2.
Eternitas quid eſt. com. 2.
Differentia inter æuum & tempus. com. 2.
In quo diſcrimine Plato & Ariſtoteles fuerint circa animas corporum cæleſtium. com. 2.
Plato mundum ſuperiorẽ, ut mundũ inferiorẽ imaginatus eſt. co. 2
Auctor in tertio gradu poſuit animas corporum cæleſtium ad differentiam Platonicorom. com. 3.
Animæ eſt proprium mouere. com. 3.
Anima quanto magis elongatur ſecundum ſui naturam a materia ſubiecta, tanto magis aſſequitur aliud nomen, quam nomen animæ. com. 3.
Vnde anima phyſiche appellata eſt. com. 3.
Intelligentiæ per modum contemplationis producunt animas orbium. com. 3.
Operatio intellectualis atq; diuina e conuerſo reperitur in ſubſtantijs ſuperioribus, atque inferioribus. com. 3.
Intellectus ſecundum portionem inferiorem, gubernat atque miniſtrat hæc inferiora. com. 3.
Anima orbis eſt ſicut ſtramentum intelligentiæ. com. 3.
Intellectus noſter non poteſt de ſummo obiecto recte aliquid cernere, niſi intelligat primum creatum entium. com. 4.

Digitized by Google

Inter primam cauſam, & primum cauſatum nõ contingit mediũ. 4.

Agens naturale in ſui actione materiam ſupponit. Com. 4.

Quid eſt creatio. com. 4.

Mundum ſecundum Platonem ſemper fuiſſe. com. 4.

Deus ſolus eſt creator rerum. com. 5.

Impoſſibile eſt creaturæ habere naturam creandi. com. 5.

Ad potentiam creantem tria requiruntur. Com. 5.

Impoſſibile eſt Deo cauſam aliquam priorem ſibi anteponere. co. 5.

Quæ ſit differentia inter Auctorem & Auicenam in creatione ſubſtantiarum abſtractarum. com. 5.

Impoſſibile eſt ſubſtãtiã creatã totam felicitatem eſſe cuiuslibet intellectus. co. 5.

Impoſſibile eſt plures intelligẽtias ſuperiores, atq; primas eſſe co. 5

Diuinus Plato arbitratur tã ſuperiores ſubſtantias intellectuales, quam hanc noſtram a Deo procreari. com. 5.

Duæ fuerunt opiniones de cognoſcendo Deo, eorum qui Peripateticam doctrinam ſectantur. com. 6.

Magis cõſonũ eſt Ariſt. negaſſe alium ſtatum poſt obitum. com. 6.

Non eſt impoſſibile intellectui in hoc ſtatu intelligere Dei quiditatem. com. 8.

Nõ diuiditur intelligẽtia, quia nõ ingreditur opus materiæ. com. 7.

Intellectus non apprehendit res ſecundum modum rerum. com. 7.

Intelligẽtiæ ſuperiores diuidũtur ĩ duo, ſcilicet in eſſe, et eſſẽtiã. co. 7

Intelligẽtiæ ſuperiores non intelligunt res per ſubſtãtiam earũ. co. 8

Dei autem propriũ eſt omnia per ſuã eſſẽtiam intelligere. com. 8.

Intelligentia inferior ſcit quod eſt ſupra ſe, quia ab eo acquirit bonitates. com. 8.

Fixio intelligentiæ dicitur eſſe, quod loco formæ in ſuperioribus habetur. com. 9.

Qualibet intelligentia compoſita eſt ex actu & potentia. com. 9.

In his inferioribus poſſibile eſt, quod potentia ſubiectiua a potentia actiua ſit diſtincta. cem. 9.

Deus omnia contemplatur per eſſentiam ſuam propriã, & gubernat propter bonitatem ſuam. com. 9.

Entia ſpiritualia lumine intelligibili participant, ſecundum magis & minus. cem. 10.

Illæ ſubſtantiæ, quæ magis propinquæ ſunt Deo Benedicto, magis redactæ ſunt ad unitatem. com. 10.

Intellectus omnia, quæ inferiores ei potentiæ per plura apprehendũt

Digitized by Google

ipſe ad unicum actum reducit.com.10.
Intelligentiæ quanto ſuperiores ſunt, tanto magis per ſpecies magis uniuerſales intelligunt.com.10.
Intellectus ille perfectior eſt, qui per unum uniuerſale poteſt ſingula propria cognoſcere, quam qui poteſt.com.10.
Materia prima continue, atque perpetue nouis formis non perficeretur, niſi ſit à uirtute diuina ei impreſſum.com.11.
Cauſa cōtinuationis, atq; ꝑpetuitatis eſt forma quę iā diuina.co.11.
Obiectum intellectus eſt, quod quid eſt in materia.co.11.
Deus nō tātū uniuerſalia, uerūetiā & particularia cognoſcit.co.11.
Vnūquodq; alteri ineſt per modum eius cui ineſt.com.12.
Plures animas non eſſe in quolibet homine ſecūdum Platonē.co.12.
Vna intelligentia intelligit alteram, quia numerātur inter ſpecies intelligibiles.com.13.
Intelligentia inferior non intelligit ſuperiorem per eſſentiam ſuperioris. Com.12.
Intellectus locus dicitur ſpecierum non materia.com.12.
Vna intelligentia intelligit alteram per ſpecies defluxas a primo. com.12.
Abſtractiores ſunt formæ intelligibiles a materia, quam efficientes motum.com.12.
Intellectus, & intellectum in nobis differt.com.13.
Intellectus noſter non eſt liberatus a materia ſimpliciter.com.13.
Vtrum intellectus corruptis phantaſmatibus intelligat aliquid, nihil ueritatis apud Philoſophum extat.com.13.
Angelus licet intelligat eſſentiā ſuam, non tamen per eſſentiā.co.13.
Quomodo intelligitur, in abſtractis a materia, idem eſt intellectus, & intellectum.co.13.
Corpora cæleſtia ſortita ſunt habere animas propter motum.co.14.
Proprie uiuere dicimus, quæ interne a ſe ipſis mouentur.com.14.
Dator intellectus eſt dator ſpecierum intelligibilium.com.14.
Intellectum noſtrum eſſe tanquā tabulā raſa, in quam nihil eſt pictum ſecundum Ariſt. nihil differt a Platonis doctrina.com.14.
Quælibet cauſa in productione ſui effectus intendit eum quantum poſſibile ſit ſibi ipſi aſſimilare.com.15.
Neceſſe fuit Deo in creatione rerum creare ſubſtantiam aliquam ſpiritualem, atque intellectualem.com.15.
Quælibet ſubſtantia immaterialis in actu, neceſſe eſt quod intelligat ſuam eſſentiam.com.15.

In-

Intelligentiæ ſunt uirtutis infinitæ in duratione. com. 16.
Deus ſecundum mentem Ariſt. non infiniti uigoris in ſe. com. 16.
Cur Deus ſolus dicitur infinitæ actionis. com. 16.
Infinitum infinito addi non poteſt. com. 17.
Intelligentiæ in infinitate ad inuicem comparari poſſunt. com. 17.
Intelligentia, quæ propinquior eſt primo, plus eſt infinita quam elongata a primo. co. 17
Quanto uirtus plus elongatur a primo, tanto magis ſuum mobile pluribus motibus mouet. com. 17.
Nihil exiſtere, nullumque eſſe ſibi comparare poteſt ſine exiſtentia Dei Opt. Max. com. 18.
Actio intellectus eſt comprehenſio. com. 18.
Deus eſt primum, ac principale principium cuiuslibet uitæ. com. 18
Deus eſt cauſa, motus, ac actus animæ ſecundnm ſe ipſum. com. 18.
Intelligentiæ ſunt intelligentes per participationē immobilē. co. 18
Nos autem ſumus intelligentes per participationem mobil. com. 18
Plato imaginatus eſt duplex genus mundi. Com. 18.
Vnde intellectus noſter futura uideatur uaticinari. com. 18.
Intelligentia illa, quæ propinquior eſt primo, non tantum intelligētia, uerum etiam diuina dicitur. com. 19.
Intelligentia, quæ propinquior eſt primo, in maiori copia recipit ex bonitatibus diuinis. com. 19.
Ordo intelligentiarum diuiſus eſt, non tantum apud Theologos, uerum etiam apud Philoſophos. com. 19.
Conditio diuinorum ſecundum Plat. com. 16.
Intellectus agens nō eſt cauſa rei in eſſe tali, a quo res denominatur. com. 19.
Anima noſtra intellectiua in confin io æternitattis atque temporis eſt conſtituta co. 19.
Cauſa prima regit res omnes creatas abſque diminutione ſuæ uirtutis, atque perfectionis. com. 20.
Quid eſt prouidentia ſecundum Platonem, com. 20.
Deus eſt conditor mundi, & omnium indiuiduorum, quæ ad perfectionem mundi ſpectant. Com. 20.
Quomodo Plato inſeruit prouidentiam quandā cauſis ſecūdis. co. 20
Quid eſt prouidentia cauſarum ſecundarum. com. 20.
Deus eſt ſummum bonum, communicatiuum, atque diffuſiuum in omnibus. com. 21.

Digitized by Google

Deus eſt diues magnificus.com.21.
Nomina rerum inuenta ſunt ab intellectu noſtro.com. 22.
Quod eſt abſtractum eſt diminutum.com.22.
Aliquod nomen Deo, proprie atque ſubſtantialiter conuenit.co. 22.
Diuinam eſſentiam unuſquiſque noſtrum ignorat ſecundum quid eſt. com.22.
Bonitatem atque ſapientiam Dei ex creaturis cognoſcimus.co.22.
Intelligentia, quæ propinquisſima eſt Deo, ſublimiorem uirtutem cæteris ſortita eſt.com.26.
Regimen atque gubernatio conuenientius ad unum, quod eſt per ſe unum pertinet, quam ad multitudinem.com. 23.
Tota gubernatio atque regimen mundi ad unum eſt referēda co. 23
Regulatiua uirtus in quo conſiſtat.com.23.
Perfectius eſt intellecta agere, quam intellecta ſcire.com. 23.
Ariſtoteles non concedit intelligentias, niſi ſecundum numerum motuum cæleſtium.com.23.
Intelligentiæ duplici intentione mouent corpora cæleſtia ſecundum Auer.com.23.
Intelligentiæ inferiores potius miniſtrare, quā regere dicūtur.co.23
Metaphyſica ideo dicitur ſcientia diuina, quia de Deo unico præcipue conſiderat.co.23.
Agens & actio prima cauſa identificantur.com.24.
Omnia, quæ à Deo fluunt, ſecundum unam diſpoſitionē fluunt.c. 24.
Diuerſitas intelligentiarū prouenit ex diuerſitate naturarū. co.24.
Diuerſitas rerum fit ſecundum propinquitatem & diſtantiam à primo . com.24.
Diuerſitas ex parte recipientium prouenit, ſi natura recipientium ſit diuerſa com.24.
Si ageus eſt diuerſum, & recipiens unum, diuerſitas accidit ex parte agentinm.com.24.
Si unū agens & unū recipiēs, nulla prorſus accidit multitudo.co.24
Multitudo, atque inæqualitas non eſt preciſe a natura recipientium com.24.
Origenis opinio de diuerſitate rerum.com.24.
Sunt aliquæ ſubſtantiæ, quæ non indigent cauſa generāte in earum eſſe.com. 25.
Per ſe ſubſiſtere nihil aliud eſt, quam in ſuo eſſe carere materia, atque forma.com.26.

Quod

Quod conſtat ex duobus principijs naturalib. nō eſt uere unitū. co. 25.
Vnitas uere atq; primo reperitur in primo, deinde ſequēti eū. co. 25
Omne quod generatur non eſt neceſſe, quod oīno motu uacet. com. 25
Qualibet ſubſtantia præter Deum Benedictum eſt creata. com. 25.
Quicquid habet eſſe, propter primā cauſam neceſſe eſt habere. co. 25
Quod ſtat per ſuam eſſentiam non habet materiam. com. 26.
Corruptio rerum fit propter appetitum materiæ. com. 26.
Compoſita per ſe non ſubſiſtunt. com. 26.
Forma propriè non eſt cauſa corruptionis. com. 27.
Anima intellectiua non eſt forma informans corpus. com. 27.
Nullum corpus eſt ſubſtantia, quæ per ſubſiſtit. com. 28.
Repugnat aliquid per ſuam ſubſtantiam ſtare, & habere uirtutem in ſubiecto. co. 28.
Materiam impoſſibile eſt inuenire ſine compoſito eſſe. com. 29.
Forma, quæ caret materia eſt ſtans per propriam eſſentiam. com. 29
Duæ ſunt naturæ, quæ tempore menſurantur. com. 30.
Cœlum atque ſubſtantia eius facta eſt in tempore. com. 30.
Hunc mundum temporalem factum eſſe ad exemplar mundi intellectualis iuxta Platonem. co. 31.
Intellectus ſecundum Philoſophum corruptis phantaſmatibus non eſt poſſibilis ad ſpecies actu intelligibiles conuerti. com. 31
Dæmoniacā naturā in uniuerſo exiſtere, ſecundum Ariſt. impoſſibile eſt. co. 31.
Ens propriè dicitur de rebus æternis. com. 32.

FINIS.

Digitized by Google

NICOLAI VITI GOZZII, PATRITII REIPUB. RAGVSINAE COMMENTARIA,

In ſermonem Auerrois Cordubenſis de ſubſtantia orbis.

IN hoc tractatu intendimus perſcrutari de rebus &c. Nemini dubium eſt Auerroem ſummũ Peripateticum ſeruaſſe illum ordinem in conficiendo hunc ſermonem de ſubſtantia Orbis, quem alii Peripatetici ſeruarũt, videlicet conſtituere primo ſubiectum quod dignius intentio nuncupatur. ideo ne de tanto uiro qualis fuit Auctor in hac re dubitemus, planè conſtat, hic ſubiectum conſtituiſſe corpus cœleſte, vt quid compoſitum ex anima mouente, & corpore moto, ex conſequentibusque primo ipſum: in hoc enim tractatu intendit perſcrutari de rebus ex quibus conſtat corpus cœleſte. intentio autem eſt proprie illud quod latini ſubiectum vocãt. Ad notitiam cuius rei notandum eſt primo, quod apud doctrinam Auerrois multum intereſt inter corpus cœleſte in quantum corpus, & inquantum cœleſte, & in quantum Orbis. Corpus enim cœleſte dicitur corpus in quantum habet tres dimenſiones naturales, & Mathematice eo determi-

Tex. 1. Cap. 1. Com.

tatas, vt eſt in prædicamento quantitatis conſtitu-
Cõ.41 tum, ex quo verificatur ſententia Auctoris 12. Me-
taphyſicæ, quòd in cœlo nulla alia ſit potentia niſi
ad quietem. cœlum enim accipitur ibi ſecundum
Commentatorem, vt omnibus Auerroiſtis viſum
fuit, pro corpore in quantum corpus. Alio modo
etiam ſumitur corpus cœleſte in quantum cœleſte,
ex hoc tantum quia habet rationem incorruptibi-
litatis, & æternitatis, ſemperque moueri, quo mo-
do captum non poteſt comparari cuilibet corpori
ſecundum quantitatem, quemadmodum eſt de ra-
tione propria corporis in quantum corpus. ex quo
Cõ.21. verificatur ſententia Auctoris 10. Metaphy. & pri-
Cõ.5. mo cœli, quum ait, corpus quod dicitur de corru-
ptibili & incorruptibili, dici æquiuoce. alludit enim
Commentator ad corpus cœleſte, ſecundum quòd
eſt cœleſte, æternum omnino. Tertio ac vltimo
modo accipitur corpus cœleſte apud eum, ſecundũ
quod eſt Orbis & hoc dupliciter, primo inquantum
habet figuram circularem formam conuenientem
Cõ.44 illi perfecte: ex quo verificatur ſententia Auctoris
primo cœli, quum ait, cœlum eſt manifeſtum per ſe
quòd ſit ſphera perfecta. ſecundo, vt eſt quid com-
poſitum ex anima mouente & corpore moto, quo
modo capiendo intitulatur iſte Sermo de ſubſtan-
tia Orbis, ideſt de ſubſtantia cœli inquantum eſt
quid compoſitũ ex materia eiuſque forma, & ex cõ-
ſequentibus ipſum. His habitis igitur accedamus
ad expoſitionem textus. [In hoc tractatu intendi-
mus perſcrutari de rebus ex quibus cõponitur cor-
pus cœleſte.] Reddit Commentator auditorem doci
lem in primis, cum oſtendit quibus de rebus in hoc
tractatu ſit acturus, quibusque vijs ſit determinatu-
rus

Digitized by Google

rus hunc ſermonem de ſubſtantia Orbis, ibi quando dicit (quia declaratum eſt &c.) Ideo bene ait (primo, quod in hoc tractatu intendimus perſcrutari de rebus)i. de principiis ex quibus componitur corpus cœleſte, vt Orbis tertij modi ſecundam acceptionē. Sequitur. [Determinatum eſt enim corpus cœleſte ex duabus naturis componi ſicut generabilia & corruptibilia corpora.] Affert rationem, quare hic intendat perſcrutari de principiis componentibus corpora cœleſtia. determinatum eſt enim vt puta in Metaphy. in libro de cœlo, & in De ſtructio Deſtruc. corpus cœleſte compoſitum eſſe ex duabus naturis, ſcilicet ex materia, & forma, ſicut generabilia, & corruptibilia corpora eſſe compoſita conſtat. Et animaduerte quod quando hic dicit Auerroes corpus cœleſte eſſe compoſitum ſicut generabilia, & corruptibilia corpora, debes intelligere, non quod eadem compoſitione, ſcilicet vniuoca ſit compoſitum, ſicut uiſum fuit Auicennæ, vt recitat Auctor, ſed tantum eadem compoſitione ęquiuoca. quemadmodum enim generabilia & corruptibilia habere duas naturas declaratū fuit ab Ariſtotele, materiam & formam, ita corpora cœleſtia habere duas naturas quę habent nomen materiæ, & formæ, plane conſtat. tamen ab iſtis differre videntur ratione, eſſe, & cognitione. quod exemplificat Commentator declarando. [Sed tamen in iſtis fuit declaratum has duas naturas iuuentas eſſe propter generationem & corruptionem, in cœleſtibus autem propter motum localem] Id eſt, ſed tantum in iſtis fuit declaratum has duas naturas inuentas eſſe uia generationis & corruptionis. & quemadmodum eſt in eſſendo, ita eſt in cognoſcendo. ideo

Diſp. 4 Sol. 2. dubii.

Digitized by Google

has duas naturas eſſe inuentas ad eſſe generationis & corruptionis declaratum eſt. in cœleſtibus autẽ via motus ad eſſe motus localis: non tamen ex hoc ſequitur, quòd materia illa ſequatur motum localem, vt ſubſtantia ſimplex, ſed tantum vt ſubſtantia recipiens hanc paſsionem, non vt forma, ſed tantum vt agens. hæc omnia (dico) ſunt propter motum localem cœli. ad poſitionem enim paſsionis oportet ponere ſubiectum, & agens inferens paſſionem.

Tex. 2. *Quia enim declaratum eſt hæc corpora moueri ex ſe in loco &c.*

Com. Tangit rationes quibus conſtat cęlum habere materiam, & formam, compoſitumque eſſe ex his duabus naturis, videlicet recipiente, & agente: motus enim eſt actio motoris, & paſſio mobilis, vt ait Ariſtoteles 3. Phyſi. vnde recipere motum: proprium eſt ſubiecti, tanquã recipere ſuã paſſionẽ, & efficere motum: ideſt mouere mobile, proprium eſt formæ, vt habetur in 2. de Gene. & corru. Ideo, cum corpus cœleſte ſit motum, neceſſe eſt ipſum eſſe compoſitum ex recipiente, quod habet rationem materiæ, & ex agente quod habet rationem formæ. hoc eſt igitur quod hic intendit Commentator, dicens, corpora omnia ex duabus naturis conſtare, ſcilicet agente & recipiente, agente quod eſt forma & quiditas & ſubſtantia; recipiente, quod eſt ſubiectum, materia, & elementum. Tangit etiam aliam rationem ibi (cum declaratum eſt in 7. & 8. Phyſi. omne motum habere motorem. vnde neceſſe eſt omne illud quod mouetur compoſitum eſſe ex per ſe mouente & per ſe moto. ſed corpus cœleſte eſt motum, ergo compoſitum ex duabus naturis, quarum vna, habet

(Margin notes: tex. co. 20. — tex. co. 54. — Diſpu. 6. fol. 6. dub.)

Digitized by Google

habet rationem materiæ, & altera formæ: hæ ſunt igitur duæ rationes Commentatoris oſtendentis cœlum eſſe compoſitum ex duabus naturis.

Amplius aliquid motum eſſe & mouens inquantum idem, impoſſibile eſſe &c. tert. 3.

Occurrit in hoc textu cuidam obiectioni, quam ei aliquis mouere poſſit, quòd licet cœlum moueatur, nihilominus ipſum diuidi in per ſe motum, & per ſe mouens minime conſtat. poſſibile enim eſt quòd mouens & motum in corporibus cœleſtibus ſint unum & idem. & ſic per conſequens non eſt neceſſe, quòd diuidatur in per ſe mouens & per ſe motum, tanquam in aliqua duo diuerſa. Ad cuius obiectionem reſpondet Commentator, quòd impoſſibile eſt aliquid eſſe motum & mouens eodem modo, vel ſecundũ idẽ. Hoc autem hic probare nõ conatur: ſatis enim probatum eſt ab eo, & a Philoſopho in multis locis, ſcilicet, quod idem reſpectu eiuſdem non poteſt eſſe in actu & in potentia ſecundum idem, vt dicit Philoſophus 8. Phyſi. & Commentator 3. de anima, ſed quia mouens eſt vt aliquid in actu, & motum ut quid in potentia per definitionem motus traditam ab Ariſto. 3. Phyſi. ergo cœlum cum ſit aliquid motum, neceſſe eſt eſſe compoſitum ex diuerſis naturis, & motore, ſcilicet, & per ſe moto. cuius rei manifeſtum exemplum ſatiſque accommodatum habemus apud Auctorem 3. Phyſi. ſcilicet quomodo aliquid ſit poſſibile in actu & in potentia, minime autem eodem modo. v. g. quando cibus eſt agens in corpus ſecundum quòd eſt panis in actu, & patiens ab ipſo ſecundum quod eſt corpus in potentia. Et ſubdit (neceſſe eſt igitur ut ſint hic aliqua quæ mouent ſe ab inuicem & mo-

Com. tex. co. 40. Co. 4. tex. co. 8. Com. 8

uentur

uentur ab inuicem, & quod hæc duo ſint vera ſcilicet agere & pati in ſimul, ſed in reſpectu duorum non in reſpectu eiuſdem) hæc Commentator. Cœlum igitur diuiſum eſt in per ſe mouens & per ſe motum. impoſſibile eſt enim aliquid motum eſſe, & mouens, inquantum idem.

Tex. 4. *Cum hoc inquam ſit, declaratum eſt corpora cœleſtia componi ex duabus naturis &c.*

Com. Hæc verba non indigent expoſitione, manifeſta enim ſuapte natura ſunt. concludit illud quod dixit in præcedentibus.

Tex. 5. *In tractatu igitur perſcrutaturi ſumus &c.*

Poſtquam Commentator declarauit in ſuperioribus dictis cœlum habere materiam & formam. i. ex his duabus naturis compoſitum eſſe, quodque ipſæ ſint diſtinctæ in compoſitione eius, nunc incipit perſcrutari de ſimilitudine, & diuerſitate earũ, quantum ad ipſa principia rerum generabilium & corruptibilium. Et licet iſte textus nimiam difficultatẽ pariat intellectui noſtro, tamen poſtea videbimus, quid difficultatis ſit in eo. Sed primo accedamus ad intentum Auctoris. [In hoc tractatu perſcrutaturi ſumus de iſtis duabus naturis ex quibus corpus cœleſte componitur, vtrum ſint ſimiles illis naturis ex quibus generabilia componuntur.] Ideſt hoc igitur intendimus in hoc tractatu perſcrutari, ſcilicet conuenientiam atque differẽtiam, in genere, in ſpecie, atque in numero principiorum corporum cœleſtium. an diuerſæ, ſecundum magis & minus ideſt ſecundum prius & poſterius. Sequitur [ſed ſi ſunt diuerſæ ſpecie, tunc æquiuoce dicitur de eis corporeitas, aut ſecundũ prius & poſterius.] Hęc verba conſiderando inſurgit mihi dubium, quod ſi

ſunt

Digitized by Google

ſunt diuerſæ ſpecie, tunc genus æquiuoce dicitur de eis, vel Analogice : conſtat enim hominem & aſinū differre ſpecie, nihilominus genus de eis æquiuoce non prædicatur, vt patet in curſu ſcholæ Peripateticæ : tamen hic Commentator aſſerit ſe velle oppoſitum. Ad quod dicendum eſt, quod aliqua differre ſpecie, dupliciter poteſt intelligi : vel quod illa ſint generabilia, vel quod vnum eorum ſit generabile, & aliud ingenerabile. modo quando aliqua duo generabilia differunt ſpecie, de eis genus vniuoce prædicatur. ſed quando vnum eorum ſit generabile, & aliud ingenerabile, æternumque, vel quod ſit cauſa generationis & corruptionis, & aliud ingenerationis & permanentiæ æternæ, tunc aut genus æquiuoce dicitur de eis, aut analogice. ſed materia & forma in iſtis inferioribus, vere ſunt cauſa generationis & corruptionis, & quoquo modo generationis, vt dicit Auctor primo Phyſic. de materia, & hoc ſubiectiue, & forma terminatiue, inquantum ſit terminus generationis & corruptionis. in ſuperioribus autē nec ſunt cauſa generationis, nec denique vllo modo generari poſſunt. nō ſunt enim ſubiectum generationis, nec terminus eius. ergo ſi ſunt diuerſæ ſpecie (& hoc hypothetice loquitur : infra enim hoc patebit ratione) poteſt genus de eis vel æquiuoce dici, vel Analogice. primum autem non eſt poſſibile in doctrina Auerrois : ergo ſecundum. Ex his igitur patet ſolutio dubij. hoc eſt igitur, quod hic dicit Commentator. ſi ſunt diuerſæ ſpecie, ſcilicet materia hæc, & forma generabilium & corruptibilium cum illis quæ ſunt cauſa ingenerationis & incorruptionis, tunc æquiuoce dicitur de eis. Notandum eſt primo, quod materia dupli- Cō. 60.

cem

Digitized by Google

Vide Themiſtiũ primo Phyſico. in digreſſione. cem intellectum contigit habere, vno modo ſubiectum, alio modo vt materia. materia dicitur ſubiectum, quando eſt in actu, ſcilicet per formam ſuam ſubſtantialem. dicitur autem materia quando eſt in potentia ad formam. ideo materia cœli dignior eſt vt habeat hoc nomẽ ſubiecti quam materia, quia

Cõ. 12. Cõ. 58. 60. 61. ſemper eſt in actu ſecundum ſe, vt ait Auctor 8. Phyſic. & 3. de anima, dicens, materia autem hæc modo dicitur materia, quando eſt in potentia ad formã, modo ſubiectum quando eſt informata. Ad propoſitum igitur dico, quòd in ſchola Auerrois manife-

Diſp. 4 ſol. 2. ſtum eſt in corporibus cęleſtibus materiam eſſe corporeitatem, nulla alia de cauſa, niſi quia materia eorum ſemper eſt in actu. ſed materia horum dicitur corporeitas non neceſſario, quia aliquando contingit eſſe in actu, aliquandò in potentia, ideo de ipſa dicitur corporeitas cum informatur ſua forma ſubſtantiali, minime autem quando eſt denudata ab ea. hoc modo igitur intelligendum eſt corporeitatem prædicari de ipſis.

tex. 6. Com. *Quod autem hæ duæ naturæ exiſtentes &c.*

Aſſignat rationem, quare cauſæ horum inferiorum intrinſecæ, vt ſunt materia & forma, non ſint eiuſdem ſpeciei, cum illis cauſis intrinſecis corporum ſuperiorum. Sed primo animaduerte Commentatorem intendiſſe oſtendere non tantum iſtas cauſas differre inuicem ſpecie, verum etiam genere & numero. tota enim ratio eius fundatur ſuper

tex. cõ. 26. eam ſententiam Ariſtotelis 10. Metaphyſi. contra Platonem, quòd incorruptibile & generabile differunt pluſquam genere, & ſic ſpecie, & numero. Amplius animaduertendum eſt quod materia & forma horum inferiorum, licet ſint incorruptibiles, nihi

lominus

Digitized by Google

lominus ſunt cauſæ generationis & corruptionis, ſuperiorum autem licet ſint incorruptibiles, tamen non ſunt cauſæ generationis & corruptionis. propter id videtur Commentatori, quod non ſolũ iſtæ cauſæ differunt, quo ad primum modum differendi, verum etiam quo ad ſecundum. quo ad primum dico, quia ſunt cauſæ corruptionis & generationis, quo ad ſecundum autem, quia ſunt generabiles, & corruptibiles, nullum enim æternum eſt pars rei generabilis atque corruptibilis, vt dicit Auctor 5. Metaphyſ. qui quidem duo modi repugnant corporibus cœleſtibus, ipſa enim ſunt æterna ingenerabilia atq; incorruptibilia, quemadmodum hæc inferiora, econuerſo. Sed generabile & non generabile nõ ſunt vnius ſpeciei, ſupple, vniuoce. ergo nec cauſæ eorum intrinſecæ. quorum enim cauſæ ſunt vnius ſpeciei, ipſa etiam cauſata ſunt vnius ſpeciei.

Remanet igitur perſcrutari de eis &c. Tex. 7.

Concludit procemium ſuum dicendo, remanet igitur perſcrutari in quibus hæ duæ naturæ differre videntur, quæ ſunt in corpore cœleſti, ab his quæ ſunt in generabilibus & corruptibilibus, in quibus etiam conueniunt, & quales ſunt iſtæ duæ naturæ. Com.

Principium quidem perſcrutationis Ariſtotelis cum inuenit indiuidua exiſtentia per ſe &c. Tex. 8.

Poſtquam Commentator in ſuperioribus propoſuerat perſcrutaturum eſſe de his duabus naturis, ex quibus corpus cœleſte componitur, in quibusq́, conueniant, & in quibus differre videantur, nunc ab hoc præſenti textu illud perficere intendit, ſcilicet qualis ſit ſubſtantia cœli, quantum ad materiam & formam, comparando eas ſub conuenientia, & differentia ad ſubſtantiam rerum generabilium, & Com.

corruptibilium, & qualis ſit denique compoſitio cę li ex materia & forma, comparando eam ad compo tionem generabilium & corruptibilium. ſicut enim tranſmutatio eſt illa, quæ fecit nos deuenire ad cognitionem materiæ, & operatio ad cognitionē formæ, vt ait Auctor 8. Metaph. ita proſequitur oſtē-
Cō.12. dere à notioribus nobis ideſt à via tranſmutationis & operationis, qualis ſit materia in ordine ad recipiendas formas. non poteſt enim recipere formas, niſi prius tranſmutetur, vt dicit Commentator. Vltimo denique ex hac diuiſione tranſmutationis, poſſibile erit non ſolum concludere, qualis ſit materia in ordine ad recipiendas formas, verum etiam ipſius materiæ naturam, conſiderando eam ſecundū ſe. Principium igitur perſcrutationis erit ſecundū illum Ariſtotelis modum, ſecundum quem inuenit ordinem materiæ ad formam, qualitatemque eius, & vltimo propriam naturam eius, ſecundum quod cadit in comparatione generabilium & corruptibilium, comparando eam ad compoſitionem cœleſtium [& quia inuenit Ariſtoteles indiuidua exiſtē tia per ſe.] Notandum eſt primo ad declarationem iſtius particulæ. (per ſe exiſtentia) ſeu ſubſiſtentia, ꝙ forma. ex doctrina Ariſtotelis, & eius fidi Cōmētatoris, nō eſt ſicut ens per ſe ſubſiſtens, & ſeorſum diſtinctum ſecūdum eſſe à qualibet alia ſubſtantia. & hoc intelligo de forma inhærente. ad cuius rei ro
Cō.26. bur verificatur ſententia Auctoris contra Platonē 7. Metaphyſ. quod generans nō facit vnum in alio, ideſt formam in materia per ſe ſubſiſtētem, nec materia, ſimiliter eſt ens ſeparatum per ſe, ſubſiſtens ſeu exiſtens a qualibet alia ſubſtantia. non eſt enim poſſibile materiam ſeparari a forma, nec formam

ab

Digitized by Google

ab ea, vt dicit Auctor 8. Metaphyſi. compoſitum au- Cō.3.
tem eſt ens vere ſubſiſtens, vt ait Auctor eodem lo-
co, a qualibet alia ſubſtantia. ipſum enim vere
dicitur tranſmutari habens naturam diſtinctam a
qualibet alia forma. hoc eſt igitur illud, quod hic
merito dicit Commentator, cum inuenit Ariſtote-
les indiuidua ſcilicet compoſita exiſtentia per ſe (ip
ſa enim vere atque ſolum exiſtūt ac ſubſiſtunt) trāſ
ferri de vna diſpoſitione in aliam, ideſt de priori di
ſpoſitione in poſteriorem, ſcilicet uel generando
vel corrumpendo, quas quidem diſpoſitiones debes
intelligere vt habita præſentia. Et quia eorum quę
dam ſunt naturalia ideſt eſſentialia, quædam autem
accidentalia, ita etiam diſpoſitiones eorū, vel ſunt
accidentales, vel eſſentiales. Sequitur Commenta-
tor [inuenit hanc tranſmutationem duobus mo-
dis] ideſt hanc tranſmutationem rerum generabi-
lium inuenit eſſe duobus modis. Ad notitiā cuius
rei notandum eſt, quod tranſmutatio duplicem cō-
ſiderationem habet, vt habetur non ſolum in hoc
præſenti textu, verumetiam 8. Phyſ. & primo Phyſ. tex. cō. 48.
vnam, vt in ſubſtantia, & hæc tranſmutatio appella Cō.63
tur ſimpliciter tranſmutatio, quia facit nomen & de
finitionem ſubſtantialem rei tranſmutare. materia
enim tranſmutatur, vel de nō eſſe ad eſſe, & hæc trāſ
mutatio dicitur generatio, vel de eſſe ad non eſſe, &
dicitur corruptio. ſed quocunque modo hoc ſit, dū
materia eſt in potentia tranſmutari ad eſſe rei, res
non eſt, ut dicit Ariſtoteles 2. Phyſ. ſcribens. neque tex. cō. 11.
autem illud ad hoc dicemus habere ſecundum artē „
aliquid ſi potentia tantum eſt lectus, nōdum autem „
habet formam lecti, neque eſſe ſecundum artem, ne „
que in his quæ ſecundum naturam ſubſiſtunt. pótē „

„ tia enim caro aut os neque habet ad hoc fieri ipſius
„ naturam priuſquam accipiat formam quæ ſecundũ
„ rationem, quam diffinientes dicimus quod eſt caro
„ aut os, neque natura eſt. Hoc igitur hinc intendit Commentator, quod aliqua transmutatio fecit deperdere nomen, & definitionem. quando enim res eſt in potentia ad formam, deperdit nomen & definitionem, ſcilicet priorem ad acquiſitionem formę poſterioris: res enim eſt dum forma eſt, & res non eſt dum forma non eſt. aliam etiam conſiderationẽ habet tranſmutatio ſecundum quid, ideſt ſecundũ quod accidentalis dicitur. non enim facit deperdere nomen, neque definitionem rei, quia formæ accidentales actuantur in ſubiecto in actu, quemadmodum formæ ſubſtantiales in ſubiecto in potentia, vt patet de tranſmutatione caloris in manu. Et notandum eſt quod quælibet trãſmutatio quocunque modo fuerit facta, fit ſemper ex ente in potentia ad ens
tex. cõ. 8. in actu, iuxta Philoſophum 12. Metaphyſi. & ſic illa tranſmutatio ſiue fuerit accidentalis, ſiue ſubſtantialis ſemper aufert nomen atque definitionem rei (definitionem quomodocunque ſit) hoc eſt illud
tex. cõ. 128. videtur 4. Phyſicorum & 8. Phyſi. apud Ariſtotelem
tex. cõ. 58. & Auctorem, tranſmutatio quælibet aufert nomen atque ſubſtantiam tranſmutati, in quacunque ſpecie fuerit tranſmutatio, præter tranſmutationẽ quę eſt in loco. Sed cur tranſmutatio accidentalis non facit hic deperdere nomen atque definitionem? Dico quia tranſmutatio accidentalis non habet ſubiectum in potentia, nec formam in actu perficientem ſubiectum. hoc enim eſt de perfectione formæ ſubſtantialis. propter id tranſmutatio accidẽtalis, quo ad ſubiectum, circa quod fit, non inducens, nec potens

tens

Digitized by Google

tens inducere in eo perfectionem ſubſtantialem tribuentem eſſe, non mutat ſubiecto nomen neque definitionem. quicquid enim dat eſſe rei dat etiam nomen & definitionem, quia nomen non ſignificat rem niſi ſecundum quod eſt in eſſe, vt ait Auctor; generatioque accidentium ſequitur formam mixtionis primarum qualitatum, vt dicit Commentator 7. Metaphy. transmutatio autem ſubſtantiarũ, quo ad proprias formas earũ mũtat nomen, atque definitionem transmutati, ipſę enim generantur ad inuicem. ergo. Cõ. 42

Cum igitur conſiderauit hos duos modos tranſmutationis &c. Tex. 1.

Aggreditur Commentator oſtendere in quibus hæ tranſmutationes conueniant, & in quibus differre videantur. conuenire autem oſtendit in quinque. primum quod in omni tranſmutatione iuxta intellectum Philoſophi, ſubiectum inuenitur, circa quod tranſmutatio fit. cuius rei hæc ratio eſt, quia omne quod tranſmutatur, oportet prius moueri, à termino à quo ad terminum ad quem, & non contingit eſſe in eodem inſtãti in quo incepit eſſe, & in quo deſinit eſſe, aliter enim aliquid eſſet & non eſſet. ergo oportet prius moueri circa aliquod ſubiectum. & ſic tranſmutationem ſiue fuerit accidentalis, ſiue ſubſtantialis, neceſſe eſt habere vnum ſubiectum recipiens tranſmutationem. [Cum igitur conſiderauit hos duos modos tranſmutationis] ideſt. Cum igitur conſiderauit Ariſtoteles in primo Phyſicorum, hos duos modos tranſmutationis, ſcilicet ſimpliciter, & ſecundum quid. inuenit in eis aliqua propria, vt ſuperiora quæ diximus, & aliqua communia, quæ in quinque membra diuiſit. primũ Com.

autem

autem eſt, in omni tranſmutatione requiri ſubiectum ſuſcipiens tranſmutationem. quod Ariſtoteles probauit in primo Phyſicorum duabus rationibus, quarum prior eſt, quod omne quod fit vel eſt ſubſtantia, uel accidens: ſi eſt accidens, manifeſtum eſt quod in fieri requirat ſubiectum: ipſum.n. accidens non poteſt eſſe abſque ſubiecto: ſi eſt ſubſtantia, ſic fit ex aliquo: & hoc oſtēdit per inductionem, ſicut Plantæ & Animalia fiunt ex ſemine. Altera autem eſt, quia omnes tranſmutationes fiunt ex contrario in contrarium, & vnumquodque contrariorum neceſſe eſt vt habeat naturam, ideſt ſubiectum ſuper quod ſuccedunt ſibi contraria: & ſic nō eſt ſubiectum, niſi ſecundum quod recipit utrunque contrariorum. hæ ſunt igitur duæ rationes Ariſtotelis oſtendentis, quod in omni tranſmutatione ſit ſubiectum ſuſcipiens tranſmutationem. Notandum tamē eſt hoc vnum in ſchola Commentatoris, quod duplex eſt ſubiectum tranſmutationis, vnum materia, & alterum forma: prius ſubiectum eſt materia tranſmutationis, accipiendo tranſmutationē pro præuia quadam mutatione rei à termino à quo ad terminum ad quem, cuiuſmodi in hoc textu trāſmutatio accipitur: alterum autem ſubiectum dicitur tranſmutationis, forma, accipiendo tranſmutationem pro generatione. tranſmutatio enim eſt quando forma eſt, forma autem in vltimo inſtanti eſt, & huiuſmodi tranſmutationis quodammodo ſubiectum appellatur forma: in introductione enim eius fit tranſmutatio, & hoc abſtractiue capiendo, concretiue autem tranſmutatum eſſe. ex quo verificatur ſententia Auctoris. 5. Phyſi. dicentis quod res generata ideſt res tranſmutata cum fuerit in generatione

(margin: tex. cō. 62.) (margin: Cō. 13.)

tione id eſt in tranſmutatione, nondum eſt illa res generata, quia nondum eſt ibi forma à qua res denominatur in actu. Ex his igitur apparet quomodo forma ſit ſubiectum tranſmutationis. Hoc etiam poteſt alio modo intelligi, quod ſubiectum tranſmutationis ſit materia inquantum trãſmutationes ſequuntur motus, forma autem, in quantum tranſmutatio non eſt motus.

Amplius neceſſarium non eſſe praecedere eſſe rei genitæ & corruptibilis &c. text. x.

Ponit ſecundum membrum in quo conueniunt transmutatio accidentalis, & ſubſtantialis. & hoc eſt, quod in omni tranſmutatione non eſſe præcedit eſſe. omne enim quod tranſmutatur neceſſe eſt tranſmutari ex ente in potentia, quod eſt non eſſe, ad ens in actu, quod eſt eſſe. & ſic nihil tranſmutaretur, niſi prius non eſſet. Animaduertendũ tamẽ eſt, quod omne quod tranſmutatur, vel tranſmutatur de non eſſe ad eſſe, ſicuti eſt tranſmutatio generationis, uel de eſſe ad non eſſe, quemadmodũ eſt tranſmutatio corruptionis. nihilominus tribuendo uerum ſenſum uerbis Commentatoris, in hac ẽt ſecunda tranſmutatione, non eſſe præcedit eſſe. in corruptione enim, forma quæ fit in oppoſitum vltimæ formæ generationis, fit poſt non eſſe. poſt non eſſe dico, vltimæ formæ generationis. V. g. in corruptione animalis introducitur forma cadaueris, quę quidem forma eſt non eſſe prioris formæ, tamen eſt eſſe cadaueris. & ſic in quacunque tranſmutatione non eſſe præcedit eſſe, tamen reſpectu illius prioris formæ dicitur tranſmutatio de eſſe ad non eſſe, & reſpectu alterius de non eſſe ad eſſe, quia corruptio unius eſt generatio alterius. ergo in omni tranſmutatione

tatione

Digitized by Google

tatione non eſſe præcedit eſſe: nihil enim tranſmutatur ad aliquid, niſi quod non eſt. Ex quo verificatur ſententia Ariſtotelis 5. Phyſic. quod non ens eſt illud quod generatur. Notandum eſt etiã quod dupliciter non eſſe accipitur, non eſſe ſcilicet ſimpliciter, & non eſſe per accidens: non eſſe autem primo modo non tranſmutatur, quoniam illud quod trãſmutatur oportet quod ſit aliquid in potentia; non eſſe autem ſimpliciter non contingit eſſe in potẽtia, nihil enim eſt, & ſic in huiuſmodi, non eſſe nõ præcedit eſſe; ipſum enim non tranſmutatur: non eſſe autem quod dicitur per accidens, & eſſe per ſe, trãſmutatur, ipſum enim eſt ſubiectũ priuationis: hoc eſt illud quod dicit Auctor 7. Metaphyſi. 8. Phyſicorum & 5. Phyſi. priuatio non tranſmutatur, ſed tantum ſubiectum priuationis: hoc non eſſe eſt illud quod præcedit eſſe in qualibet tranſmutatione, ipſum enim trãſmutatur. Modo ad textum aggrediar. [Amplius neceſſarium eſt non eſſe præcedere eſſe rei genitæ & corruptibilis.] ideſt amplius neceſſarium eſt non eſſe præcedere eſſe, ſcilicet prioritate originis & temporis; non tamen perfectionis rei genitæ & corruptibilis, ideſt in generatione & in corruptione [& omnino inhærere eius quod fit] & omnino neceſſarium eſt quod non eſſe inſit rei quæ fit. Sequitur] non enim fit niſi illud quod non eſt,] id eſt nihil generatur niſi illud quod caret eſſe.

tex. co. 8. Cõ. 51. Cõ. 62. Cõ. 8.

tex. 11. *Similiter autem inuenitur poſſe præcedere eſſe in ſubiecto &c.*

Com. Oſtendit tertium membrum Commentator, cõmune ſcilicet, quod in omni tranſmutatione, ſiue fuerit accidentalis, ſiue ſubſtantialis ſemper poſſe præcedit eſſe, omne enim antequã eſſet prius erat

in

Digitized by Google

in potentia vt fiat, quia impoſſibilia non poſſunt fie-
ri. & hoc verificatur in generabilibus & in corru-
ptibilibus. ipſa enim habent materiam quæ eſt in
potentia ad eſſe: in diuinis autem res non potuit
prius eſſe quam ſit, poſſe enim & eſſe in diuinis nō
habentibus materiam non differunt, vt ait Philoſo-
phus 3. Phyſicorum: vnde in illis potentia non præ tex. co.
cedit eſſe. Et notandum eſt, quod eſſe in doctrina 39.
Auerrois, dupliciter poteſt conſiderari. vno modo
vt eſſe agentis, & hoc eſſe præcedit tempore, & natu-
ra potentiam compoſiti: nihil enim poteſt mouere
ſe ad actum, niſi ab aliquo agente ſiue extrinſeco, ſi- Cō. 13.
ue intrinſeco. hoc eſt illud quod dicit Auctor 7. Me-
taphy. illud quod eſt in potentia non fit actu, niſi
per illud quod eſt in actu illius ſpeciei, vt homo ab
homine, & Muſicus ex Muſico, omne enim genera-
bile mouetur à motore priore ipſo actu. Alio modo
eſſe conſideratur vt compoſiti, cuius poſſe præce-
dit actum eius tempore, non autem perfectione;
hæc enim prioritas eſt magis ꝓpria omni alia prio-
ritate, ut dicit Commentator 2. cli. œModo quum Cō. 25.
ait in textu. [Veriſimiliter autem inuenitur poſſe
præcedere eſſe in ſubiecto neceſſario.] Animaduer-
tendum eſt hic, quod poſſe, & eſſe, vel conſiderantur
in ſubiecto materiali, vel in compoſito. ſi autem cō-
ſiderantur in ſubiecto materiali, tunc poſſe præce-
dit eſſe, ſubiectum enim prius erat in potentia ad eſ-
ſe quàm habuerat eſſe: ſed quo ad compoſitum, eſſe
compoſiti præcedit poſſe eius, quia ibi poſſe quod
erat prius in ſubiecto actuatur in compoſito, & illud
quod actuat in compoſito prius eſt eo, quod actua-
tur. Et ideo animaduerte, quod quando ſuperius
diximus iuxta intellectum Auerrois actum compo-

Digitized by Google

ſiti poſteriorē eſſe, poſſe eius, debes intelligere eius ſubiecti, non autem compoſiti. poſſe igitur inuenitur præcedere eſſe in omni tranſmutatione in ſubiecto neceſſario. Sequitur[in vtroque modo factionis] ideſt in utroque modo tranſmutationis ſiue fuerit ſubſtantialis ſiue accidentalis. [Quod enim eſt impoſſibile, non fit] hæc eſt ratio oſtendens poſſe præcedere eſſe. nihil enim fit niſi quod poteſt eſſe: aliter enim fuiſſet implicatio contradictionis ſi impoſſibilia poſſent fieri.

tex. 12. *Amplius inuenitur neceſſario eſſe illud ex quo eſt factio rei &c.*

Com. Ponit quartum membrum, quod in omni tranſmutatione inuenit Ariſtoteles terminos eſſe contrarios, ſcilicet terminum à quo, & terminum ad quē. omnis enim res profecto non tranſmutaretur, niſi vt acquirat formam; nec tranſmutaretur ad eam, niſi quia caret illa. hoc eſt quod dicit Ariſtoteles, primo de generatione & corruptione, habitibus præſentibus ceſſat motus. ſed illa carentia formæ, & eſſe eius ſunt termini contrarii, vt ait Philoſophus primo Phyſicorum. ergo in omni tranſmutatione termini ſunt contrarii. Amplius, in motibus non continuis neceſſe eſt dare terminos oppoſitos, aliter. n. aliquid non magis moueretur quàm quieſceret. & non magis moueretur ad ſe ipſum quam ad aliud. Tamen animaduertendum eſt, quod in hoc textu inſurgit quædam contradictio inter Ariſtotelem, & Auctorem. Ariſtoteles enim ponit differentiam inter tranſmutationem, & motum 5. Phyſicorum: motus enim ſe habet tanquam ſpecies, tranſmutatio autem eius tanquam genus. vbi ponit quatuor modos tranſmutationum, aut de ſubiecto ad ſubiectum, aut

(Margin notes: tex. cō. 55. — tex. cō. 41. — tex. cō. 4. 9. 5. 7.)

Digitized by Google

aut de non ſubiecto in non ſubiectum, aut de ſubiecto in non ſubiectum, aut de non ſubiecto in ſubiectum. modo tranſmutatio ſiue fiat de non ſubiecto ad ſubiectum, ſiue de ſubiecto ad ſubiectum, tamen non fit de contrario ad contrarium. hoc enim tantum eſt de ratione motus, vt ibi dicit Philoſophus. Auerroes autem videtur velle in hoc textu, quod illud ex quo fit trāſmutatio, & ad quod terminatur, ſint contraria, quod repugnat expreſſe dictis Ariſtotelis. Ideo ad hoc notandum eſt, quod tranſmutatio illa quam accepit Ariſtoteles 5. Phyſicorum, recipit proprie ſubſtantiam atque terminos eius: quemadmodum motus accidentia. ideo negat Ariſtoteles tranſmutationem fieri de ſubiecto contrario in ſubiectum contrarium, (hoc enim propriū eſt de ratione motus) non tamen omnino negat iſte uir, terminos tranſmutationis non eſſe contrarios, ſed tantum quod non ſunt contrarij contrarietate accidentium. ſunt tamen contrarij contrarietate ſubſtantiæ, quę contrarietas dicitur priuatio formæ, & eſſe formæ, & hæc contrarietas non eſt contrarietas proprie dicta ſicut eſt duarum formarum in eodem genere prædicabili exiſtentium, ſed eſt contrarietas impropriе dicta, quæ eſt oppoſitio inter priuationem, & habitum. hæc autem oppoſitio rationabiliter uocatur contrarietas, quia ſemper vnum contrariorum eſt diminutum, & minus perfectum reſpectu alterius, & ſic vnum appropinquatur ad priuationem, & alter ad habitum: tranſmutatio autē accidentium, licet ſit tranſmutatio improprie dicta, tamen non eſt tranſmutatio proprie dicta, quemadmodum accipitur in 5. Phyſ. accidentia enim magis dicuntur pati, quam generari, vt dicit Auctor 7. Me-

cō. 22 taphyſi. & 5. Phyſicorum, propterea omnis tranſ-
Cō. 7. mutatio communiter facta ſemper fit de contrario
ad contrarium, vt hic dicit Commentator. [Amplius inuenitur neceſſario eſſe illud ex quo eſt factio rei & ad quod eſt eſſe contraria & habere idem genus;] ideſt quod in omni tranſmutatione tam accidentali, quam ſubſtantiali, neceſſario reperiuntur duo termini contrarii, ſcilicet à quo incipit trāſmutatio, & ad quod deſinit. qui quidem termini habent idem genus, ideſt idem ſubiectum quod dicitur materia.

tex. 13. *Et quod illa contrarietas reducitur ad primam contrarietatem ſcilicet non eſſe formam &c.*

Com. Iſtius textus patet ſenſus per ſuperiora dicta. imitatus eſt enim hic Auctor Ariſtotelem 10. Metaphy.
tex. cō. 15. quod prima cōtrarietas in genere contrariorum ſit priuatio & habitus. omnia enim contraria dicunt priuationem & habitum adinuicem. merito igitur priuatio & habitus ſunt prima contrarietas. omnia enim contraria reducuntur ad ea.

tex. 14. *Differunt autem in hoc &c.*

Com. Poſtquam Commentator oſtenderat in quibus tranſmutationes, tam accidentales, quàm ſubſtantiales affinitatem, communitatemque habeant, nūc nititur oſtendere diſcrimen earum adinuicem. primum igitur hoc eſt, licet in tranſmutatione, vt dictum eſt ſupra, ſit ſubiectum vnum commune ſuſcipiens tranſmutationem, tamen ſubiectum tranſmutationis ſubſtantialis eſt aliquid ens in potencia, & ſubiectum trāſmutationis accidentalis ens in actu.
Cō. 4. hoc eſt quod ait ipſemet Auctor 2. de Anima, quòd forma ſubſtantialis æquiuoce dicitur eſſe in ſubiecto, & accidens eſſe in ſubiecto. forma enim adueniens

niens

Digitized by Google

niens enti in actu eſt accidentalis, quemadmodum enti in potentia ſubſtãtialis. hoc eſt igitur primum diſcrimen in ſubiecto tranſmutationum. Sed notanda ſunt hic quædam contra Doctorem Scotum, qui tenere voluit, quod materia prima non ſit ſubiectum in pura potentia, ſed quod habeat aliquem actum entitatiuum præter actum formalẽ. Sed profecto aliter eſt credendum. ipſe enim met Doctor ait 5. Metaphy. quod differt aliquid eſſe in actu, & actus, & actu eſſe. in actu eſſe proprium eſt compoſiti; ſicut actus formæ, & actu competit omnibus rebus quibus repugnat nihil. modo ſi materia fuiſſet in actu ſecundum ſe, tunc fuiſſet quid compoſitum ex actu, & potentia, nõ enim negare poteſt Doctor, quod materia non concurrat in omni compoſitione ut quid potentiale: ſi autem fuiſſet actus, tunc materia eſſet forma; actus enim forma eſt. imo ſi fuiſſet actus cum omnis actus præſupponat potentiam, materia præſupponeret ſub ſe aliquod ens in potentia, quod non ſit materia. quid autem illud ſit, uelim vt Scotus mihi declaret, cum non ſit materia. nec poteſt eſſe in actu, quod enim in actu eſt compoſitum eſt. nec ualet quod dicunt aliqui, ſi materia eſſet aliquid in actu per formam fuiſſet quid compoſitum, in actu enim eſſe competit compoſito, materiam enim eſſe in actu compoſito per formam planè conſtat. materia autem Scoti abſque omni compoſito, & abſque omni forma conſtituta eſt in actu, cum ſine his exiſtere ſecundum eum ualde poſſit. ſed materia ſecundum Philoſophum, & Auerroim licet ſit in actu per formam, nihilominus non poteſt exiſtere abſque compoſito. nunquam enim forma copulatur materiæ, nec ei coniungitur abſque hoc, quod Digreſſio.

non

non reſultet compoſitum ex tali coniunctione. ideo Scotus uidetur ſibi ipſi repugnare dicendo, quod materia eſt in actu aliquo. aliter enim quid compoſitum eſſet. cum iuxta eum nihil exiſtat in actu niſi compoſitum. ſi autem quid tertium eſſet materia, vt aliquid actu repugnās ei nihil, mirum eſt procul dubio, quod propter id ſit conſtituta in actu entitatiuo. materia enim & ſi fuerit in pura potentia, tamē non eſſet actu aliquid. Amplius, ſi materia fuiſſet in actu entitatiuo propter id quia eſt ens ſimpliciter, peto cum ens diuiditur per Ariſtotelē in Metaphyſicis in potentiam & actum, qua ratione non magis erit potentia quam actus, ſi ambo ſunt differentiæ entis vniuoce? Propter id igitur bene dicit Commētator, quod ſubiectum accidentis ſit ens in actu. formæ enim aduenientes materiæ fuiſſent profecto accidentales, quia reciperentur in ſubiecto in actu. Sed de his hactenus. Accedamus modo ad expoſitionem textus [differunt autem in hoc, quoniā inuenit tranſmutationem indiuiduorum in ſuis ſubſtantijs cogere ſubiectum non eſſe ens in actu, & nō habere formam qua ſubſtantiatur.] ideſt differunt autem in hoc iſtæ tranſmutationes, quoniam inuenit Ariſtoteles tranſmutationem indiuiduorū ſcilicet compoſitorum (nihil enim proprie tranſmutatur niſi compoſitum) in ſuis formis ſubſtantialibus cogere ſubiectum non eſſe ens in actu, tranſmutationum autem accidentium eſſe in actu, & non habere formam æternam quæ ſit de eſſentia eius. Sed aliquis hic dicere poſſet, cum ſubiectum formæ ſubſtantialis ſit tantum in potentia, & accidentium in actu, quare materia ſit ſubiectum dimenſionum. dimenſiones enim ſunt accidentia. Soluitur. ſubiectū

Dubiū.

acci-

Digitized by Google

accidentis duplex eſt, vel ſubiectum ante formam, vel poſt formam. dimenſiones autem interminatæ ſunt accidentia præcedentia formam in materia, vt interminatæ: & ſic nihil prohibet ſubiectum earum eſſe ens in potentia, quod eſt materia. ex quo verificatur ſententia Auctoris 6. Phyſicorum dicentis quod accidentia carnis inducuntur in materia ante formam ſubſtantialẽ carnis. vt autem illæ dimenſiones fiunt terminatæ, ſequuntur formam; & per conſequens, earum ſubiectum eſt ens in actu. modo dico ad propoſitum, quòd ſubiectum accidẽtium ante formam nõ eſt impoſſibile eſſe ens in potentia, ſed tantum poſt formam. Sequitur [ſi enim haberet formam, nullam aliam reciperet niſi illa deſtructa] Probat Commentator hic duabus rationibus intentum ſuum, quod ſubiectum formæ ſubſtãtialis non ſint ens in actu. quarum prima hæc eſt. ſi ſubiectum formæ ſubſtantialis fuiſſet ens in actu, tunc nullam aliam formam ſubſtantialem reciperet, niſi deſtructa illa, hoc eſt, ſi fuiſſet ens in actu, haberet formam qua actuatur, & ſic non appeteret aliam formam: perfectibile enim non deſiderat perfectionem, niſi cum careat illa: & ſic illud ſubiectum in actu eo actu perficeretur tantum, ita quòd non reciperet aliam formam perficientem, niſi deſtructa illa. hoc eſt igitur quod ipſemet dicit Commentator 7. Metaphyſi. & primo Phyſicorum, forma non eſt eſſentialiter in materia. quoniam ſi aliqua forma eſſet eſſentialiter in materia, tunc materia non reciperet omnes formas, etiam ſi in ſua natura eſſet formata: aliter enim ens generaretur ex ente in actu; & ſic ex duobus actu exiſtentibus, tertium fieret, quod eſt impoſſibile. propterea materia nõ habens

Cõ. 58.

Cõ. 8.
Cõ 63.
79.

Digitized by Google

bens aliquam formam eſſentialẽ appetit procul dubio omnes formas, per mutationem quarum deperdit nomen atque definitionem. propter id igitur conſtituta eſt ſuapte natura in potentia ad omnes formas. nõ enim magis perficitur perfectiſſima forma, qnàm minus perfecta. omnes enim æqualiter ſunt in potentia materiæ: & licet vna ſit magis perfecta quàm alia, hoc profecto eſt tantum de ratione formæ, nõn tamen una magis perficit ſubiectum q̃ alia, tum quia natura intendit generationem, tum quia ſubiectum ſtans ſub diuerſis formis aliquando fuiſſet magis in actu, aliquando minus, & ſic materia deueniens ſub formam viliſſimam in reſpectu perfectiſſimæ potuiſſet eſſe quoquo modo in actu, & in potentia, ſufficienter enim non perficeretur. ideo de ratione materię quatenus eſt appetibilis, & in potentia, eſt quòd non magis perficitur vna forma quàm alia, quòdque illa perfectio non eſt in materia eſſentialiter. hoc eſt igitur propoſitum Commentatoris, ſi materia fuiſſet ens in actu nullã aliam reciperet niſi deſtructa illa, habita enim perfectione aliam non deſideraret. cuius rei reddit rationẽ dicens [vnum enim ſubiectum habere pluſquam vnam formam impoſſibile eſt] ideſt vnum enim ſubiectum cuius eſſentia eſt in potentia, habere tantum vnam formam qua efficiatur in actu, impoſſibile eſt. nullam enim aliam deſideraret in ſua perfectione, & ſic profecto deficeret generatio rerum. quẽadmodum enim eſt in motu corporum cœleſtium, ita neceſſe eſt in generatione horum inferiorum eſſe. ideo ſi motus corporum cœleſtium tantum vnus eſſet, tunc in entibus inferioribus diuerſa hæc quæ nunc inueniũntur, non contingeret eſſe. ita ſimiliter

ter

ter ſi una fuiſſet tantum forma in materia, nec multæ, nec diuerſæ generationes rerum potuiſſent eſſici: ſecundũ. n. vnitatem illam tantum formæ, & materiæ ceſſaret motus atque generatio; ſed hoc eſt impoſsibile, ergo vnum ſubiectum habere pluſquam unam formam impoſsibile eſt. Sequitur [& ſi eſſet ſubſtantia ſimpliciter exiſtens in actu, tunc eſſet impoſsibile & non receptiuum, quòd enim eſt in actu non recipit aliquid quod ſit in actu] hæc eſt ſecunda ratio, qua probat Commentator ſubiectum formæ ſubſtantialis eſſe ens in potentia. ſi enim illud ſubiectum quod ſuſcipit tranſmutationem ſubſtantialem eſſet ſubſtantia ſimplex in actu exiſtens, non reciperet aliquam tranſmutationem, nihil.n.quod eſt in actu, recipit aliquid quod eſt in actu.

Vnde naturam huius ſubiecti &c. tex. 15.

Concludit ex dictis, quòd ſubiectum huiuſmodi transmutationis ſcilicet ſubſtantialis neceſſe eſt natura eſſe in potentia, ita quòd potentia ſit differentia ſubſtantialis eius, quodque ſubſtantia eius ſemper ſit in poſſe formarum, nullam naturam amplectens in eſſentia ſua in actu. ex quo formatur ſic ratio. omne illud cuius differentia ſubſtantialis uel ſubſtantia ſit potentia, ad eſſe ſuum, non amplectitur naturam exiſtentem in actu. ſed huiuſmodi eſt materia. ergo. Propter id igitur dicit Ariſtoteles 8. Metaphyſi. & 2. de anima, quòd ex materia, & forma non fit vnum, niſi quia materia eſt ens in potẽtia & forma actus. Animaduertẽdum autem eſt hic, quod aliud eſt eſſe aliquid, & aliud eſſe ut aliquid. aliquid enim eſſe vt aliquid, non includit identitatẽ realem, ſed tantum quandam ſimilitudinem, & affinitatem cum eo cui comparatur, aliter enim diffe-

Com. tex. cõ. 4. tex. cõ. 7. Obiectio.

Digitized by Google

rentia ſubſtantialis eſſet forma ſubſtantialis, & non ut forma ſubſtantialis: ſicut enim forma ſubſtãtialis conſtituit materiam in eſſe actuali, ita potentia materiæ conſtituit ipſam in eſſe potentiali tantum. amplius potentia ſubſtantialis dicitur forma ſubſtantialis materiæ, non quod ipſa det eſſe ſubſtantiale ei; ſed, ut aliquid conſequens eſſe ſubſtantiale in materia. ideo & ſi ipſa potentia materiæ dicitur forma ſubſtãtialis eius: omnis enim differentia ſubſtantialis eſt vt forma ſubſtantialis, vt colligitur ex
tex. cõ. 43. mente Ariſtotelis 7. Metaphy. tamen non eſt vt forma perficiens, ſed vt aliquid conſequens perfectionem ſubſtantialem in materia. Amplius animaduertendum eſt, quod potentia non ſolum eſt de eſſentia materiæ: ſed aliquo modo eſt etiam de eſſentia compoſiti, inquantum compoſitum fit ex illa potentia & actu. ex quo uerificatur ſententia Auctoris
Com. 7 5. Metaphyſi. dicentis quòd differentiæ ſubſtantiales ſunt de eſſentia congregati, de quo prædicantur. Modo accedamus ad textũ [vnde natura huius ſubiecti recipientis ſubſtantiales formas primæ materiæ neceſſe eſt, ut ſit natura potentiæ, ſcilicet quòd potentia eius ſit differentia ſubſtantialis] ideſt poſt quam formarum ſubſtantialium, hoc ſubiectum oſtenſum eſt ens in potentia eſſe, neceſſe eſt quod natura huius ſubiecti ſit potentia, quodq; potentia eius ſit differentia ſubſtantialis eius. ſicut enim eſt inclinatio rerum, ita etiã ſunt res. Sequitur] & ideo nullam habet formam propriam, & naturam exiſtẽtẽ in actu, ſed eius ſubſtantia eſt in poſſe] ideſt ideo illud cuius ſubſtantia ſit in poſſe ad eſſe alicuius formæ, nullam naturam habet exiſtẽtem in actu: actus enim & potentia repugnãt. Et ſequitur [ex hoc ma

teria

Digitized by Google

teria recipit omnes formas] ideſt ex hoc ſequitur, ꝙ cum materia ſit tantum potentia, nullam naturam habens eſſentialiter exiſtentem in actu (quidquid enim recipit non recipit ſecundum quod eſt in actu, ſed ſecundum quod eſt in potentia) neceſſe eſt ꝙ ſit tãtum ens receptiuum omnium formarum.i.in potentia ad omnes formas ſucceſsiue.

Sed poſſe quo ſubſtantiatur hoc ſubiectum differt etiã à natura ſubiecti &c. tex. 16

Remouet hic vnum dubium, ne aliquis credat ex Com. dictis eius, quod potentia materiæ abſolutæ capta ſit de eſſentia eius. potentia enim relatio eſt, & habitudo quædam de prædicamento accidentium, ſed accidens non eſt de eſſentia ſubſtantiæ: eſſentiæ.n. prædicamentorum ſunt impermixtæ, ut dicit Ariſtoteles 2. Poſteriorum. tum etiam, quia nullus reſpectus eſt de eſſentia abſoluti, ergo potentia materiæ Vide Scotũ non eſt de eſſentia eius. hoc eſt igitur dubium, quod 2. diſt. hic remouet Commentator dicens [ſed poſſe quo 3. q.7. ſubſtantiatur hoc ſubiectum differt etiam à natura ſubiecti] ideſt potentia illa de qua diximus, qua ſubſtantiatur hoc ſubiectum, differt etiam à natura ſubiecti, ita ſcilicet, quod non ſit de eſſentia eius omnino. Cuius rei aſſert rationẽ [in hoc quòd poſſe dicitur reſpectu formæ, & eſt de prædicamento relationis. Sequitur] hoc autem ſubiectum eſt unum entium exiſtentium per ſe [ideſt hoc autem, ſcilicet materia, eſt de prædicamento ſubſtantiæ, & eſt ens per ſe. ſed unum prædicamentum non eſt de eſſentia alterius, ut dictum eſt. ergo potentia non eſt de eſſentia materiæ. Tamen animaduerte quòd licet potentia non ſit de eſſentia materiæ, eo quia ipſa eſt ens abſolutum, illa relatiuum, tamen conſiderando

Digitized by Google

materiam, ut habet comparationem ad alia, & ad ip ſam formam quam recipit, profecto potentia eſt de eſſentia eius. materiam enim eſſe ens in potentia cõ

tex. cõ. 8. cludit Philoſophus 12. Metaphy.

tex. 18. *Et ideo eſt difficile intelligere uel imaginari illud niſi comparatione ad alterum ſicut dicit Ariſtoteles &c.*

Com. Poſtquam Commentator oſtẽderat naturam materiæ ſecundum ſe ideſt ſecundum propriam eſſentiam eius, nunc concludit ex dictis, naturam materię quo ad intellectionem, dicens, poſtquam oſtendimus materiam eſſe ens in potentia, nullam naturã habens exiſtentem in actu, ideo difficile eſt eam intelligere, ſcilicet primo, cum non ſit aliquid in actu. ideo difficile eſt eam intelligere, ſcilicet primo, cum non ſit aliquid in actu ſuapte natura, habens quidditatem: quidquid enim intelligitur primo, vel eſt actus id eſt forma, uel in actu ideſt compoſitum: ſed materia, nec forma nec compoſitum eſt, ergo ipſa non intelligitur primo. propter id igitur difficile eſt eam intelligere uel imaginari. hoc eſt illud quod

tex. cõ. 14 dicit Philoſophus 12. Metaphy. materia quia formam non habet, non habet intentionem intellectã

Com. 8 ab ea. cum autem ſit quædam ſubſtantia diminuta potentialis, ut ait Auctor 7. Metaphyſ. non poteſt mouere complete intellectum. ſicut enim eſt in eſſendo, ita eſt in intelligendo. Dubitatur tamen hoc loco. Cum materia ſit illud ad quod innuitur ſecundum ſenſum, forma autem non comprehenditur ſenſu, niſi ſecundum ſuam actionem, ut dicit

cõ. 13. Commentator 12. Metaphyſ. quid facit igitur forma ad intellectionem materiæ, Dico quòd licet materiam intelligendo intellectus indigeat ſenſu, tamen ut comprehendatur ipſo ſenſu, indiget forma

ma. materia enim non eſt ſenſibilis ſecundum ſe. Vis autem hoc manifeſte intueri apud Auctorem (melius enim non poſſunt verba eius exponi, quam per eius ipſius verba) vide 12. Metaph. ubi ait quòd materia non eſt ſenſibilis per ſe, ſed per aliud ideſt per formam. propterea quando dicit Commentator quòd materia eſt illud ad quod innuitur ſecundum ſenſum, debes intelligere, quòd materia non habet eſſe, niſi quia ſentitur per aliud, & non per ſe. eſt enim ens per illud per quod ſentitur: forma autem non comprahenditur ſenſu ideſt non eſt ſenſibilis per aliam formam, niſi tantum per actionem. Modò accedamus ad expoſitionem textus [& ideo eſt difficile intelligere vel imaginari illud, niſi in cõparatione ad alterum, ſicut dicit Ariſtoteles] ideſt cũ materia ſit ens in pura potentia, ideo non intelligitur niſi ſecundum comparationem, vt dicit Ariſtoteles primo Phyſicorum, cuius cõparatio eſt ad omnia entia in actu, quemadmodum comparatio materiæ ſenſibilis ad illud cuius eſt materia, ut comparatio ligni ad nauim, ſicut exponit auctor 12. Metaphyſic.

Cõ. 14

tex. cõ. 69.

Cõ. 14

Et quando inuenit ſubſtantiales formas &c.

tex. 18. Com.

Aggreditur Commentator determinare de materia in comparatione ideſt in ordine ad formas ſubſtantiales iuxta intellectum Philoſophi, ſcilicet, ꝙ dimenſiones in materia præcedunt formas ſubſtantiales. quàm opinionem Diuus Thomas multis in locis, & præcipue in opuſculo, quod fecit de natura materiæ, deſtruere conatur, ubi inſtat tanta vehementia contra fideliſſimum Commẽtatorem, quòd aliquibus viſum fuit ſequi opinionem eius, ſcilicet dimenſiones in materia non præcedere formã ſub-

ſtantialem

Digitized by Google

ſtantialem in ea. ſed eius rationes nonnullas fortioresque poſtea uidebimus, & ſoluemus. Accedamus nunc ad rationem Auctoris poſitam in hoc textu. illud quo diuiditur forma in materia præcedit formã in materia: ſed dimenſiones ſunt eæ quibus forma in materia diuiditur: ergo dimenſiones præcedunt formam in materia. maior eſt uera & manifeſta per ſe. minorem autem probat Commentator in ſequẽtibus dicens. materia prima eſt multa in potentia, ideſt quod potentia eius ſuſcipit plures formas, (de potentia remota loquor) ſed iſtæ formæ ſunt diuerſæ. ergo non poſſunt ſimul in eadem materia locari. ergo in diuerſis partibus. ergo oportet, quòd habeat diuiſionem in multas partes. diuiſio autem non poteſt haberi, niſi per dimenſiones. ergo dimenſiones ſunt quibus formæ in materia diuiduntur. Nec ualet reſpõſio, quòd materia habet partes entitatiuas, quia hoc non eſt de ratione formarum diuerſarum recipientium ſe in diuerſis partibus materiæ. Confirmatur hæc ratio per Ariſtotelis rationẽ in 8. Phyſicorum, ubi conatur probare, quòd primum mouẽs ſit indiuiſibile, quia non habet eſſe in materia, ergo ſi habuiſſet forma illa eſſe in materia, fuiſſet diuiſibilis. igitur diuiſibilitas in formis eſt proprie a materia. Rationes autem Beati Thomæ non ualent. ait, quòdcunque eſt aliquid in potentia ad omnẽ actum ordine quodam prius recipit actum primum, quàm actum ſecundum. Non valet, quoniam ſi ille actus ſecundus eſſet aduentitius rei in potentia, & actus primus ſimiliter, tunc prius quidem reciperet actũ primum quàm actum ſecundum: veruntamen ſi ille actus ſit coæternus potentiæ, & præcedens actũ primum, ordine originis atque temporis, non tamen

tex. cõ. 70.

ordine

ordine perfectionis, non primo reciperet actum primum quam actum ſecundum. Præterea actus diſponentes potentiam ad actum primum licet ſint quoquomodo poſteriores actu primo: tamen non eſt impoſsibile ipſos præcedere actum primum. iſtæ enim dimenſiones ſunt diſponentes materiam in potentia, ut ſimul posſit ſuſcipere diuerſas formas, materia enim ſecundum ſe eſt multa in potētia. Amplius non valet ſecunda eius ratio, quod materia ad poſitionem Auerrois maiorem connexionem haberet cum forma alterius generis, quàm cum forma proprij generis. licet enim materia maiorem connexionem habeat cum forma proprii generis, quo ad eſſe & perfectionem eius, tamen nihil prohibet eam maiorem connexionem habere cum forma alterius generis, reſpectu diuerſorum, pro ut forma cauſa eſt quædam diſponens materiam ad receptionē diuerſarum formarum. quia ſine ipſa multæ formę atque diuerſæ non poſſent ſituari in materia. Nec ualet tertia eius ratio, quòd dimenſiones interminatę aut ſunt eductæ de potentia materiæ aut non, ſi primum, multa inconuenientia ſequi poſſunt, quæ & ex Auerroe affirmari poſſunt. ſi autem nō ſunt eductæ de potentia materiæ, ergo præter duo principia aſsignata ab Ariſtotele in primo Phyſicorū, ſcilicet materia & forma, in conſtitutione rerum naturaliū, eſſet etiam tertium principium, ſ. dimenſio interminata. omne.n. quod manet, & non eſt ex aliquo, neceſſe eſt eſſe principium, vt dicitur 1. Phyſicorum. & iterū quòd accidentia haberent aliqua alia principia a principiis ſubſtantię, ſ. dimenſiones ꝑdictas dimenſiones. n. terminatę fiunt ex interminatis, ergo. Ad hoc reſpondeo, quod materia & for

ma

ma ſint principia conſtitutiua rerum naturalium: dimenſiones autem non ſunt principia reſpectu huiuſmodi principiorum. ſed alia ſunt principia conditionalia reſpectu ſuorum effectũ, cuiuſmodi ſunt dimenſiones interminatæ. ſunt hæ enim principia non primo modo, ſed tantum ſecundo modo. Nec valet, ergo accidentia haberent aliqua alia principia a principiis ſubſtantiæ. Quia accidentia dupliciter conſiderari poſſunt. vno modo in eſſe actuali, alio modo in eſſe potentiali. primo modo, dico, ꝙ accidentia habent principia ſubſtãtias in genere cauſæ materialis, vt dicit Commentator. ſi autem conſiderentur ſecundo modo, non eſt impoſſibile præter ſubſtantias habere accidentia principia. Quarto argumentatur ille. dimenſiones interminatę aut diſtinguunt partes materiæ ab inuicem, aut non, ſi diſtinguũt, cum omnis diſtinctio ſit ab aliquo actu, materia haberet diſtinctas partes actu, & non ab aliqua forma ſubſtantiali, quod eſt impoſſibile, cũ materia non habeat eſſe niſi a ſua forma ſubſtantiali. ſi vero non diſtinguunt niſi in potentia; fruſtra ponũtur in materia, quia in materia nuda eſt potentia ad diſtinctionem partium, quam acquirit introducta forma, quod eſt totum compoſitum ex diuerſis partibus. Ad hoc reſpondeo pro Auerroe, ꝙ materiam habere diſtinctas partes actu præter formam, dupliciter poteſt intelligi, uel actu actuali, uel actu potentiali. primo modo, non eſt diſtinctio niſi ab aliquo actu formali, ſecundo modo poteſt diſtinctio fieri ſuper materiam ab aliquo actu potentiali, & hoc dupliciter, uel actu potentiali ſubſtantialiter dicti, & ſic non eſt diſtincta prima materia in partes, uel actu potentiali accidentali ſeu conditionali, &

huiuſmodi

huiuſmodi meteria prima poteſt diſtingui in ſuas partes actu præter formam, per dimenſiones interminatas, ſcilicet potentiales. omitto alias rationes quas ſoluimus publico certamine in æde Diuæ Mariæ. Itaque ne diutius moremur ſuper iſtis, deueueniamus ad expoſitionem textus, [& quando inuenit ſubſtantiales formas diuidi ſecundum diuiſionem ſubiecti,] ideſt quando Ariſtoteles inuenit ſubſtantiales formas, ideſt formas extractas de potentia materiæ, diuidi ſecundum diuiſionem ſubiecti (inuenit enim quod formæ quę extrahuntur de potentia materiæ dimenſionantur in diuerſis partib. materiæ,) [ſciuit, quòd primum eorum quæ exiſtunt in hoc ſubiecto ſunt tres dimenſiones, quæ ſunt corpus,] ideſt ſciuit hoc ſubiectum habere tres dimenſiones, ſcilicet latitudinem, longitudinem, & profunditatem, quę ſunt corpus. Corpus autem dupliciter accipitur, vno modo vt ſubiectum dimenſionum, & ſic eſt in prædicamento ſubſtantiæ; alio modo accipitur corpus pro tribus dimenſionibus quãtitatis, quomodo accipitur in præſenti textu.

Et cum inuenit in eis dimenſionibus communicari formas omnes, &c. tex.16.

Com. Ponit Commentator duplicem modum dimenſionum differentium ad inuicem ratione & conſequentia, non autem ſubiecto. quibus modis poſitis obiectionem quandam remouere intendit. poſtquã enim dimenſiones ſunt accidentia, neceſſe eſt, quòd ſint poſteriores ſubſtantia, ut dicit Ariſtoteles 7. Metaphy. & quòd ſubiectum earum ſit tantum in actu, tex. co. 4. non in potentia. Ideo, vt hec remouere valeat, ponit duplicem modum dimenſionũ: quædam enim dicuntur terminatæ, & quędã interminatæ. dimen-

Digitized by Google

ſionum autem terminatarum ſubiectum eſt aliquid per formam, forma enim eſt cauſa terminationis & continentiæ 3. Phyſicorum & 1. de Anima, & ſic ſubiectum earum eſt ens in actu: huiuſmodi enim accidentia conſequuntur formas, & ſunt poſteriora ipſis. ut autem dimenſiones ſunt accidentia interminata, ſubiectum earum eſt ens in potẽtia, & ſunt in materia primitus, ſuntque priores formis ſubſtantialibus, ut dicit Commentator 1. Phyſic. dicuntur autem iſtæ dimenſiones interminatæ, quia infinitas ſeu interminatio à materia cauſatur, ſicut finitas & terminatio à forma, ut dicit Commentator 3. Phyſicorum. v. g. ut hoc, ſecundum quod ſit quantũ in hac debita terminatione, forma eſt cauſa illius terminationis potius, quàm materia, ut puta cadaueris dimenſiones cõſequentes materiam reſpectu prioris formæ ſunt interminatæ, terminantur autẽ per formam propriam eius, & poſteriorem prima: unde dimenſiones illę prout ſunt interminatæ ſunt æternæ in materia, conſequuntur enim potentiam eius; ut autem ſunt terminatæ per aduentum formarum, ſunt nouæ & genitæ, ſubiectumque earum ante formam eſt materia: non eſt igitur impoſsibile ſubiectum accidentium præcedentium formas ſubſtantiales in materia eſſe ens in potentia: tamen poſt formam quarum ſubiectum eſt ens in actu, impoſsibile eſt.

Cõ. 67.
Cõ. 90.
Cõ. 63.
Cõ. 60.

Et animaduertendum eſt, quòd forma ſubſtantialis non eſt terminus dimenſionum, vt ſunt dimenſiones, quia dimenſiones ſecundum ſe conſideratæ ſunt alterius generis, ea autem quæ terminantur, in propria ſpecie terminantur: ſed forma eſt alterius generis, & alterius ſpeciei: propterea non

poſſunt

Digitized by Google

poſſunt dimenſiones terminari ab ea, niſi tantum ſecundum quòd dimenſiones reducuntur ad materiam, vt ad aliquid ſubſtantiale. His habitis accedamus ad expoſitionem textus, [& cum inuenit in eis dimenſionibus communicari formas omnes,] ideſt cum inuenit Ariſtoteles in dimenſionibus cómunicari formas, ideſt quòd quælibet habet terminatam quantitatem. Nota autem quòd dimenſiones non ſolum ſunt poſitę in materia, propter diuerſitatem formarum recipientium in ea, ſed etiam propter quantitatem formarum, quia licet ex doctrina Ariſtotelis, & Auerrois, hoc quantum ſit in tali termino per formam; vt tamen forma ſit in hac quãtitate, ſcilicet, quanta, hoc eſt a dimenſionibus præcedentibus eam. Sequitur [ſciuit dimenſiones terminatas vltimo actu non poſſe eſſe, niſi poſtquam forma ſubſtantialis eſt in eo,] ideſt ſciuit Ariſtoteles, quod illæ dimenſiones in materia ſunt interminatæ & in potentia in ea, nõ poſſe terminari vltimo actu, niſi poſt formam ſubſtantialem, quemadmodum enim ante formam erant interminatæ, ita poſt formæ introductioné terminantur. & animaduertε, quòd illæ dimenſiones ante aduentum formæ, erant ſimplices dimenſiones, atque nudæ, poſt auté introductioné eius induuntur forma corporali ſimpliciter, vt dicit Commentator 4. Phyſicorum. Sequitur, [ſicut eſt diſpoſitio de alijs accidentibus in actu,] quia paſsiones & accidentia ſunt interminata, ex 8. Metaphy. & terminata per formam. Cõ. 15.

Inuenit etiam quòd ſubiectum omniũ accidentiũ &c. tex. 20.

Continuat Commentator aliam rationem oſtendendo ſubiectum accidentium eſſe vere ens in actu. omnium enim accidentium ſubiecta ſunt indiui- Com.

dua;ſcilicet compoſita: compoſita autẽ omnia ſunt conſtituta ex formis, & ſubiecto, quod eſt materia prima: ergo ſubiectum omnium accidentiũ eſt ens in actu. Maiorem autem huius rationis in ſequenti textu probat, ibi ſcilicet (& accepit etiam &c.) Sed nunc accedamus ad intentum Auctoris [inuenit, quòd ſubiecta omnium accidentium ſunt indiuidua ſubſtantiæ, quæ ſunt in actu] ex his manifeſtis verbis colligitur vnum notabile in ſchola Auerrois, quòd intellectus noſter non ſit ſubiectum ſuſcipiẽs accidentia realia: aliter enim compoſitus fuiſſet, cũ ipſe ſit forma ſimplex. hoc etiam conſtat apud Ariſtotelem, qui inuenit ſubiecta omnium accidentiũ realium eſſe indiuidua, ſcilicet compoſita ex materia & forma. Amplius notandum eſt, quòd ſubiectum compoſitum dupliciter poteſt conſiderari, vno modo vt compoſitum ex eiſdem generibus, vt ex materia & forma ſubſtantiali, alio modo vt ex diuerſis generibus compoſitum, vt compoſitum ex ſubſtantia, & accidente. ad hoc autem quæri poteſt, vtrum hoc compoſitum ſecũdo modo dictum cõtingat eſſe ſubiectum omnium accidentium, vel non? Reſpondeo, vt mihi videtur, ſaluo meliori iudicio, cõpoſitũ ex ſubſtantia & accidente, non poſſe eſſe ſubiectum omnium accidentium: aliter enim poſſibile eſſet idem prædicari de ſe ipſo, quod eſt valde abſurdum. ergo ſubiectum omnium accidẽtium erit compoſitum ex materia & forma ſubſtantiali. Sequitur Commentator. [de quibus declaratum fuit ab eo eſſe compoſita ex formis, & ſubiecto, quod eſt in potentia,] ideſt de quib. declaratum fuit ab Ariſtotele, indiuidua iſta, ſcilicet, compoſita eſſe ex formis ſubſtantialib. & ſubiecto quod eſt in potentia.

Et

Digitized by Google

Et accepit etiam ſignum ex hoc &c. tex. 22.

Probat Commentator maiorem propoſitionem Com.
præcedentis argumenti, quæ erat talis. ſubiectum omnium accidentium eſt compoſitum, cuius propoſitionis affert demonſtrationem ex mente Philoſophi a ſigno, illud enim ſubiectum, quod ſuſcipit dimenſiones terminatas recipit accidentia contingentia: accidentia autem contingentia ſunt, quæ quandoque accidunt ſubiecto, quandoque non. modo, illud ſubiectum, cui quandoque aduenit vnũ accidens, quandoque non, non poteſt eſſe ſimplex, recipere enim iſta accidentia contingentia eſt pati, ſed quod eſt ſimplex actus, nõ poteſt pati: pati enim contrarium eſt actui: ergo ſubiectum dimenſionum terminatarum eſt compoſitũ. & ſic denique dimenſiones terminatæ ſequuntur formam compoſiti. Notandum eſt, quod aliud eſt eſſe ſubiectum accidentium neceſſariorum, & aliud eſſe ſubiectum accidentium contingentium; & aliud eſſe cauſam accidentium neceſſariorum, & cauſam accidentium contingentium. primo modo materia eſt ſubiectum accidentium neceſſariorum, vt viſum fuit ſuperius, magiſque videbimus, infra: ſecundo autem modo materia non eſt ſubiectum accidentium contingentiũ, accidentia enim huiuſmodi ſunt in materia poſt actum eius. tertio autem modo materia non eſt cauſa accidentium neceſſariorum. neceſſaria enim nõ requirunt cauſam poſsibilem apud Philoſophum. quarto autem modo materia eſt cauſa accidentium contingentium; omnium enim contingenter accidentium materia erit cauſa, dicit Ariſtoteles 6. Metaphyſ. ergo ſubiectum accidentium contingentiũ eſt compoſitum, & non forma: forma enim eſt qua tex. ch. 5.

res

res neceſſario eſt. Modo accedamus ad textum, [& accepit ſignum ex hoc, quòd ſubiectum recipit accidentia contingentia in eo quod non eſt ſimplex] id eſt ſubiectum dimenſionum terminatarum demonſtrauit ex hoc ſigno Ariſtoteles eſſe compoſitum, quia ſubiectum dimenſionum terminatarum recipit accidentia contingentia: ſed illud quod eſt receptiuum, non eſt ſimplex actus, quia recipere eſt pati, pati autem contrarium eſt actui. ergo. Dimenſiones autem terminatę ſunt accidentia contingentia, illud enim accidens, quod primo eſt interminatum, deinde fit terminatum in aduentu formæ ſubſtantialis, neceſſe eſt, quòd ſit contingens. Sequitur Cõmentator [quoniam ſi eſſet ſimplex actu non poſſet recipere accidentia contingentia. pati enim eſt contrarium ipſi actui] id eſt ſi illud ſubiectum accidentium contingentium eſſet ſimplex non poſſet ea recipere, quia recipere eſt pati, actus autem & pati ſunt contraria, ergo. Animaduertendum eſt, quòd actus non eſt vere oppoſitus paſsioni, ſed potentiæ, vt dicit ipſemet Auctor 1. de Anima, veruntamen actus eſt oppoſitus illi, quod eſt pati, quia recipere eſt pati, nihil autem recipit, niſi illud quod eſt in potentia, vt dicit Auctor Deſtr. Deſtr. & 5. Phyſic.

Com.6 Diſp.7. fol. 3. dubii. Cõ.10. tex.22. Com.

Et quia inuenit omnes formas communicari &c.

Aggreditur oſtendere cur dimenſiones interminatæ ſint inſeparabiles a ſubiecto & hoc nulla alia de cauſa nititur manifeſtare, niſi ad demonſtrandũ, quòd iſta accidentia non ſunt contingentia, quemadmodum dimenſiones terminatæ: ſed tantum neceſſaria, æternaque in ſubiecto. Cuius quidem rei, hæc eſt ratio. quia omnes formæ commuuicant in dimenſionibus interminatis, quia habet manifeſtam

quanti-

quantitatem, & magnitudinem in materia: ideo ſi materia denudaretur a ſuis dimenſionibus, tunc dimenſiones quas habent formæ in materia fierent ex non dimenſionibus, & corpus ex non corpore, & ſic magnitudo ex non magnitudine, quod repugnat Philoſopho. 6. Phyſicorum & 1. de Generat. & Corrupt. Ad hanc autem rationem Commentatoris reſpondit Diuus Thomas, ſcilicet, quòd nõ valet, nec demonſtrationem conſtituit, ſi dimenſiones interminatæ æternaliter nõ reperirentur in materia, omnes dimenſiones cuiuslibet corporis fierent ex non dimenſionibus. quia poſsibile eſt (vt ipſe ait) dimenſiones & corpus fieri ex non dimenſionibus in actu, & ex dimenſionibus in potentia. Hanc autem reſpõſionem Diui Thomæ nihil valere, mihi conſtat, ſequeretur enim quòd ex doctrina Philoſophi accidẽtia poſſent generari ex ente in potentia, & ex nõ ente in actu, quod proprium eſt formarum ſubſtantialium: accidentia enim quæ fiunt, requirunt ſubiectum in actu, quod ex differentia tranſmutationũ naturalium facile intellectu percipi poteſt: ergo dimenſiones non fiunt de potẽtia materiæ, quod erat intentum Beati Thomæ. Amplius, illud quod nõ eſt innatum eſſe in ſubiecto, non poteſt eſſe de potentia ſubiecti, illud enim quod eſt de potentia ſubiecti perficit ſubiectum. hoc eſt manifeſtum, ſed illud quod non eſt innatum eſſe in ſubiecto, non perficit ſubiectum apud Philoſophum 2. de Anima, & ſic non contingit eſſe de potentia ſubiecti. igitur corpora nõ poſſunt fieri de potentia materiæ, ipſa enim non perficiunt ſubiectum, ut dicit Ariſtoteles in eodem loco. Amplius, ſi corpus fieret ex corpore in potentia, tunc corpus ſimpliciter generaretur; & ſi

tex. co. 23.
tex. co. 64.
tex. cõ. 26.

ſimpli-

dua, ſcilicet compoſita: compoſita autẽ omnia ſunt conſtituta ex formis, & ſubiecto, quod eſt materia prima: ergo ſubiectum omnium accidentiũ eſt ens in actu. Maiorem autem huius rationis in ſequenti textu probat, ibi ſcilicet (& accepit etiam &c.) Sed nunc accedamus ad intentum Auctoris [inuenit, quòd ſubiecta omnium accidentium ſunt indiuidua ſubſtantiæ, quæ ſunt in actu] ex his manifeſtis verbis colligitur vnum notabile in ſchola Auerrois, quòd intellectus noſter non ſit ſubiectum ſuſcipiẽs accidentia realia: aliter enim compoſitus fuiſſet, cũ ipſe ſit forma ſimplex. hoc etiam conſtat apud Ariſtotelem, qui inuenit ſubiecta omnium accidentiũ realium eſſe indiuidua, ſcilicet compoſita ex materia & forma. Amplius notandum eſt, quòd ſubiectum compoſitum dupliciter poteſt conſiderari, vno modo vt compoſitum ex eiſdem generibus, vt ex materia & forma ſubſtantiali, alio modo vt ex diuerſis generibus compoſitum, vt compoſitum ex ſubſtantia, & accidente. ad hoc autem quæri poteſt, vtrum hoc compoſitum ſecũdo modo dictum cõtingat eſſe ſubiectum omnium accidentium, vel non? Reſpondeo, vt mihi videtur, ſaluo meliori iudicio, cõpoſitũ ex ſubſtantia & accidente non poſſe eſſe ſubiectum omnium accidentium: aliter enim poſſibile eſſet idem prædicari de ſe ipſo, quod eſt valde abſurdum. ergo ſubiectum omnium accidẽtium erit compoſitum ex materia & forma ſubſtantiali. Sequitur Commentator. [de quibus declaratum fuit ab eo eſſe compoſita ex formis, & ſubiecto, quod eſt in potentia,] ideſt de quib. declaratum fuit ab Ariſtotele, indiuidua iſta, ſcilicet, compoſita eſſe ex formis ſubſtantialib. & ſubiecto quod eſt in potentia.

Digitized by Google

Et accepit etiam ſignum ex hoc &c. tex. 22.

Probat Commentator maiorem propoſitionem Com. præcedentis argumenti, quæ erat talis. ſubiectum omnium accidentium eſt compoſitum, cuius propoſitionis affert demonſtrationem ex mente Philoſophi a ſigno; illud enim ſubiectum, quod ſuſcipit dimenſiones terminatas recipit accidentia contingentia: accidentia autem contingentia ſunt, quæ quandoque accidunt ſubiecto, quandoque non. modo, illud ſubiectum, cui quandoque aduenit vnũ accidens, quandoque non, non poteſt eſſe ſimplex, recipere enim iſta accidentia contingentia eſt pati. ſed quod eſt ſimplex actus, nõ poteſt pati: pati enim contrarium eſt actui: ergo ſubiectum dimenſionum terminatarum eſt compoſitũ. & ſic denique dimenſiones terminatæ ſequuntur formam compoſiti. Notandum eſt, quod aliud eſt eſſe ſubiectum accidentium neceſſariorum, & aliud eſſe ſubiectum accidentium contingentium; & aliud eſſe cauſam accidentium neceſſariorum, & cauſam accidentium contingentium. primo modo materia eſt ſubiectum accidentium neceſſariorum, vt viſum fuit ſuperius, magiſque videbimus, infra: ſecundo autem modo materia non eſt ſubiectum accidentium contingentiũ, accidentia enim huiuſmodi ſunt in materia poſt actum eius. tertio autem modo materia non eſt cauſa accidentium neceſſariorum. neceſſaria enim nõ requirunt cauſam poſsibilem apud Philoſophum. quarto autem modo materia eſt cauſa accidentium contingentium; omnium enim contingenter accidentium materia erit cauſa, dicit Ariſtoteles 6. Metaphyſ. ergo ſubiectum accidentium contingentiũ eſt compoſitum, & non forma: forma enim eſt qua tex. c6. 5.

res

res neceſſario eſt. Modo accedamus ad textum, [& accepit ſignum ex hoc, quòd ſubiectum recipit accidentia contingentia in eo quod non eſt ſimplex] id eſt ſubiectum dimenſionum terminatarum demonſtrauit ex hoc ſigno Ariſtoteles eſſe compoſitum, quia ſubiectum dimenſionum terminatarum recipit accidentia contingentia: ſed illud quod eſt receptiuum, non eſt ſimplex actus, quia recipere eſt pati, pati autem contrarium eſt actui. ergo. Dimenſiones autem terminatę ſunt accidentia contingentia. illud enim accidens, quod primo eſt interminatum, deinde fit terminatum in aduentu formæ ſubſtantialis, neceſſe eſt, quòd ſit contingens. Sequitur Cõmentator [quoniam ſi eſſet ſimplex actu non poſſet recipere accidentia contingentia. pati enim eſt contrarium ipſi actui] id eſt ſi illud ſubiectum accidentium contingentium eſſet ſimplex non poſſet ea recipere, quia recipere eſt pati, actus autem & pati ſunt contraria, ergo. Animaduertendum eſt, quòd actus non eſt vere oppoſitus paſsioni, ſed potentiæ, vt dicit ipſemet Auctor 1. de Anima, veruntamen actus eſt oppoſitus illi, quod eſt pati, quia recipere eſt pati, nihil autem recipit, niſi illud quod eſt in potentia, yt dicit Auctor Deſtr. Deſtr. & 5. Physic.

Com. 6 Diſp. 7. ſol. 3. dubii. Cõ. 10. tex. 22. Com.

Et quia inuenit omnes formas communicari &c.

Aggreditur oſtendere cur dimenſiones interminatæ ſint inſeparabiles a ſubiecto & hoc nulla alia de cauſa nititur manifeſtare, niſi ad demonſtrandũ, quòd iſta accidentia non ſunt contingentia, quemadmodum dimenſiones terminatæ: ſed tantum neceſſaria, æternaque in ſubiecto. Cuius quidem rei, hæc eſt ratio. quia omnes formæ commuuicant in dimenſionibus interminatis, quia habet manifeſtam quanti-

quantitatem, & magnitudinem in materia: ideo ſi materia denudaretur a ſuis dimenſionibus, tunc dimenſiones quas habent formæ in materia fierent ex non dimenſionibus, & corpus ex non corpore, & ſic magnitudo ex non magnitudine, quod repugnat Philoſopho. 6. Phyſicorum & 1. de Generat. & Corrupt. Ad hanc autem rationem Commentatoris reſpondit Diuus Thomas, ſcilicet, quòd nõ valet, nec demonſtrationem conſtituit, ſi dimenſiones interminatæ æternaliter nõ reperirentur in materia, omnes dimenſiones cuiuslibet corporis fierent ex non dimenſionibus. quia poſsibile eſt (vt ipſe ait) dimenſiones & corpus fieri ex non dimenſionibus in actu, & ex dimenſionibus in potentia. Hanc autem reſpõſionem Diui Thomæ nihil valere, mihi conſtat. ſequeretur enim quòd ex doctrina Philoſophi accidẽtia poſſent generari ex ente in potentia, & ex nõ ente in actu, quod proprium eſt formarum ſubſtantialium: accidentia enim quæ fiunt, requirunt ſubiectum in actu, quod ex differentia tranſmutationũ naturalium facile intellectu percipi poteſt: ergo dimenſiones non fiunt de potẽtia materiæ, quod erat intentum Beati Thomæ. Amplius, illud quod nõ eſt innatum eſſe in ſubiecto, non poteſt eſſe de potentia ſubiecti, illud enim quod eſt de potentia ſubiecti perficit ſubiectum. hoc eſt manifeſtum, ſed illud quod non eſt innatum eſſe in ſubiecto, non perficit ſubiectum apud Philoſophum 2. de Anima, & ſic non contingit eſſe de potentia ſubiecti. igitur corpora nõ poſſunt fieri de potentia materiæ, ipſa enim non perficiunt ſubiectum, ut dicit Ariſtoteles in eodem loco. Amplius, ſi corpus fieret ex corpore in potentia, tunc corpus ſimpliciter generaretur; & ſi ſimpli-

tex. co. 23.
tex. co. 64.
tex. cõ. 26.

Digitized by Google

ſimpliciter corpus generaretur, erit generatio eius ex priuatione,& non poſt priuationem. illud enim quod non eſt ens ſimpliciter,non generatur poſt nõ ens: ergo valet deductio Auerrois, quòd ſi materia denudaretur a ſuis dimenſionibus, tunc corpus fieret ex non corpore, & dimenſiones ex non dimenſionibus, quod ſequitur demonſtrando, cum ait.

tex. 23. Com. *Et tunc formæ corporales eſſent contrariæ &c.*

Quoniã ſi formæ corporales eſſent eductæ de potentia materiæ, quemadmodum educuntur formæ ſubſtantiales,tunc ſequeretur, quòd iſtæ formæ corporales eſſent ad inuicem contrariæ corrumpentes, & ſuccedẽtes ſibi in ſubiecto: ſed hoc eſt falſum per Ariſtotelem in prędicamentis. nihil enim quantitati eſt contrarium, ut quantitati abſolute & ſimpliciter ſumptæ: nec etiam quantitati alia quantitas ſuccedere poteſt.quantitas enim caret omni actione,vt Cõ. 84. dicit Auctor 4. Phyſicor. formas autem ſubſtantiales in materia eſſe contrarias,natura,& ratione conſtat: quoniam ſi eſſet forma in materia ſine contrario, tunc natura otioſe ageret: natura enim dedit materiæ potentiam,mediante qua ſit innata eſſe ſub multis formis ſucceſsiue: in materia enim non eſt potentia,niſi ob ſeparationem eius a forma, unde ſi formæ variæ atque diuerſę non ſuccederent in materia,potentia eius eſſet otioſa,& ſuperflua. ſed corpus atque formæ corporales remanent ſub vtroque contrariorum,vt patet in mortuis atque viuis. ergo corpus non eſt eductum de potẽtia materiæ, nec per conſequens formæ corporales. Modo deueniamus ad expoſitionem textus, [& tunc formæ eſſent contrariæ, & ſuccedentes ſibi in hoc ſubiecto, ſicut eſt diſpoſitio de formis ſubſtantialibus,]ideſt ſi iſtæ formæ

Vide Auer. 1. cęli cõ. 20. in fine.

mæ corporales eſſent eductæ de potentia materiæ, quemadmodum educuntur formæ ſubſtantiales; tunc ſequeretur quod iſtæ formę eſſent contrariæ, & ſuccedentes in eodem ſubiecto; & una corrumperetur, & alia generaretur. at eſt impoſſibile, quòd quantitati in eodem ſubiecto alia quantitas denuo ſuccedere poſſit.

Et hoc totum conuenit ſenſui &c. tex. 24

Manifeſtat hæc omnia exemplo Commentator, dicens. & hoc totum, quod dictum eſt patet exemplo naturali. quando enim aqua tranſmutatur in formam aeris, aſſequitur per calefactionem tantam raritatem, ita quòd forma eius non ſit poſſibilis ſub tanta raritate manere. unde illud ſubiectum neceſſe eſt denudari à forma aquę, & indui forma aeris; nõ quod illę dimẽſiones aeris introducãtur de nouo in ſubiecto aquæ, ſed tantum illæ dimenſiones aquæ augentur. i. dilatantur rarefaciendo per caliditatem aeris, cum igitur peruenerit ad tantam raritatem, introducitur in illis dimenſionibus ſubiecti aquæ forma aeris. itaque illæ dimẽſiones ſunt dimenſiones aeris in quantum ſequuntur formam aeris, non in quantum ſunt ante formam aeris; quę quidem dimenſiones tã aquæ, quam dimenſio aeris ſunt eædem, & inſeparabiles à ſubiecto. ergo illæ dimenſiones aquæ, & illæ dimenſiones aeris non ſunt ſuccedentes in ſubiecto, niſi in quantum ſequuntur formam ſubiecti. idem etiam poteſt manifeſtari de forma aquę, quando frigiditas condenſat aerem. Com.

Dimenſiones igitur ſimpliciter &c. tex. 25.

Ponit aliud exemplum ad oſtẽdendum, quomodo dimenſiones interminatę ſint inſeparabiles à Com.

materia. ideo dicit [dimenſiones igitur ſimplici-
ter quę appellantur corpus ſimpliciter.] Ex iſtis ver
Cō. 15. bis inſurgit quædam contradictio in dictis Aucto-
ris, ipſe enim vult 4. Phyſic. quod dimenſiones non
ſunt corpus, niſi in aduentu formæ, hic autem di-
menſiones interminatas corpus ſimpliciter appel-
lat. Soluitur. corpus poteſt capi dupliciter, vno
modo, vt corpus in potentia; altero modo, vt cor-
pus in actu. corpus autem in potentia ſimpliciter
dicuntur trinæ dimenſiones interminatæ; & cor-
pus ſimpliciter in actu per formam tres dimenſio-
nes terminatæ: vnde trinas dimenſiones intermi-
natas reſpectu ſecundi modi non eſſe corpus ſimpli
citer conſtat: Ipſę enim ſunt corpus in potentia; il-
læ autem in actu, ſed tantum reſpectu primi modi,
quo Commentator in hoc pręſenti textu intellige-
re uidetur; ſecundo autem modo. 4. Phyſicorum, ibi
enim uult dimenſiones interminatas non eſſe cor-
pus ſimpliciter in actu, & ſic non eſt contradictio
in dictis eius, quando ait [dimenſiones igitur ſim-
pliciter, quę appellantur corpus ſimpliciter,] id eſt
dimenſiones igitur interminatæ, quæ reperiuntur
in materia, neceſſario appellantur corpus ſimpli-
citer. ly. enim (ſimpliciter) hic accipitur pro neceſ-
ſario, ſicut accepit Ariſtoteles in 2. Phyſic. ponendo
tex. cō. 59. conuenientiam inter caſum, & fortunam. Sequitur
[non denudantur a prima materia,] nam ea quæ
ſunt in aliquo ſubiecto neceſſario, vt paſſiones pro
priæ non denudantur a proprio ſubiecto. Subdit
[ſicut nec alia accidentia communia omnibus cor-
poribus contrariis, aut duabus, aut pluribus,] id eſt
iſtæ dimenſiones interminatę communes omnibus
corporibus non denudantur a materia, vt ab eorū

proprio

proprio ſubiecto, ſicut nec alia accidentia communia omnibus corporibus contrariis, aut duobus eorum, vt aquæ & ignis, aut pluribus, vt ſunt aquæ ignis aeris, & cœli, de quo primo hoc accidens dicitur, ſcilicet diaphaneitas, vt habetur in 2. de Anima, & ideo ſicut, ſi ex igne generaretur aer, & aqua, illud accidens commune eis, quod eſt diaphaneitas non corrumperetur in corruptione formę proprię; nec per oppoſitum generaretur; ſed quoquo modo intenderetur atque remitteretur tantum ſecundū magis & minus in ambobus: maior enim eſt diaphaneitas in igne, quàm in aqua & aere. ita iſtæ dimenſiones interminatæ, quæ in materia prima reperiuntur ſecundum raritatem, & denſitatem corporum remitti atque intendi videntur. vnde hoc exemplum Commentatoris valet in duobus. primo quemadmodum diaphaneitas eſt accidens inſeparabile a ſuis ſubiectis, ita iſtę dimenſiones interminatæ ſunt accidentia inſeparabilia a ſubiecto eorum, vt a prima materia. Secundo, ſicut hoc accidens remittitur, atque intenditur ſecundum raritatem, atque denſitatē corporum; ita iſtæ dimenſiones intenduntur, atque remittuntur ſecundum raritatem, & denſitatem corporum, vt viſum fuit in pręcedenti textu. tex. co. 68.

Et quia illa forma, ſcilicet, non dimenſionis terminatę &c. tex. 26.

Poſtquam Commentator oſtendit naturam materię ſecundum ſe, & in quantum ſe habet in ordine ad formas; nunc ab hoc pręſenti textu incipit perſcrutari de natura formarum recipientium in materia, [& quia iſta forma, ſcilicet, dimenſionis non terminatę exiſtit in prima materia primitus,] Com.

F 2 ideſt,

Digitized by Google

ideſt, & quia iſta forma, ſcilicet corporeitas (vt aliqui) primitus exiſtit in materia primitate naturę & originis, non tamen perfectionis, & ſuccedit ſibi in ea, forma ſubſtantialis tantum vna, cum impoſsibile ſit hoc ſubiectum recipere duas in eadem portione materiæ exiſtentes (quælibet enim forma habet proprios terminos & diſtinctas naturas) niſi vna corrumpatur, & alia generetur, quia materiã denudari a forma, & formam denudari a materia omnino impoſsibile eſt, aliter enim aliquid eſſet in actu, & non in actu; propter id natura tribuit dimenſiones materiæ. diſtinctæ enim formæ ſunt innatæ reperiri in ea, tamen non in eadem portione materiæ. & quia impoſsibile eſt formam in ſubiecto fieri, ita quod ipſamet ſui ipſius ſit cauſa (aliter enim aliquid eſſet, & non eſſet) niſi ſit agens extrahens illam de potentia ad actum; propter id neceſſe eſt has formas eſſe contrarias. generans enim nõ poteſt generare vnam formam in materia, niſi corrumpat prius exiſtentem in ea: & ſubiectum illud tunc recipit formam ſimilem agenti. innatum eſt enim recipere æque omnia contraria. [& quia illa forma, ſcilicet, dimenſionis non terminatæ exiſtit in prima materia primitus.] Animaduerte Auerroim non intellexiſſe hic formam dimenſionis formam corporeitatis, ut aliqui imaginantur, ſed formam ſubſtantialem perficientem materiam, vt proprium ſubiectum. & hoc patet, quia forma dimenſionis interminatæ eſt forma illa, quæ terminat dimenſionem interminatam: ſi autem forma dimenſionis interminatæ fuiſſet hæc forma corporeitatis, tunc dimenſio interminata eſſet corporeitas. ergo illa forma, quæ terminat dimenſionem interminatam

tam eſſet forma corporeitatis, & ſic illa forma vltima, quæ perficit materiam, non fuiſſet terminus dimenſionum interminatarum, quod totum eſt falſum: forma enim vltima ſubſtantialis materiæ terminat dimenſiones materiæ, ſecundum quod terminat potentiam materiæ. Amplius dimenſiones interminatas omnibus manifeſtum eſt non poſſe appellari corporeitates. ſicut enim corpus non eſt uere corpus habens unam dimenſionem, ita corporeitas abſtracta à corpore non poteſt eſſe uere una dimenſio. ergo dimenſiones nō ſunt corporeitates. Vlterius, ſi intellexiſſet hic Auerroes per formã dimenſionis interminatæ formam corporeitatis, præter illam formam ſubſtantialem, quæ primitus perficit materiam: tunc iſta forma corporeitatis primitus exiſteret in materia. ſed hoc eſt falſum. illud.n. per quod materia primo exiſtit, primitus exiſtit in materia: ſed per formã ſubſtantialē materia exiſtit primo: ergo primitus forma ſubſtantialis dans eſſe materię exiſtit in materia. propter id igitur bene dicit in pſenti textu Cōmentator [& q̧a illa forma .ſ. dimēſionis nō terminatæ, exiſtit in prima materia primitus]. i. illa forma ultima quæ terminat dimēſiones interminatas exiſtit in prima materia primitus. Sequitur [& ſuccedit ſibi in ea, cũ impoſsibile ſit hoc ſubiectum recipere duas earũ in eadē parte exiſtentes terminatæ quantitatis] Ex iſtis uerbis luce clarius patet Commentatorem ſuperius non intellexiſſe formam dimenſionis interminatæ formã corporeitatis. nulla enim forma uere ſuccedit in materia pręter formam ſubſtantialem primitus perficientem materiam, & hoc quia ipſa ſucceſsiue generatur, & corrumpitur in ea, illa autem forma cor

poreitatis

porietatis quam intendunt ipſi, nec ſuccedit in materia, nec denique ab ea denudatur, ut dixit Auerroes ſupra. caueat igitur eorũ fatua imaginatio. Et nota, quòd ſuccedere aliquid alicui, dupliciter poteſt intelligi: uel quando duo corpora ſuccedunt in loco, quæ quidem ſucceſsio appellatur ab Auer. & Ariſt. 3. Phyſicorum ſucceſsio translationis: uel quando vna res generatur, & altera corrumpitur; & huiuſmodi ſucceſsionis nomen dicitur tranſmutatio formarum in materia. quam quidem ſucceſsionem in iſtis uerbis Auerroes intelligere videtur, cum ait [& ſuccedit ſibi in ea, &c.] Et cur ſuccedit? Reſpondet Commentator, quia impoſsibile eſt hoc ſubiectum recipere duas formas habentes proprios terminos, & diſtinctos in eadem parte exiſtẽtes terminatæ quantitatis. Subdit [ideo impoſsibile eſt a ſubiecto denudare formam, vel ſubiectum denudari a forma niſi per formę deſtructionem] id eſt, ideo iſtæ formæ dimenſionum generando, & corrumpẽdo, ſuccedunt adinuicem in ſubiecto: quia impoſsibile eſt formam denudare a ſubiecto. illud enim quod habet eſſe in materia, non poteſt denudari a materia, tum quia actus inhærentes impoſsibile eſt non eſſe inhærentes in eo cuius ſunt; tum quia formę naturaliter perfectius habent eſſe in materia, quàm ſeparatæ ab ea; tum etiam quia impoſsibile eſt infinitum eſſe in actu: materia enim abſque forma eſt infinita. Sequitur [niſi per formæ deſtructionem,] id eſt ſubiectum non poteſt denudari a forma, niſi illa forma prius deſtruatur, hoc eſt, quod
C6.17. dicit ipſemet Commentator 4. & 5. Phyſicorum,
Com.5 formæ ſeparatio a materia eſt eius corruptio & eſt vnum de poſitis a naturali. Sequitur [neque etiam

eſt

eſt poſsibile ipſum fieri in ſubiecto niſi per agens extrahens illam de potentia ad actum] nihil enim poteſt ſe ipſum extrahere de potentia ad actum. ali ter enim poſsibile eſſet aliquid eſſe & non eſſe. Subdit [vnde neceſſe eſt has formas eſſe cõtrarias adeo quòd altera corrumpat ſuum contrarium ;] id eſt ideo neceſſe eſt has formas ſubſtantiales eſſe contrarias, altera enim corrumpit alteram cui ſuccedit. [& ſubiectum recipit formam ſimilem,] id eſt & propter id neceſſe eſt, quòd hoc ſubiectum, quod eſt materia prima, recipiat formam ſimilem agenti, quia quælibet forma in materia habet proprium agens: & quemadmodum formæ adinuicem ſunt contrariæ, ita etiam ipſa agentia formarum ſunt contraria: ideo quodlibet producit formam ſibi ſimilem in materia, tanquam in ſubiecto, quod eſt in potentia ad omnes formas ſuſcipiendas.

Vnde formæ elementorum ſunt contrariæ &c. tex. 27.

Continuat Commentator, quod in præcedenti textu dixerat, quòd ea quæ corrumpuntur ad inuicem, quemadmodum formæ ſubſtantiales in materia, ſunt contraria. ideo formæ elementorum corrumpunt ſe adinuicem, quia ſunt contrariæ. Et animaduerte iuxta intellectum Auerrois non eſſe impoſsibile (vt mihi videtur) formas elementorũ contrariari, tam ſecundum ſubſtantiam, quàm ſecundum qualitates earum: non eſt enim maior ratio formarum ſubſtantialium ſuſcipere magis, & minus, quàm contrariari adinuicem: ſed formæ elementorum ſuſcipiunt magis & minus per Commentatorem 3. cœli contra Auicennã: ergo. Ideo, quando dicit Auerroes in præſenti textu, quòd formæ elementorum ſunt contrariæ, debes intelligere, Cõ. 67

quòd

quòd non ſolum ſunt contrarię ſecundum qualitates eorum, uerum etiam ſecundum ſubſtantiam earum imperfectam. Sequitur [& ideo paſsiua dicuntur quodammodo eſſe contraria, & quodammodo eſſe ſimilia,] ideſt contraria in principio, & ſimilia in fine, quod Ariſtoteles probauit in 1. de Gener. & Corrupt. & in ſecundo de anima cap. de nutrimento & virtute nutritiua.

tex.28. *Vnde ſi aliqua corpora ſimplicia ſunt &c.*

Com. Poſtquam Commentator dixerat, quod formæ quę fiunt in materia, ſint inſtitutæ natura eſſe contrariæ, adeo quòd altera corrumpat ſuum contrarium propter generationem rerum: Nunc in præſenti textu aggreditur oſtendere, quòd ſi aliquæ formæ carerent contrariis, non eſſent generabiles, nec corruptibiles; nec haberent ſubiectum circa quod fierent. & hoc nulla alia de cauſa nititur oſtendere, niſi ad robur ſuperiorum, & notitiam formæ corporum cœleſtium. [vnde ſi aliqua corpora ſimplicia ſunt quorum forma &c.] ideſt ſi aliqua corpora ſimplicia (qualia ſunt corpora cœleſtia) ſunt quorum formæ carent contrariis, illæ formæ, nec eſſent generabiles, nec corruptibiles. quod enim per ſe & primo generatur, per ſe & primo contrariatur, quia generatio eſt inter primo contraria, qui ſunt termini contradictorij, & primo contrarij: ſed formæ primo & per ſe contrariantur, vt dicit Ariſtoteles 1. Phyſicorum. ergo formæ carentes contrarietate, non poſſunt generari. merito igitur formę corporum cœleſtium ſunt ingenerabiles, quia carent omnino contrarietate priuationis, & contrarietate formarum, & ſubiecto communi receptiuo formarum contrariarum, quod eſt materia prima.

tex. 66. 68.

Declaratum

Declaratum eſt igitur, quòd cauſa corruptionis entium &c. tex.29.

Concludit Commẽtator omnia quæ dixerat de cauſis generationis & corruptionis entium in ſuperioribus [declaratum eſt igitur, quod cauſa corruptionis entium, & factionis eorum eſt contrarietas exiſtens in ſuis formis,] ideſt declaratum eſt igitur in precedentibus, quòd cauſa corruptionis entium, & factionis, ideſt generationis eorum eſt contrarietas, quia actiua & paſſiua ſunt contraria exiſtentia in ſuis formis. [Et commune ſubiectum, quod nullam habet formam propriam,] ideſt declaratumque eſt, quòd etiam commune ſubiectum, quod eſt materia prima, nullam formam eſſentialiter habẽs, ſit cauſa generationis & corruptionis entium. hoc idem dicit ipſemet Commentator primo de Generat. & corrupt. cauſa receptionis eſt genus commune eis, & cauſa actionis eſt cõtrarietas. omnia enim quæ agunt & patiuntur ad inuicem ſunt contraria, & cauſa eorum actionis, & paſsionis eſt contrarietas. quæ quidem omnia recipiuntur in aliquo genere communi eis. omnia enim quæ fiunt neceſſe eſt circa aliquod fieri, & quod nihil ſit actu eorum, quę circa ipſum fiunt. [Sed eſt potentia recipiens naturam ſecundum formas diuerſas in ſpecie, & numerum ſecundum formas diuerſas in numero, & quæ ſit ſecundum magis & minus] ideſt hoc ſubiectum commune, quod nullam habet formam propriam, eſt, tantum potentia recipiens naturam formarũ diuerſarum in ſpecie, & numero, & quę ſunt ſecundũ magis & minus perfectæ, ut ſunt mixtorum & ſimplicium formæ. Com. Cõ.50.

Et cauſa huius totius eſt &c. tex.30.

Digitized by Google

Com. Aſſignat rationem, ſcilicet quo medio materia prima non remaneat otioſa, atque uana ad ſuſcipiẽdas multas formas ſpecie diſtinctas ſimul, & ſucceſſiue, licet eius prima ratio ſit multa eſſe in potentia. Ad notitiam cuius rei notanda ſunt primo aliqua quæ clarius nobis patefacient ſenſum uerborum Commentatoris in hoc textu, quòd inter antiquos Philoſophos qui pertractarunt de unitate materiæ primæ, opinio erat Anaxagoræ quòd omnes formæ & ſpecie diſtinctæ continebantur in aliquo ſubiecto primo, a quo in quodam tempore terminato ſecernebantur ab intelligentia Diuina, tam formæ elementorum, quàm mixtorum, & aliæ contentę in ipſo. & licet tam formæ elementorum, quàm ipſa elementa diſtinguerẽtur poſt ſegregationem ad inuicem loco & ſpecie, ut elementum ignis ab elemẽto aquæ: tamen habebant unum ſubiectum in quo (ſecundum ipſum) primo ſub ratione confuſi continebantur, & ſub ratione diſtincti diſtinguebantur, tam loco, quam ſpecie, licet hęc opinio Anaxagoræ eſſet de unitate materiæ primæ in qua generationes rerum continebantur, tamen quod ipſe ſub uerbis obſcuris, & ęnigmatis intẽdere uoluit, Ariſtoteles poſt eum uerbis clarioribus manifeſtauit, hoc opus naturæ, quomodo unum ſubiectum omniũ generabilium diſtinctorum loco ad inuicem & ſubiecto poſſibile ſit eſſe. ad cuius rei declarationẽ poſuit duplex eſſe materiæ primæ, unum quod habet extra animam, alterum quod habet in anima. illud quod habet in anima, erat imperfectius, quam illud quod habet extra animam, modo illud quod ponebat Anaxagoras ſubiectum eſſe unum, & in quantum continebantur omnes formæ confuſæ &

diſtinctæ in eo, Ariſtoteles poſuit hoc ſubiectum vnum eſſe inquantum erat de ſe priuatum omni forma, non ſecundum eſſe extra animam (non poteſt enim priuari omni forma) ſed ſecundum eſſe, quod habet in anima, formæ enim eius non ſunt de eſſentia ſubiecti. vnde hoc priuatum, vel priuatio formarum, eſt & erat vnum numero cum illo ſubiecto ſeparato ab omni forma ſecundum eſſe intellectuale. & quemadmodum illud ſubiectũ Anaxagoræ erat vnum numero, & inquantum in eo omnes formæ continebantur, & ſub ratione diſtincta & confuſa; ita hoc ſubiectum Ariſtotelis eſt vnum numero in quantum omnes formæ continentur in eo ſub ratione potentiæ, quod apud Anaxagoram erat ſub ratione confuſi. Sed vnde hoc ſubiectum ſecundum Ariſtotelem non eſt vnum numero ſub iſtis formis extractis de potentia ſubiecti? Dico, quia ex connexione formæ cum materia cauſatur compoſitum, vt ex duobus principiis, quod eſt ſubiectum, & forma. propter id in quolibet compoſito neceſſe eſt eſſe materiam, & formam: ſed illud compoſitum, quod eſt diſtinctum loco, & ſpecie ab altero compoſito, non poteſt habere illam portionem materiæ, quę eſt in uno compoſito ſub propria forma. quælibet enim forma in compoſito aſſociatur materię primæ ſecundum quòd forma habet eſſe in actu. & quemadmodum forma vnius indiuidui habens eſſe extra animam, non poteſt eſſe una numero alterius indiuidui; ita materiam primam contentam ſub hac forma huius compoſiti non cõtigit eſſe vnam numero cum materia. vel cum portione materię alterius compoſiti. & licet hæc materia prima eſſet in compoſitis diſtinctis ſub formis

Digitized by Google

propriis, tamen rationem neſciebat afferre Anaxagoras quomodo formarum diſtinctarum loco, ſpecie, & compoſito, poſſet eſſe vnum ſubiectum commune. v. g. formæ ignis, & formæ aquę, quæ diſtinctæ ſunt adinuicem loco, ſpecie, & compoſito. illud enim quod diximus in ſuperioribus iuxta intellectum Philoſophi, quòd iſta materia diſtinguebatur numero ſub propriis formis, non erat ſatis commodum ad oſtendendum vnum ſubiectum cõmune eſſe ſub formis diſtinctis, ac contrariis. aliquis enim dubitare poſſet vndenam iſtę formæ diſtinctæ loco, ſpecie, & compoſito, quæ erant primo in potentia materiæ primę diſtinguantur in ipſa materia, loco, & compoſito? materia enim prima (ſub prima potentia conſiderando eam) non mutat primam illam communitatem ſubiecti, quam habet ſub omnibus formis ſimul. communitas enim eius eſt de propria eſſentia eius. Ad differentiam cuius rei poſt Ariſtotelem Auerrois poſuit quædam accidentia in materia iuxta principia Philoſophi, quorum ſitu omnes formæ naturales in materia, & omnia compoſita diſtinguebãtur loco ac diſtantia materiali, quæ quidem accidentia tres dimenſiones vocauit, vt ramos quoſdam fontis, quibus materia prima dilatabatur per omnes formas naturales. ad notitiam quorum accidentium agnouit, tam formas contrarias, quàm ſimiles & numero, & ſpecie ſimul poſſe ſituari in ea, ſcilicet in materia. nec huiuſmodi ſubiectũ diſtinguitur numero ſub formis, ſed vnum numero eſſe ſub omnibus formis diſtinctis planè conſtat. Quid autem eſt, quod dicitur ex mente Philoſophi vnum ſubiectum commune diſtinctum eſſe numero ſub formis diſtinctis, vt ſuperius

perius recitauimus? Dico, quòd vnum ſubiectum commune poteſt diſtingui numero ſub formis diuerſis, & non diſtingui reſpectu diuerſorum, in quantum illud ſubiectum non contigit habere tota le eſſe ab vna forma. aliter enim vna forma potuiſſet habere totam materiam, & ſic materia nullam aliam poſſet recipere, nec ad generationem aliarũ concurret, vt colligitur ex mente Philoſophi in libro de cœlo, quando arguit contra antiquos Philoſophos exiſtimantes plures eſſe mundos. igitur conſiderando ſubiectum in quantum non habet eſſe totale ab vna forma, niſi a diſtinctis formis indiſtinctis partibus materia, vnum ſubiectum commune poteſt diſtingui numero ſub formis diuerſis, conſiderando autem hoc ſubiectum in quantum habet quædam accidentia interminata, quibus formæ in eo diſtinguuntur, nihil repugnat ei eſſe vnum numero ſub omnibus formis diſtinctis ac ſimilibus. His igitur habitis accedamus nunc ad expoſitionẽ textus. [Et cauſa huius totius quod hoc ſubiectum recipit primitus dimenſiones interminatas, & quia eſt multum in potentia.] Aſſert rationem Commẽtator, quòd materia poſsit recipere omnes formas, tam diſtinctas numero, quàm ſpecie ſimul; tũ quia ipſa indifferenter ſe habet in potẽtia ad omnes formas ſuſcipiendas; tum quia multas formas reperiri in materia diſtinctas contrariaſque, ut ſunt formæ elementares, inſpicimus. nec huius cauſam aliam eſt poſsibile aſſignare, niſi dimenſiones interminatas, quæ primitus recipiũtur in hoc ſubiecto: & quia hoc ſubiectum eſt multum in potentia, ideſt ad ſuſcipiendas formas multipliciter per has dimenſiones. ideo probat Commentator hoc per

impoſsibi-

impoſsibile, dicens [quoniam ſi non haberet dimenſionem nō reciperet ſimul formas diuerſas numero, neque formas diuerſas ſpecie, ſed in eodem tempore non inueniretur, niſi vna forma,] ideſt ſi materia prima non habuiſſet dimenſiones intermi natas, quibus diuiditur in multas formas, non poſſet recipere eas ſimul, vt diuerſas ſpecie & numero, ipſa enim eſt multa in potentia ad ſuſcipiēdas ęque omnes formas, ſed formæ contrariæ non ſunt poſſibiles in vno ſubiecto ſimul ſituari, niſi illud ſit diſtinctum in diuerſis partibus per dimenſiones. formę enim ſunt indiuiſibiles ſecundum ſe, & diuiſibiles ſecundum quòd ſunt in materia. ergo dimen ſiones neceſſe eſt eſſe in materia, adeo vt poſsit ſuſcipere ſimul diuerſas formas ſpecie & numero. niſi enim dimenſiones eſſent in materia, tunc materia non eſſet innata habere, niſi tantum vnam formam, & ſic omnia fuiſſent unum, quod erat opinio Parmenidis. Sequitur Commentator, [& cum hoc quod eius materia eſt vna numero ſi non eſſet multa potentia non denudaretur ab illa vna forma quam reciperet,] ideſt ſi materia non habuiſſet dimenſiones. cum ſit vna numero priuatiue, nō multiplicaretur ſub eſſe multarum formarum, & ſic denique materia non eſſet, uel multiplicabilis, uel diuiſibilis ſub multas formas; nec potuiſſet habere niſi unam formam, a qua nulla hactenus denudaretur. remaneret enim, vt quid, & in actu, & in potentia ſimul, quod eſt impoſsibile. quibus denique poſitis terminis, nec generatio rerum, nec corruptio entium eſſet. Subdit, [& eſſet forma in ſubſtantia illius ſubiecti & illud ſubiectū eſſet impoſsibile, vt denudaretur à ſua forma omnino, aut cor-

rumperetur

Digitized by Google

rumperetur illa forma & alia generaretur,] ideſt & ſi fuiſſet vna forma ſubſtantialis in materia, tunc forma illa eſſet de eſſentia materiæ, quæ quidem materia non poſſet omnino denudari a forma illa. ſi enim denudaretur, corrumperetur, & alia generaretur; corruptio enim vnius eſt generatio alterius.

Et quia iſtud ſubiectum non recipit &c. tex. 31.

Concludit quod dixerat, inferendo aliqua ex dictis ſuis, [& quia illud ſubiectum nō recipit multas formas ſimul uel ſucceſsiue.] Animaduertendū eſt hic primo, quod aliqui textus Auerrois reperiuntur dicentes non ſolum ſimul, uerum etiam ſucceſſiue, aliqui autem tantum ſimul. Sed quid dicēdū? Quidam dicunt, quod ambæ iſtæ particulæ (ſimul, & ſucceſsiue) hic ſaluari poſſunt. ſimul, quia formæ contrariæ non ſunt innatæ recipi, niſi illud ſubiectum ſit diuiſibile in multas partes per tres dimenſiones. & ſucceſsiue, quia ea quæ ſucceſsiue accidūt, accidunt per diuiſibilia: ſed hoc mihi nō ſatisfacit. ſucceſsiue enim aliquid accidere, poteſt dupliciter conſiderari; uel per modum translationis; uel per modum tranſmutationis, ideſt generationis, primo modo accidere ſucceſsiue, eſt accidere per diuiſibilia, & non ſolum per diuiſibilia, uerum etiam quod ipſum met mutatū ſit diuiſibile: omne enim quod mutatur de termino à quo ad terminum ad quem, eſt diuiſibile, ut dicit Ariſtoteles 6. Phyſicorum ſecundo autem modo, non eſt neceſſe, quòd ea quæ ſucceſsiue accidunt per modum tranſmutationis, ideſt generationis, accidant etiam per diuiſibilia. generationes enim non ſunt motus, ut oſtēdit Ariſtoteles 5. Phyſicorum, quia formæ ſunt indiuiſibiles per dimenſiones, ſed iſta principia diuidentia

Com. tex. co. 32. tex. co. 21.

non

non ſunt neceſſaria ad ſucceſsionem formarum in materia, quia formæ in inſtanti in ea introducuntur, ſed tantum vt ſimul poſsit ſuſcipere omnes formas contrarias, atque diuerſas, tam ſpecie, quàm numero. ideo adhoc intentum Commentatoris ſuperfluum eſt dicere in hoc præſenti textu, (& ſucceſsiue) ſed legendum eſt tantum (ſimul) quemadmodum extat apud Ioannem de Ianduno. [Et quia iſtud ſubiectum non recipit multas formas ſimul, niſi ex hoc quod recipit tres dimēſiones primitus, ideſt propter id hoc ſubiectum recipit multas formas ſimul, quia eſt diuiſibile per dimenſiones.[Manifeſtum eſt, ſi ſubiectum aliquod ſit quod non recipiat niſi vnam formam ſemper, quod, ideſt unum numero ſimpliciter, & quòd nulla multitudo eſt in eo omnino, neque potentia neque actu,] ideſt quoniam ſi ſubiectum hoc nō reciperet multas formas, ſed unam tantum, eſſet vnum numero ſimpliciter, quia tota materia entium eſſet ſub una forma, & ſic nulla multitudo formarum poſſet recipi in eo omnino, neque potentia, neque actu; non potentia, quia de potentia eius eſſet tantum vna forma; neque actu, quia tota fuiſſet ſub una forma numero. & ſpecie; neque diuideretur per formam; neque forma per eius diuiſionem. cuius rei affert rationem, cum ait,

tex. 23. *Et cauſa in hoc eſt quia non recipit quantitatem primò &c.*

Com. Ad notitiam cuius notanda ſunt primo aliqua, quòd hoc ſubiectum no ſolum ſit diuiſibile per dimenſiones, uerum etiam per formas, & hoc ſecundum per modum primi. materia enim eſt diuiſibilis per dimenſiones, quia non poteſt ſimul recipere

diuerſas

diuerſas formas niſi ſit diuiſibilis in multas partes per dimenſiones: & diuiſibilis etiam per formas, quia materia non eſt innata recipere unam formã tantum, & ſic per conſequẽs, ubi aliqua multitudo recipitur entium diuerſorum in ſpecie, ibi accidit diuiſio ex parte entiũ receptorum diuerſorum in ſpecie in illo ſubiecto. quia illa multitudo non eſt poſſibilis locari in eadẽ portione materiæ; ergo in diuerſis, & ſic cadit diuiſio in materia, non ſolum ex parte dimẽſionum, uerum etiam ex parte formarum. Et Animaduerte, quòd hæc diuiſio materię ex parte formarum non eſt dimenſionabilis. forma enim ſuapte natura non habet dimenſiones. uerum tamen quia iſtæ formæ, quæ recipiuntur in materia ſunt ex propria natura contrariæ, & diſtinctæ, propterea diuidunt hoc ſubiectum, non poſſunt enim recipi in eadem portione materiæ. & quia hæc diuiſio ex parte formarum aſſignat, quòd ſubiecta earũ debent eſſe ex neceſſitate naturæ diſtincta in diuerſas partes; propterea natura ad hoc præordinauit dimenſiones interminatas in ea, propter diuiſionẽ formarum: Sed dicet aliquis, quòd hoc eſt contra Commentatorem in Paraphr. dicentem quod diuiſio non accidit rei ex eo quod habet formam, ſed ex eo quòd habet materiam: Reſpondeo quod hoc nihil eſt contra ſermonem meum, quia diuiſio hæc non accidit rei, niſi ſecundum quòd res ſit quanta, habetur in alio loco apud ipſummet Commentatorem. ſed res non eſt quanta niſi ſecũdùm, quòd habet materiam dimẽſionatam. unde diuiſio quantitatiua non accedit uere, niſi ex parte materiæ: nihil autem prohibet diuiſionẽ accidere rei non habenti materiam, ut materię ex parte formę. formæ enim

2. tractatu.

Diſp. 1. Sol. 2. Dubii

Digitized by Google

ſunt quæ naturaliter induxerũt quædã media diuiſibilia quãtitatiua in materia. modo, quando dicit Cõment. ꝙ diuiſio nõ accidit rei ſecundũ ꝙ habet formã poteſt capi dupliciter, ly (rei) uel ut compoſito, uel ut materiæ: primo aũt modo uerum eſt, ꝙ diuiſio, rei, ideſt compoſito nõ accidit ſecundũ quòd formam habet, quia non habet dimenſiones, ſed tãtum materia; ſecundo autem modo uerum non eſt quòd omnis diuiſio accidat ex parte materię; poteſt enim diuiſio materiæ accidere ſecundum quòd formæ recipientes in materia induxerunt uel præordinarunt quædam media diuiſibilia quantitatiua in materia, ut ſunt tres dimenſiones interminatæ. Modo accedamus ad expoſitionem textus[Et cauſa in hoc eſt, quia non recipit quantitatem primo ante receptionem formarum,] ideſt ſi materia prima non habuiſſet, neque ſuſcepiſſet præter unam formam tantum, non diuideretur per formam, neque forma per eius diuiſionem, quia hoc ſubiectum non recipit diuiſionem ante receptionem formarum, diuiſio enim materiæ non accidit, niſi quia recipit multas formas diſtinctas ſpecie, & ſi habuiſſet unam formam, non reciperet diuiſionem; quia ipſa abſque omni diuiſione ſaluari poſſet in ea. Sequitur Commentator [quia ſi reciperet, eſſet diuiſibile ſecundũ formam, & forma diuiſibilis ſecundum eius dimenſiones,] ideſt ſi reciperet hoc ſubiectum diuiſionem ante receptionem formæ eſſet diuiſibile ſecundum formam illam, & forma diuiſibilis ſecundum eius dimenſiones. Et ad hoc animaduerte, quòd diuiſio quando accidit alicui rei, non accidit in unam partem, ſed in multas, res enim non diuiditur ut remanet una, ſed multa. ideo ſi hoc ſubiectum reciperet

primo

primo diuiſionem ante formas ſuccedentes, eſſet diuiſibile ſecundum unam formam. licet enim habuiſſet tantum unam, reciperet tamen diuiſionem; & ſic eſſet diuiſibile, quia haberet ante hanc formã diuiſionem, id eſt quantitatem, per quam diuideretur, & quia hoc ſubiectum non diuideretur in una parte, quia neceſſe eſt in multas diuiſionis partes diuidi. ideo huiuſmodi habitu poſſet multas formas recipere in diuerſis partibus eius. multiplicior eſt enim diuiſio in materia, quàm unitas formæ; formaque illa eſſet diuiſibilis etiam ſecundum diuiſionem huius ſubiecti, quia reciperetur in diuerſis partibus materiæ. ſed ut breuiter dicam, hoc eſt ultimum intentum Commentatoris, quòd ſi habuiſſet hoc ſubiectum tantùm unam formam, ipſum non diuideretur per formam, nec forma per ſubiectum. ſubiectum enim non diuideretur niſi poſt receptionem formę. unde illud ſubiectum habens unam formam non reciperet illam, & ſic non diuideretur, quia forma ea eſſet æterna in eo. & ſi reciperet diuiſionem ante receptionem formæ, illa forma in ſubiecto diuiſibili diuideretur, & ſubiectum illud diuideretur ſimiliter ſecundum formam, quia haberet quantitatem per quam diuideretur, & ſic poſſent recipi diuerſæ formæ. in eo igitur non haberet tantum unam formam, ſi primo reciperet diuiſionem. Subdit. Et finiti eſſent actus ſecundum finitatem quantitatis, id eſt ſi diuiſiones, uel dimenſiones eſſent in ſubiecto ante receptionẽ formę, ergo illa forma introducta in ſubiecto eſſet limitata finitaque ſecundum finitatem illius ſubiecti, & ſuſciperet magis & minus, ſcilicet ſecũdum uirtutem, in maiori. n. quãto maior eſt uirtus.

tex. 33. *Si igitur aliqua forma eſt, quæ non recipit maius, nec minus &c.*

Com. Oſtendit in hoc textu, id quod dixerat ſuperius, ſcilicet illam formam quam dimenſiones in materia præcedunt eſſe diuiſibilem ad diuiſionem ſubiecti: & quòd illa forma dimenſionata in materia ſuſcipere videtur magis & minus, per oppoſitum horum conceſſa. Tamen notanda ſunt primo aliqua, quæ clarius ſenſum uerborum patefacient, tã ſuperioris textus in fine, quam præſentis, quòd ex doctrina Auerrois triplices ſunt gradus formarum. quorum vnus prędicatur de forma, quæ dicitur ſeparabilis a ſubiecto ſecundum eſſe, cuiuſmodi ſunt intelligentiæ abſtractæ & intellectus noſter; de qua forma dicit 7. Metaphy. quòd quædam forma inue-
Cõ. 34. nitur ſine materia. alius eſt gradus formæ, quæ habet eſſe in materia, ſine qua non contingit eſſe; de
Cõ. 39. qua dicit 7. Metaphy, & 6. Metaphy. quòd forma na
Cõ. 1. turalis non poteſt eſſe ſine materia. tertius eſt gradus formæ habentis eſſe medium inter ſubſtantiã, & accidens, cuiuſmodi ſunt formæ elementorum;
Cõ. 69. de quibus ait 3. cœli quòd elementorum formæ ſubſtantiales ſunt mediæ inter ſubſtantiam, & accidẽs: formam autem accipiendo primo modo, non ſuſcipit magis & minus ex doctrina eius, quia non habet eſſe in materia; ſed tantum forma ſecundo mo
Cõ. 10. do capta, ut ait Auctor 8. Metaphy. & 1. cœli, ſecun
Cõ. 10. dum quod habet eſſe in materia: forma autem tertio modo capta ſuſcipit magis & minus, non ſolũ ſecundum quòd habet eſſe in materia, verum etiã ſuapte natura accepta, quod efficaciter probauit 3. cœli contra Auicennam. ideo bene dicit Commẽtator, [ſi igitur aliqua forma eſt quæ non recipit

magis

magis & minus,] ideſt diximus, quòd forma quæ habet eſſe in materia ſuſcipere uidetur magis & minus, ſecundum quòd diuiditur ad diuiſionem materiæ. ſi tamen aliqua forma ſit, quæ non recipit magis & minus, talis uerò eſt forma corporum cœleſtium, ea enim nō ſuſcipit magis & minus, quia cui non contigit poſſibilitas diuidendi id non ſuſcipit magis & minus, ut omnibus manifeſtum eſt. ſed forma ſimplex caret potentia omnino, ut ait ipſemet Commentator 8. Phyſicorum. potētia enim eſt cauſa compoſitionis alicuius ex duabus ſubſtantiis ſi illa uel aliqua ſubſtātia eſt una in actu. ſi ergo aliqua forma ſit talis, [neq; diuiditur per diuiſionem ſubiecti ſui, neque ſubiectum diuiditur per diuiſionē formę ſcilicet per eius diuerſitatē,] ideſt manifeſtū eſt, quòd in tali ſubiecto recipiente formam talis naturæ, non exiſtunt dimenſiones primitus, niſi poſtquàm forma exiſtit. forma enim ſimplex non ſuſcipiens magis & minus caret potentia diuidendi omnino,] & intelligo poſt, ſecundū eſſe, non poſt ſecūdū tempus]. i. & intelligo poſt, natura, non tempore. illud enim quod poteſt eſſe ſine aliquo, & aliud ſine eo minime exiſtere poſſit, præcedit reliquum natura, ut ait Philoſoph. 5. Meptahy. & Auctor 4. Phyſicorum. ideo iſtæ formæ in corporibus cœleſtibus ſunt priores natura in ſubiecto, quàm dimenſiones. nō ſunt enim diuiſibiles ad diuiſionem ſubiecti, ſed poſſibiles ſine eis natura eſſe, non tempore, & hoc in ęternis. Sequitur, [ſicut eſt diſpoſitio in prima materia, ſcilicet, quod non inuenitur in ea niſi ut habeat formam exiſtentem,] ideſt ſicut eſt diſpoſitio omnium accidentium ſequentium formā in materia, ipſa enim non poſſunt inueniri in actu

Cō. 78.

capi. de priori Cō. 7.

in prima

in prima materia, niſi poſtquam habuerint formam exiſtentem in actu: unde quemadmodum forma materialis præcedit natura iſta accidentia in actu, ita formæ in ſuperioribus pręcedunt natura accidētia in actu.

tex. 34. *Vnde putauit Auicenna quòd diſpoſitio trium dimenſionum &c.*

Com. Repellit Commentator propter maiorem corroborationem eorum, quę ab ipſo ſuperius dicta ſunt de dimenſionibus terminatis ſequentibus formam in materia, quendam errorem Auicennæ exiſtimātis, quòd etiam dimenſiones interminatæ ſequantur formam in materia, & ſicut forma prior eſt naturaliter in materia quàm dimenſiones terminatæ, ita etiā neceſſe ſit (ut ipſe ait) aliquam formam eſſe præcedentem dimenſiones interminatas in materia; & quemadmodum forma præcedens dimenſiones terminatas eſt propria compoſiti, ita etiam illa præcedēs dimēſiones interminatas ſit cōis omnib. compoſitis. & ſicut illa dimenſionum terminatarū uocatur forma ſubſtantialis, uel ſubſtantialitatis, ita ſimiliter illa ſecundum Auicennam uocatur forma corporalis uel corporeitatis, [Vnde putauit Auicenna, quòd diſpoſitio trium dimenſionum exiſtētium in materia ſimpliciter non terminatarum eſt diſpoſitio dimenſionum terminatarum in ea,] idest ex prædictis putauit Auicenna in 2. Tract. ſufficientiæ eius, quòd ſicut forma ultima in materia pręcedit dimenſiones terminatas naturaliter in ea: ita neceſſe eſt formā corporeitatis in materia præcedere dimenſiones interminatas: quemadmodum enim datur forma in materia per quam dimenſiones interminatæ fiunt terminatæ, ita neceſſe eſt da-

cap. 2.

re for-

re formam per quam dimenſiones interminatæ efficiũtur in materia, quã formã corporeitatis appellat: Caueant igitur illi qui iuxta intellectum Auerrois credũt formam corporeitatis in materia præcedere dimẽſiones interminatas in ea, ut Ioannes de Ianduno quæſt. 10. 2. lib. Metaphy. exiſtimauit, quã opinionem efficaciter refutatam uidere potes apud Zimaram dignisſimum Auerroiſtam in Annotationibus ſuper Quæſt. Metaphy. iſtius Ioannis de Ianduno: ſi enim hæc fuiſſet opinio Auerrois, tũc poſſibile eſſet apud eum aliquid commune atque uniuerſale extra intellectum. illa enim forma corporeitatis eſt communis omnibus compoſitis corporalibus, quod abſurdisſimum eſt ex doctrina Auerrois putare: intellectus eſt enim apud eum, qui facit uniuerſalitatem in reb. Ex his igitur, putauit Auicẽna, quòd ſicut forma ultima præcedit dimenſiones terminatas in materia, ita neceſſe eſt dare formam prę cedentem dimenſiones interminatas; non ut illa ultima: quia hoc in hoc textu cerni non poteſt. nõ magis enim illa ultima præcederet dimenſiones interminatas quam hęc prima. Amplius quilibet actus ex Commentatore 7. Metaphy. conſtituit ſuum cõpoſitum; & ſic in uno ſubiecto poſsibile eſſet apud Auerroim duo cõpoſita ſimul eſſe ĩ uno indiuiduo. non facit. n. aliquã exceptionẽ, nec de actu generico, nec de actu ſpecifico, ut imaginati erãt exiſtimã tes hãc formã corporeitatis iuxta intellectum eius, totũ. n. dicit, & nihil excludit. Sequitur [qua ꝓpter dixit, neceſſe eſt formam primam exiſtere in prima materia, antequam dimẽſiones exiſtant in ea,] ideſt qua propter dixit Auicenna, neceſſe eſſe ponere formam primam in materia ſcilicet corporeitatis, præ

cedentem

Digitized by Google

cedētem dimenſiones interminatas in ea. Et Nota Obiectio. quòd Auicenna *prius locutus* eſſet de forma hic generica, quã de *forma ſpecifica*. rectius enim forma generica forma *prima* dicitur, quam ſpecifica. quẽadmodum enim materia prima dicitur eſſe prima, ita non eſt inconueniens cum materia ſit quodammodo genus, formam genericam formam primam appellare.

tex. 35. *Ex quo accidunt ei multa impoſsibilia. unum eſt &c.*

Com. Ad multa impoſsibilia opinionem Auicẽnę refert Commentator, quorum primum tale eſt [unũ eſt formam non diuidi per diuiſionẽ materiæ. quapropter non recipiet diuiſionem] Animaduertendum tamen eſt hic primo, quòd hæc impoſsibilia, quæ ex hac opinione dicuntur, non tantum inſtãt contra poſitionem formę ſpecificę, quantum etiam contra poſitionem formæ genericæ: quia Commentator nullam hic tangit; ſed de forma in quantum forma eſt actus in materia, loqui uidetur. primum igitur eſt impoſsibile, quod ſi iſta forma corporeitatis præcederet iſtas dimenſiones interminatas in materia, ſequeretur quod forma illa non diuideretur per diuiſionem materiæ. diuiſio enim accidit per has dimenſiones interminatas eius. unde hæc forma præcedens in materia has dimenſiones non diuideretur per diuiſionem materię, & ſic poſsibile eſſet aliquam formam in materia eſſe indiuiſibilem ſimplicem ſtantem per eſſentiam. omne enim illud quod impartibile, incõpoſitum eſt. ita denique forma hæc exiſteret per ſe. quia exiſtere per ſe uerificatur de omni eo quod ſubſiſtit ſine ratione partis. ex quibus etiam conceſsis ſequeretur, quòd omnia attributa poſſent in ea eſſe, quæ attribui uidentur intelligentiis,

intelligentiis, & animabus intellectualibus, & ſic fuiſſet perfectior omni forma habente eſſe in materia, quod conſtat abſurdiſſimum eſſe. hoc eſt igitur unum impoſſibile, quod Commentator deducit, & deduci ex dictis eius poteſt. Sequitur aliud [& ipſam eſſe æternam, non diuiſibilem per diuiſionem ſui ſubiecti,] ideſt & hæc forma corporeitatis eſſet æterna in materia, diuiſiones enim iſtæ in materia ſunt poſitæ inter cetera propter ſucceſſionem formarum in ea; et eſſet non diuiſibilis per diuiſionē ſubiecti; hoc eſt, & eſſet in ſubiecto diuiſibili, & non diuideretur, quod eſt impoſſibile. quod enim eſt in ſubiecto diuiſibili, neceſſe eſt, & ipſum eſſe diuiſibile, maxime ſi illud tale habet eſſe in materia, quemadmodum forma Auicennæ. ſi enim non haberet eſſe in materia, tunc præcederet eam forma illa, quę habet eſſe in ea. ſed quia iſta forma Auicennæ non poteſt dare eſſe corporale materię; materia enim nō eſt corpus; nec eſſe perfectibile, niſi habeat eſſe in ea: igitur illa forma quæ habet eſſe in materia, præcedit formam nō habentem eſſe in ea, & præcipue in iſtis inferioribus communicantibus materia. unde ad duo impoſſibilia deducimus Auicennam, uel quia illa forma eſſet diuiſibilis in materia, & ſic non præcederet dimenſiones, dimenſiones enim diuidunt materiam, & formam in ea; uel quòd illam formam præcederet alia forma, ex quo ſequeretur formam æternam corporeitatis non dari in materia, Sequitur,] & ipſam non habere cōtrarium ſibi ſuccedēs in eodem ſubiecto,] ideſt ſtantibus iſtis terminis, ſcilicet quòd ſi forma non eſſet diuiſibilis per diuiſionem ſubiecti, & eſſet æterna in ſubiecto, ſequeretur ipſam formam non habere ſibi contrarium

ſuccedens in ſubiecto.ęternum enim non habet cõtrarium, quoniam ſi haberet, tunc illud fuiſſet corruptibile; non magis enim unum eſt aptum natum in ſubiecto eſſe cum idem ſit ſubiectum contrariorum, quam reliquum. Sequitur, [& ſi ita eſſet, tunc materia nullam reciperet formam præter iſtam ſibi propriam,] ideſt ſi ita eſſet, ſcilicet, quòd illa forma ſit æterna in materia; ſequeretur, quòd materia nullam aliam appeteret. ipſa enim daret ei actum eſſendi, quia ſi materia ęterna habuiſſet æternam formã, nullam aliam profecto reciperet. haberet enim eſſe æternum, ideſt actum eſſendi æternum. Sed aliquis ad hoc obiicere poteſt, quòd illa forma apud Auicennam licet det actum eſſendi materiæ, tamen non dat actum completum, quemadmodum forma vltima dare uidetur. Ad quod reſpõdeo, ꝙ forma æterna præcedens omnes formas in materia perfectius dat eſſe materiæ, quam forma corruptibilis. æternum enim eſt perfectius, quàm corruptibile. ergo illud ęternum, quãdo dat eſſe, perfectius dat, quã illud corruptibile. itaque illa forma æterna in materia perfectius daret eſſe, quàm forma corruptibilis.

tex. 36. *Cum igitur fuerint declarata ab Ariſtotele &c.*

Com. Præſens textus non indiget alia expoſitione præter illam, quam attulimus in ſuperioribus. in hoc enim cõcludit Cõmentator omnia quæ dixerat ſupra, iuxta mentem Philoſophi, circa naturam materiæ primę, & ordinem eius.

tex. 37. *Quando ergo inuenit earum actiones eſſe infinitas &c.*

Com. Poſtquam Commentator concluſerat ea de quibus in præcedentibus textibus ſecundum doctrinam Ariſtotelis pertractauit, Nunc oſtendit modũ

quo

quo Ariſtoteles cognouerit, formas corporum cœleſtium non eſſe in materia, mediantibus dimenſionibus interminatis; & hoc ad differentiam formarum materialium. [Quando ergo inuenit earum actiones eſſe infinitas, concludit formas eorum nõ eſſe in ſubiecto mediantibus dimenſionibus,] ideſt quando inuenit Ariſtoteles corporum cœleſtium actiones eſſe infinitas &c. prius autem animaduertendum eſt, actiones corporum cœleſtium duplici intellectu conſiderari poſſe; ut corporum ſimpliciter, & ſic conceptis actiones eorum non ſunt infinitæ; nullum enim infinitum habere potentiam infinitam apud Ariſtotelem conſtat, 12. Metaphy. & in multis aliis locis 8. Phyſicorum, ex quo etiam uerificatur ſententia Auctoris, 8. Phyſicorum, contingit finitatem eſſe ex parte materiæ, & non ex parte formæ. Alio autem intellectu iſtæ actiones corporum cœleſtium conſiderari poſſunt, ex parte formæ, quo modo ſi conſiderentur eorum actiones, eſſe infinitas planè cõſtat. hoc eſt quod ait in hoc textu Commentator quòd quando inuenit Ariſtoteles eorum actiones eſſe infinitas, concludit formas eorum nõ eſſe in ſubiecto mediantibus dimenſionibus. formę enim quę ſunt in ſubiecto mediantibus diuiſionibus ſunt diuiſibiles in multas partes, & ſunt corporeę, itaque non infinitæ. & hoc concludit Ariſtoteles ex infinitis eorum actionibus. accidẽtia enim magnam partem conferunt ad cognitionem quod quid eſt rei, ut dicit ipſemet Philoſophus 1. de anima. Sequitur Commentator, [ſed eas non eſſe potẽtias in corporibus,] ideſt & cum inuenit eas nõ eſſe in ſubiecto mediantibus dimenſionibus concludit has formas non eſſe potentias in corporibus,

tex. cõ. 41.

C5. 28.

tex. cõ. 11.

quia corpus cœleſte non eſt poſſibile moueri infini to tempore per potentiam exiſtentem in eo, ſed per potentiam non in ſubiecto omnino, ut ait idem Cō-
Cō. 41. mentator 12. Metaphy. Subdit [& cum figebatur in iſtis proportionib. &c.] Ex multis proportionibus Ariſtoteles demōſtrauit in octauo Phyſicorum uirtutem infinitam non poſſe eſſe in magnitudine mediantibus dimenſionibus interminatis. quarū una,
Vide 8. Phyſic. tex. cō. 28. 29. potior inter alias, hæc fuit, quòd ſi corpus cœleſte haberet infinitam potētiam exiſtentem in eo, poſſet aliqua uirtus finita, quæ mouet aliquod mobile in octo horis, mouere illud mobile ſecundum additionem uirtutis in 24. horis, & ſic uirtus finita mouebit in ęquali tempore cum uirtute infinita, quòd eſt impoſſibile. ergo relinquitur, quòd illa uirtus moueret in non tempore, quod eſt etiam impoſſibile; inter finitum enim, & infinitum non eſt proportio, ut ait Euclides. igitur hęc uirtus infinita nō eſt in magnitudine mediantibus dimenſionibus interminatis. Sequitur [& inuenit potentias cœleſtes agere actionem infinitam, concluſit mediantibus dimenſionibus has uirtutes non eſſe in corpore omnino,] id eſt & inuenit Ariſtoteles omnem uirtutē infinitam non habere eſſe in corpore; non datur enim corpus infinitum, ut probatum eſt ab eodem
tex. cō. 40. Philoſopho 3. Phyſicorum: itaq; illa uirtus quę non habet eſſe in corpore, eſt ante dimenſiones corporis, cuiuſmodi ſunt uirtutes coporum cœleſtium. Subdit [neque habere materiā recipientem eas mediantibus dimenſionibus] id eſt nec huiuſmodi uirtutes inuenit habere materiam recipiētem eas mediantibus dimenſionibus, Animaduerte, quòd habere eſſe in corpore, & habere eſſe in materia, ſunt

unum

unum & idem;tamen differre uidentur ratione; primo, quia habere eſſe in materia proprium eſt formæ ſimpliciter,habere autem eſſe in corpore, proprium eſt talis formæ, ut puta animę. unde anima ut eſt forma ſimpliciter habet eſſe in materia, ut autē eſt talis forma habet eſſe in corpore. hoc eſt quod ait Auctor 1. de Generat. Animalium, corpus Animalis eſt ſubiectum propinquum Animæ. Ex his igitur potes facillime intelligere Auctorem ſæpe dicentem eas non habere eſſe in corpore, ut intelligētias; ſæpe in materia, ut formas abſtractas ſecūdum eſſe reale. Sequitur, [neq; materiam multam in potentia neque recipere magnum & paruum,] ideſt inuenit etiam ex iſtis proportionibus has uirtutes nō habere materiam multam in potentia. illa enim materia non eſt tranſmutationis, ſed tantum tranſlationis; neque recipere magnum, neque paruū, ideſt neque extendi ad extenſionem ſubiecti, ita quòd in maiori parte ſit maior uirtus, & in minori minor, quemadmodum contingit in formis habentibus eſſe in ſubiectum, [Et totum hoc ſequitur ex hoc quòd formæ eorum agunt actionem infinitam, & omne hoc eſt probatum in Phyſico auditu,] ideſt omnia prædicta ſequuntur, quia iſtæ formæ agunt per tempus infinitum, quod probatum eſt in octauo Phyſicorum. cap. 1.

Et cum fuit perſcrutatus etiam de natura iſtorum corporum &c. Tex. 32.

Ponit Commentator alteram rationem oſtendētem, formas corporum cœleſtium eſſe in corpore ante receptionem in eo dimenſionum interminatarum. [& cum fuit perſcrutatus etiam de natura iſtorum corporum in primo cœli, & declarauit ipſa eſſe Com.

tex. 33. *Si igitur aliqua forma eſt, quæ non recipit maius, nec minus &c.*

Com. Oſtendit in hoc textu, id quod dixerat ſuperius, ſcilicet illam formam quam dimenſiones in materia præcedunt eſſe diuiſibilem ad diuiſionem ſubiecti: & quòd illa forma dimenſionata in materia ſuſcipere videtur magis & minus, per oppoſitum horum conceſſa. Tamen notanda ſunt primo aliqua, quæ clarius ſenſum uerborum patefacient, tã ſuperioris textus in fine, quam præſentis, quòd ex doctrina Auerrois triplices ſunt gradus formarum. quorum vnus prędicatur de forma, quæ dicitur ſeparabilis a ſubiecto ſecundum eſſe, cuiuſmodi ſunt intelligentiæ abſtractæ & intellectus noſter; de qua forma dicit 7. Metaphy. quòd quædam forma inue-
Cõ.34. nitur ſine materia. alius eſt gradus formæ, quæ habet eſſe in materia, ſine qua non contingit eſſe; de qua dicit 7. Metaphy, & 6. Metaphy. quòd forma na-
Cõ.39. Cõ.1. turalis non poteſt eſſe ſine materia: tertius eſt gradus formæ habentis eſſe medium inter ſubſtantiã, & accidens, cuiuſmodi ſunt formæ elementorum;
Cõ.69. de quibus ait 3. cœli quòd elementorum formæ ſubſtantiales ſunt mediæ inter ſubſtantiam, & accidẽs: formam autem accipiendo primo modo, non ſuſcipit magis & minus ex doctrina eius, quia non habet eſſe in materia; ſed tantum forma ſecundo mo
Cõ.10. do capta, ut ait Auctor 8. Metaphy. & 1. cœli, ſecun
Cõ.10. dum quod habet eſſe in materia: forma autem tertio modo capta ſuſcipit magis & minus, non ſolũ ſecundum quòd habet eſſe in materia, verum etiã ſuapte natura accepta: quod efficaciter probauit 3. cœli contra Auicennam. ideo bene dicit Commẽtator, [ſi igitur aliqua forma eſt quæ non recipit

magis

magis & minus,] idest diximus, quòd forma quæ habet eſſe in materia ſuſcipere uidetur magis & minus, ſecundum quòd diuiditur ad diuiſionem materiæ. ſi tamen aliqua forma ſit, quæ non recipit magis & minus, talis uerò eſt forma corporum cœleſtium, ea enim nõ ſuſcipit magis & minus, quia cui non contigit poſſibilitas diuidendi id non ſuſcipit magis & minus, ut omnibus manifeſtum eſt. ſed forma ſimplex caret potentia omnino, ut ait ipſemet Commentator 8. Phyſicorum. potẽtia enim eſt cauſa compoſitionis alicuius ex duabus ſubſtantiis ſi illa uel aliqua ſubſtãtia eſt una in actu. ſi ergo aliqua forma ſit talis, [neq; diuiditur per diuiſionem ſubiecti ſui, neque ſubiectum diuiditur per diuiſionẽ formę ſcilicet per eius diuerſitatẽ,] idest manifeſtũ eſt, quòd in tali ſubiecto recipiente formam talis naturæ, non exiſtunt dimenſiones primitus, niſi poſt quàm forma exiſtit. forma enim ſimplex non ſuſcipiens magis & minus caret potentia diuidendi omnino,] & intelligo poſt, ſecundũ eſſe, non poſt ſecũdũ tempus]. i. & intelligo poſt, natura, non tempore. illud enim quod poteſt eſſe ſine aliquo, & aliud ſine eo minime exiſtere poſſit, præcedit reliquum natura, ut ait Philoſoph. 5. Meptahy. & Auctor 4. Phyſicorum. ideo iſtæ formæ in corporibus cœleſtibus ſunt priores natura in ſubiecto, quàm dimenſiones. nõ ſunt enim diuiſibiles ad diuiſionem ſubiecti, ſed poſſibiles ſine eis natura eſſe, non tempore, & hoc in ęternis. Sequitur, [ſicut eſt diſpoſitio in prima materia, ſcilicet, quod non inuenitur in ea niſi ut habeat formam exiſtentem,] idest ſicut eſt diſpoſitio omnium accidentium ſequentium formã in materia, ipſa enim non poſſunt inueniri in actu

Cõ. 78.

capi. de priori Cõ. 7.

in prima

in prima materia, niſi poſtquam habuerint formam exiſtentem in actu: unde, quemadmodum forma materialis præcedit natura iſta accidentia in actu, ita formæ in ſuperioribus præcedunt natura accidẽtia in actu.

tex. 34. *Unde putauit Auicenna quòd diſpoſitio trium dimenſionum &c.*

Com. Repellit Commentator propter maiorem corroborationem eorum, quę ab ipſo ſuperius dicta ſunt de dimenſionibus terminatis ſequentibus formam in materia, quendam errorem Auicennæ exiſtimãtis, quòd etiam dimenſiones interminatæ ſequantur formam in materia, & ſicut forma prior eſt naturaliter in materia quàm dimenſiones terminatæ, ita etiã neceſſe ſit (ut ipſe ait) aliquam formam eſſe præcedentem dimenſiones interminatas in materia; & quemadmodum forma præcedens dimenſiones terminatas eſt propria compoſiti, ita etiam illa præcedẽs dimẽſiones interminatas ſit cõis omnib. compoſitis. & ſicut illa dimenſionum terminatarũ uocatur forma ſubſtantialis, uel ſubſtantialitatis, ita ſimiliter illa ſecundum Auicennam uocatur forma corporalis uel corporeitatis. [Unde putauit Auicenna, quòd diſpoſitio trium dimenſionum exiſtẽtium in materia ſimpliciter non terminatarum eſt diſpoſitio dimenſionum terminatarum in ea,] idest ex prædictis putauit Auicenna in 2. Tract. ſufficientiæ eius, quòd ſicut forma ultima in materia

cap. 2. pręcedit dimenſiones terminatas naturaliter in ea: ita neceſſe eſt formã corporeitatis in materia præcedere dimenſiones interminatas: quemadmodum enim datur forma in materia per quam dimenſiones interminatæ fiunt terminatæ, ita neceſſe eſt dare for-

re formam per quam dimenſiones interminatæ efficiũtur in materia, quã formã corporeitatis appellat: Caueant igitur illi qui iuxta intellectum Auerrois credũt formam corporeitatis in materia præcedere dimẽſiones interminatas in ea, ut Ioannes de Ianduno quæſt. 10. 2. lib. Metaphy. exiſtimauit, quã opinionem efficaciter refutatam uidere potes apud Zimaram dignisſimum Auerroiſtam in Annotationibus ſuper Quæſt. Metaphy. iſtius Ioannis de Ianduno: ſi enim hæc fuiſſet opinio Auerrois, tũc posſibile eſſet apud eum aliquid commune atque uniuerſale extra intellectum. illa enim forma corporeitatis eſt communis omnibus compoſitis corporalibus, quod abſurdisſimum eſt ex doctrina Auerrois putare; intellectus eſt enim apud eum, qui facit uniuerſalitatem in reb. Ex his igitur, putauit Auicẽna, quòd ſicut forma ultima præcedit dimenſiones terminatas in materia, ita neceſſe eſt dare formam præcedentem dimenſiones interminatas; non ut illa ultima: quia hoc in hoc textu cerni non poteſt. nõ magis enim illa ultima præcederet dimenſiones interminatas quam hæc prima. Amplius quilibet actus ex Commentatore 7. Metaphy. conſtituit ſuum cõpoſitum; & ſic in uno ſubiecto poſsibile eſſet apud Auerroim duo cõpoſita ſimul eſſe ĩ uno indiuiduo. non facit. n. aliquã exceptionẽ, nec de actu generico, nec de actu ſpecifico, ut imaginati erãt exiſtimãtes hãc formã corporeitatis iuxta intellectum eius, totũ. n. dicit, & nihil excludit. Sequitur [qua ppter dixit, neceſſe eſt formam primam exiſtere in prima materia, antequam dimẽſiones exiſtant in ea,] id eſt qua propter dixit Auicenna, neceſſe eſſe ponere formam primam in materia ſcilicet corporeitatis, præ

cedentem

cedẽtem dimenſiones interminatas in ea. Et Nota
Obiectio. quòd Auicenna prius locutus eſſet de forma hic generica, quã de forma ſpecifica. rectius enim forma generica forma prima dicitur, quam ſpecifica. quẽadmodum enim materia prima dicitur eſſe prima, ita non eſt inconueniens cum materia ſit quodammodo genus, formam genericam formam primam appellare.

tex. 35. *Ex quo accidunt ei multa impoſſibilia. unum eſt &c.*

Com. Ad multa impoſſibilia opinionem Auicẽnę refert Commentator, quorum primum tale eſt [unũ eſt formam non diuidi per diuiſionẽ materiæ. quapropter non recipiet diuiſionem] Animaduertendum tamen eſt hic primo, quòd hæc impoſſibilia, quæ ex hac opinione dicuntur, non tantum inſtãt contra poſitionem formę ſpecificę, quantum etiam contra poſitionem formæ genericæ. quia Commentator nullam hic tangit; ſed de forma in quantum forma eſt actus in materia, loqui uidetur. primum igitur eſt impoſſibile, quod ſi iſta forma corporeitatis præcederet iſtas dimenſiones interminatas in materia. ſequeretur quòd forma illa non diuideretur per diuiſionem materiæ. diuiſio enim accidit per has dimenſiones interminatas eius. unde hæc forma præcedens in materia has dimenſiones non diuideretur per diuiſionem materię, & ſic poſſibile eſſet aliquam formam in materia eſſe indiuiſibilem ſimplicem ſtantem per eſſentiam. omne enim illud quod impartibile, incõpoſitum eſt. ita denique forma hæc exiſteret per ſe. quia exiſtere per ſe uerificatur de omni eo quod ſubſiſtit ſine ratione partis. ex quibus etiam conceſſis ſequeretur, quòd omnia attributa poſſent in ea eſſe, quæ attribui uidentur intelligentiis,

intelligentiis, & animabus intellectualibus, & ſic fuiſſet perfectior omni forma habente eſſe in materia, quod conſtat abſurdiſſimum eſſe. hoc eſt igitur unum impoſsibile, quod Commentator deducit, & deduci ex dictis eius poteſt. Sequitur aliud [& ipſam eſſe æternam, non diuiſibilem per diuiſionem ſui ſubiecti,] ideſt & hæc forma corporeitatis eſſet æterna in materia, diuiſiones enim iſtæ in materia ſunt poſitæ inter cetera propter ſucceſsionem formarum in ea; et eſſet non diuiſibilis per diuiſionē ſubiecti; hoc eſt, & eſſet in ſubiecto diuiſibili, & non diuideretur, quod eſt impoſſibile. quod enim eſt in ſubiecto diuiſibili, neceſſe eſt, & ipſum eſſe diuiſibile, maxime ſi illud tale habet eſſe in materia, quemadmodum forma Auicennæ. ſi enim non haberet eſſe in materia, tunc præcederet eam forma illa, quę habet eſſe in ea. ſed quia iſta forma Auicennæ non poteſt dare eſſe corporale materię; materia enim nō eſt corpus; nec eſſe perfectibile, niſi habeat eſſe in ea; igitur illa forma quæ habet eſſe in materia, præcedit formam nō habentem eſſe in ea, & præcipue in iſtis inferioribus communicantibus materia. unde ad duo impoſsibilia deducimus Auicennam, uel ꝙ illa forma eſſet diuiſibilis in materia, & ſic non præcederet dimenſiones, dimenſiones enim diuidunt materiam, & formam in ea; uel quòd illam formam præcederet alia forma, ex quo ſequeretur formam æternam corporeitatis non dari in materia. Sequitur,] & ipſam non habere cōtrarium ſibi ſuccedēs in eodem ſubiecto,] ideſt ſtantibus iſtis terminis, ſcilicet quòd ſi forma non eſſet diuiſibilis per diuiſionem ſubiecti, & eſſet æterna in ſubiecto, ſequeretur ipſam formam non habere ſibi contrarium

I ſuccedens

ſuccedens in ſubiecto. ęternum enim non habet cõtrarium, quoniam ſi haberet, tunc illud fuiſſet corruptibile, non magis enim unum eſt aptum natum in ſubiecto eſſe cum idem ſit ſubiectum contrariorum, quam reliquum. Sequitur, [& ſi ita eſſet, tunc materia nullam reciperet formam præter iſtam ſibi propriam,] ideſt ſi ita eſſet, ſcilicet, quòd illa forma ſit æterna in materia; ſequeretur, quòd materia nullam aliam appeteret. ipſa enim daret ei actum eſſendi, quia ſi materia ęterna habuiſſet æternam formã, nullam aliam profecto reciperet. haberet enim eſſe æternum, ideſt actum eſſendi æternum. Sed aliquis ad hoc obiicere poteſt, quòd illa forma apud Auicennam licet det actum eſſendi materiæ, tamen non dat actum completum, quemadmodum forma vltima dare uidetur. Ad quod reſpõdeo, ꝙ forma æterna præcedens omnes formas in materia perfectius dat eſſe materiæ, quam forma corruptibilis. æternum enim eſt perfectius, quàm corruptibile. ergo illud ęternum, quãdo dat eſſe, perfectius dat, quã illud corruptibile. itaque illa forma æterna in materia perfectius daret eſſe, quàm forma corruptibilis.

tex. 36. *Cum igitur fuerint declarata ab Ariſtotele &c.*

Com. Præſens textus non indiget alia expoſitione præter illam, quam attulimus in ſuperioribus. in hoc enim cõcludit Cõmentator omnia quæ dixerat ſupra, iuxta mentem Philoſophi, circa naturam materiæ primę, & ordinem eius.

tex. 37. *Quando ergo inuenit earum actiones eſſe infinitas &c.*

Com. Poſtquam Commentator concluſerat ea de quibus in præcedentibus textibus ſecundum doctrinam Ariſtotelis pertractauit; Nunc oſtendit modũ

quo

Digitized by Google

quo Ariſtoteles cognouerit, formas corporum cœleſtium non eſſe in materia, mediantibus dimenſionibus interminatis; & hoc ad differentiam formarum materialium. [Quando ergo inuenit earum actiones eſſe infinitas, concludit formas eorum nõ eſſe in ſubiecto mediantibus dimenſionibus,] ideſt quando inuenit Ariſtoteles corporum cœleſtium actiones eſſe infinitas &c. prius autem animaduertendum eſt, actiones corporum cœleſtium duplici intellectu conſiderari poſſe; ut corporũm ſimpliciter, & ſic conceptis actiones eorum non ſunt infinitæ; nullam enim infinitum habere potentiam infinitam apud Ariſtotelem conſtat, 12. Metaphy. & in multis aliis locis 8. Phyſicorum, ex quo etiam uerificatur ſententia Auctoris, 8. Phyſicorum, contingit finitatem eſſe ex parte materiæ, & non ex parte formæ. Alio autem intellectu iſtæ actiones corporum cœleſtium conſiderari poſſunt, ex parte formæ, quo modo ſi conſiderentur eorum actiones, eſſe infinitas planè cõſtat. hoc eſt quod ait in hoc textu Commentator quòd quando inuenit Ariſtoteles eorum actiones eſſe infinitas, concludit formas eorum nõ eſſe in ſubiecto mediantibus dimenſionibus. formę enim quę ſunt in ſubiecto mediantibus diuiſionibus ſunt diuiſibiles in multas partes, & ſunt corporeę, itaque non infinitæ. & hoc concludit Ariſtoteles ex infinitis eorum actionibus. accidētia enim magnam partem conferunt ad cognitionem quod quid eſt rei, ut dicit ipſemet Philoſophus 1. de anima. Sequitur Commentator, [ſed eas non eſſe potẽtias in corporibus,] ideſt & cum inuenit eas nõ eſſe in ſubiecto mediantibus dimenſionibus concludit has formas non eſſe potentias in corporibus,

tex. cõ. 41.

Cõ. 28.

tex. cõ. 11.

quia corpus cœleſte non eſt poſſibile moueri infini to tempore per potentiam exiſtentem in eo, ſed per potentiam non in ſubiecto omnino, ut ait idem Cõ
Cõ. 41. mentator 12. Metaphy. Subdit [& cum figebatur in iſtis proportionib. &c.] Ex multis proportionibus Ariſtoteles demõſtrauit in octauo Phyſicorum uirtutem infinitam non poſſe eſſe in magnitudine mediantibus dimenſionibus interminatis. quarũ una, potior inter alias, hæc fuit, quòd ſi corpus cœleſte
Vide 8. Phyſic. tex. cõ. 28. 29. haberet infinitam potẽtiam exiſtentem in eo, poſſet aliqua uirtus finita, quæ mouet aliquod mobile in octo horis, mouere illud mobile ſecundum additionem uirtutis in 24. horis, & ſic uirtus finita mouebit in ęquali tempore cum uirtute infinita, quòd eſt impoſſibile. ergo relinquitur, quòd illa uirtus moueret in non tempore, quod eſt etiam impoſſibile; inter finitum enim, & infinitum non eſt proportio, ut ait Euclides. igitur hęc uirtus infinita nõ eſt in magnitudine mediantibus dimenſionibus interminatis. Sequitur [& inuenit potentias cœleſtes agere actionem infinitam, concluſit mediantibus dimenſionibus has uirtutes non eſſe in corpore omnino,] id eſt & inuenit Ariſtoteles omnem uirtutẽ infinitam non habere eſſe in corpore; non datur enim corpus infinitum, ut probatum eſt ab eodem
tex. cõ. 40. Philoſopho 3. Phyſicorum: itaq; illa uirtus quę non habet eſſe in corpore, eſt ante dimenſiones corporis, cuiuſmodi ſunt uirtutes coporum cœleſtium. Subdit [neque habere materiã recipientem eas mediantibus dimenſionibus] id eſt nec huiuſmodi uirtutes inuenit habere materiam recipiẽtem eas mediantibus dimenſionibus. Animaduerte, quòd habere eſſe in corpore, & habere eſſe in materia, ſunt

unum

unum & idem; tamen differre uidentur ratione; primo, quia habere eſſe in materia proprium eſt formæ ſimpliciter, habere autem eſſe in corpore, proprium eſt talis formæ, ut puta animę. unde anima ut eſt forma ſimpliciter habet eſſe in materia, ut autẽ eſt talis forma habet eſſe in corpore. hoc eſt quod ait Auctor 1. de Generat. Animalium, corpus Animalis eſt ſubiectum propinquum Animæ. Ex his igitur potes faciliſſime intelligere Auctorem ſæpe dicentem eas non habere eſſe in corpore, ut intelligẽtias; ſæpe in materia, ut formas abſtractas ſecũdum eſſe reale. Sequitur, [neq; materiam multam in potentia neque recipere magnum & paruum.] ideſt inuenit etiam ex iſtis proportionibus has uirtutes nõ habere materiam multam in potentia. illa enim materia non eſt tranſmutationis, ſed tantum tranſlationis; neque recipere magnum, neque paruũ, ideſt neque extendi ad extenſionem ſubiecti, ita quòd in maiori parte ſit maior uirtus, & in minori minor, quemadmodum contingit in formis habentibus eſſe in ſubiectum, [Et totum hoc ſequitur ex hoc quòd formæ eorum agunt actionem infinitam, & omne hoc eſt probatum in Phyſico auditu.] ideſt omnia prædicta ſequuntur, quia iſtæ formæ agunt per tempus infinitum, quod probatum eſt in octauo Phyſicorum. cap. 1.

Et cum fuit perſcrutatus etiam de natura iſtorum corporum &c. Tex. 32.

Ponit Commentator alteram rationem oſtendẽtem, formas corporum coeleſtium eſſe in corpore ante receptionem in eo dimenſionum interminatarum. [& cum fuit perſcrutatus etiam de natura iſtorum corporum in primo cœli, & declarauit ipſa eſſe Com.

ſa eſſe

ſa eſſe ſimplicia ex hoc quòd motus eorum ſunt ſimplices.] Notandum eſt primo pro maiori manifeſtatione iſtius textus, quòd aliquid eſſe ſimplex, dupliciter poteſt intelligi apud Philoſophum. uno modo, quòd non diuiditur in alia ſecundum ſpeciem, quo modo elementa dicuntur ſimplicia, ut ait Philoſophus 5. Metaph. altero modo dicitur ſimplex, quod caret potentia, ideſt generationis, alterationis, & augumẽtationis, ut dicit Auctor 9. Metaphy. & 8. Phyſicorum. corpora autem cœleſtia non ſolũ primo modo dicuntur eſſe ſimplicia, quia non diuiduntur in alia ſecundum ſpeciem, ut patet per Auctorem in hoc ſermone cap. 5. uerum etiam ſecundo modo; ipſa enim non generantur, nec alterãtur, nec denique augentur. modo quando Auctor dicit, quod declarauit Ariſtoteles in primo cœli, ipſa corpora cœleſtia eſſe ſimplicia, ex hoc quòd motus eorum ſunt ſimplices, de ſimplicitate modo dicta pro nunc debes intelligere. Amplius notãdum eſt motus corporum cœleſtium duplici intellectu conſiderari ſecundum doctrinam Auerrois: uno modo in quantum ſequuntur eandem potentiam, quam ſequi uidentur ipſa corpora cœleſtia, unde & ſi ipſa ſint ingenerabilia, ipſi etiam motus erunt ingenerabiles ac incorruptibiles; & ſi motus corporum cœleſtium corrumperetur, & ipſa corpora cœleſtia neceſſario corrũperentur: ipſi enim motus non habẽt aliam potentiam, præter illam, quam habent neceſſario corpora cœleſtia: hęc ſimplicitas motuum neceſſario oſtendit ſimplicitatem corporum cœleſtiũ. altero modo motus corporum cœleſtium conſiderantur, inquantum illa corpora ſi deſinerent moueri, propter id corpus cœleſte non deperderet il-

Cap. 3.

Cõ. 3.

Com. 87.

lam

cam ſuam ſimplicitatem, in quantum corpus, licet deperderet illam quia innatum eſt conſeruare in æternum ſecundum ſpeciem entia inferiora; hoc modo autem conſiderando motum corporũ cœleſtium non oſtendit neceſſario ſimplicitatem eorum, motus enim habet ſuum contrarium, ſcilicet quietem. Sequitur Commentator, [& quod natura earum ſit neque grauis neque leuis, ideſt natura diſponi per leuitatem aut grauitatem,] ideſt & quia motu corpora cœleſtia, neque ferũtur ſurſum, neque deorſum, neceſſario apparet, quòd motus eorum nõ ſint de natura grauium, aut leuium, grauia enim & leuia mouentur ſuper rectam lineam, aut à medio, aut ad medium: corpora autem cœleſtia uidemus circa medium circulariter ferri. ex neceſsitate igitur huiuſmodi motus apparet corpora cœleſtia non eſſe de natura grauium aut leuium. Sequitur [& fuit declaratum ei, quòd corpora grauia & leuia ſint contraria, quia motus eorum ſunt contrarii,] ideſt & manifeſtum fuit Ariſtoteli corpora grauia & leuia eſſe contraria, ex hoc quia motus eorum ſunt contrarii. ideo ſi corpora cœleſtia fuiſſent de natura grauium aut leuium, eſſent coruptibilia: motus enim eorum eſſent contrarii. Subdit [amplius quòd motus corporum cœleſtium nõn habent contraria,] ideſt amplius manifeſtum fuit Ariſtoteli motus corporum cœleſtium non habere contrarium, nec ad inuicem, nec ab aliqua cauſa extra; primum, quia motus qui fiunt ſuper recta, inuicem opponũtur propter loca, ut ait Philoſophus. 1. cœli, unde contrarietatem ſecundum eundem Philoſophum nõ reperiri, niſi in motu recto, cõſtat, ſemper enim in una recta linea ſunt duo puncta ut termini, quorum

Vide. Ariſt. 1. cœli. tex. co. 17.

tex. co. 16

rum

rum unum contrariatur alteri ſecundum quòd mobile ab uno ad alterũ mouetur; ideo in motu ſuper lineam circularem non contingit contrarietatem inueniri, ut eſt circularis, quia ibi ſunt infinita puncta & infiniti termini, & ſic infinitæ contrarietates eſſent, quod eſt abſurdum, unũ habere infinita contraria. ſed quando cõtrarietas in motu circulari extat, illa contrarietas per diametrum eſſe contrarietas dicitur, ideſt per ſemicircularia, non eſt autem motus circuli contrarius, non enim ſemicirculus eſt circulus. de hac re tamen nonnullas demonſtrationes uidere potes apud Ariſtotelem & Auctorem 1. cœli. quod aũt motus corporum cœleſtiũ cõtraria nõ habeant, ex his quæ ſunt ei extrinſeca manifeſtũ eſt hoc per carentiã materię primæ, quæ cauſa eſt omnis defectus naturalis: corpora autem cœleſtia oſtenſum eſt ab Ariſt. non habere materiã primam, tanquam ſubiectum ſuſcipiens contraria, neceſſario ergo motus ſequentes naturam eorum carere debent contrarietate omnino. Sequitur Comentator. [concludit hæc corpora eſſe ingenerabilia & incorruptibilia, & ipſa non habere ſubiectum recipiens dimenſiones prima receptione, ita quod formę ſuæ diuidantur per diuiſionẽ ſui ſubiecti.] ideſt concludit Ariſ. ex pręd. ctis cœlum non eſſe generabile nec corruptibile; nec habere ſubiectum, ſcilicet materiam primam, quæ recipit dimenſiones prima receptione, ſubiectum enim in quo non fit ſucceſſio multarum formarum non eſt innatum recipere prima receptione dimenſiones interminatas, & ſic formæ corporum cœleſtium non diuiduntur nec ſunt innatæ diuidi ad diuiſionem huiuſmodi ſubiecti, prius enim ſunt in ſubiecto quam dimen-

tex. co. 24. tex. co. 25.

ſiones

ſiones eius. & quia iſtæ formæ corporum cœleſtium carent contrario omnino, ideo non ſunt ſuccedentes in ſubiecto; & ſic non diuiſibiles ad diuiſionem ſubiecti. ergo ſunt prius in ſubiecto quàm dimenſiones ſubiecti. Subdit, [quemadmodum concluſit hoc idem ex hoc, quòd motus eorum à principiis, quæ ſunt in eis ſunt infiniti,] id eſt quemadmodum concluſit ex infinitate actionis formarum corporũ cœleſtium eas nõ recipi in ſubiecto poſt dimenſiones interminatas, ita idem ex carentia contrarietatis earum concludere uidetur.

Et quia manifeſtũ eſt ſenſui quòd corporũ cœleſtia etc. tex. 39.

Poſtquam Commentator oſtendit formas corporum cœleſtium non eſſe in ſubiecto mediantibus dimenſionibus interminatis; nunc aggreditur oſtẽdere, quomodo ipſa corpora cœleſtia recipiant dimenſiones ad differentiam horum inferiorum. Ad notitiam cuius rei notanda ſunt primo aliqua, quæ ſenſum iſtius textus clariorẽ nobis aperire poſſẽt. materiam primam recipere primo dimenſiones interminatas, & mediantibus formis terminatas dimenſiones. omne autem illud quod recipitur, in aliquo mediate, non recipitur primo in eo, ut habetur apud Ariſ. in poſterioribus, ita illud quod recipitur in aliquo mediante alio, neceſſe eſt ipſum recipi in aliquo immediate. ſicut enim per accidens reducitur ad aliquod quod eſt per ſe, ita illud quod recipitur mediate in aliquo, neceſſe eſt tale reducere ad immediatam receptionem. modo dimenſiones terminatæ cũ recipiantur in materia mediate, neceſſe eſt eas reducere ad aliquod, in quo recipiantur immediate. hoc autem non eſt materia, ut patet. ergo erit uel forma, uel corpus. ſed non corpus, tum

K quia

Digitized by Google

quia mediante eo non recipiuntur in materia, tum quia ipſummet corpus ſunt dimenſiones terminatæ: ergo immediate in forma recipiuntur: & hoc probatur. illud enim quod recipitur in aliquo mediante altero, recipitur in illo immediate, mediante quo in altero recipi uidetur. hoc manifeſtũ eſt omnibus, qui, & minima attingunt Philoſophiæ fragmenta. ſed in materia recipiuntur dimẽſiones terminatæ mediãte forma. immediate recipiuntur in forma. Nec ualet illud, quod dicunt aliqui, ꝙ materia poteſt mediante compoſito recipere dimenſiones terminatas. ſi enim materia non poteſt recipere dimenſiones terminatas, niſi mediã te eo quod ipſa præcedit, ergo maxime mediãte eo, quod ipſa ſola, & principaliter precedit. aliter enim & in alio recipi poſſent dimenſiones terminatæ. ſed materia ſola præcedit formam: compoſitum autem præcedit materia & forma. ergo potius materia recipit dimenſiones terminatas mediante forma, quàm mediante compoſito. & quia dimenſiones interminatas materiã corporum cœleſtium non habere, cõſtat, materia enim eorum ſemper eſt in actu, & dimenſiones interminatæ ſunt habentium materiã interminatam, ideſt in potẽtia: ideo neceſſe eſt materiam corporum cœleſtium habere dimenſiones terminatas, quas mediantibus ſuis formis recipere uidetur, nõ tamẽ eo modo quo prima materia generabiles recipere cõſtat. ſicut. n. in generabilib. illud quod recipitur mediate non primo recipitur, ita in ingenerabilib. quod mediate recipitur, primo recipi vr, cuius rei manifeſta eſt cauſa. in æternis. n. mediatũ nõ eſt cauſa terminationis eſſentialis, quia abſtractum ab omni materia non contingit eſſe me-

dium inter materiam & accidentia eius terminata; niſi quando præbet motum circularem corporib. cœleſtibus recipientibus dimenſiones terminatas. ſed quia iſtę dimenſiones terminatæ habuerunt eſſe poſt non eſſe priuationum ab abſtracta forma; ideo talis forma poteſt eſſe cauſa mediata, non formalis, ſed effectiua receptionis dimēſionum terminatarum in corporibus cœleſtib. unde licet iſtæ dimēſiones terminatę recipiant in corporib. cœleſtib. mediantibus ſuis formis, quo ad cauſam efficientē: tamen quo ad cauſam formalem primo in materia eorum recipi uidentur. cuius oppoſitum apparet in generabilibus & corruptibilibus, quorum cauſæ eſſentiales concretæ & formales formæ ſunt præponentes dimenſiones interminatas in materia. His habitis igitur accedamus ad expoſitionē textus, [& quia manifeſtum eſt ſenſui,] id eſt & quia manifeſtū eſt oculis corpora cœleſtia habere magnitudinem, itaque dimenſiones terminatas, longitudo enim latitudo, & profunditas ſunt dimenſiones terminatę magnitudinis, quas dimēſiones ſentimus oculis, lōgitudinē quidem ſecundum Ariſtot. 2. Cœli a Polo Artico ad Polum Antarticum, & latitudinem ſecūdum ipſummet Philoſophum in eodem libro, ab oriente ad occidens, profunditatem autem ab ante & retro cœli, quæ omnia uidere potes, ſi imaginaueris hominem caput habentem erga Polum Antarticum. Sequitur, [quod corpora cœleſtia recipiunt dimēſiones terminatas ſecundum ſuas formas,] id eſt patet ad ſenſum corpora cœleſtia recipere dimenſiones terminatas mediantibus ſuis formis intrinſecis, intelligentias enim in corporibus cœleſtibus maxime uigorari manifeſtum eſt Philoſopho. hęc

tex. co. 14.

tex. co. 15.

Digitized by Google

autem uerba Commentatoris ſuapte natura manifeſta ſunt, aliusque manifeſtantur in ſequentibus. [Neque poſſunt recipere formas mediātibus dimē ſionibus interminatis] aſſignat Cōmentator differētiam inter dimenſiones materiæ inferiorum, & dimenſiones materiæ corporum cœleſtium. ita etiam inter formas has, & illas, quomodo differenter recipiuntur in materiis ſuis. ideo ait iſtas dimenſiones materiæ horum inferiorum terminari per formas, mediantibus enim eis formæ in materia recipiuntur: illas autem ſuperiorum non terminari per formas conſtat, tum quia formæ mediantibus eis non recipiuntur in materia. tum quia dimenſiones illas materiæ corporum cœleſtium non eſſe interminatas manifeſtum eſt. Sequitur [ſicut eſt diſpoſitio de formis generabilibus & corruptibilibus, neceſſe eſt ea recipere tali modo ex quo non contigit formas & generabiles & corruptibiles] .i. formæ quæ in materia corporum cœleſtiū extant, nō recipiuntur, ſicut formæ entiū generabiliū & corruptibiliū mediantibus dimenſionibus interminatis recipi uidentur: iſtę enim ſunt generabiles & corruptibiles: illę autem ęternæ & ſimplices. unde quemadmodum formæ generabiles recipiuntur in materia mediantibus dimenſionibus interminatis, ita neceſſe eſt formas ingenerabiles recipi in materia oppoſitis dimēſionibus, ſcilicet terminatis. Subdit [quod eſt quia materia eorum recipit dimenſiones prima receptione mediantibus illis formis ſuis.] Sed cur hæc materia corporum cœleſtium non recipit formas mediantibus dimenſionibus interminatis, ſicut eſt diſpoſitio materiæ horum inferiorum? aſſignat rationem. in corporibus enim cęleſtibus nō

repe-

reperiuntur dimenſiones interminatæ. in quibus enim non reperitur materia in potentia, in illis neceſſe eſt non reperiri dimenſiones in potentia; propter id in materia in qua non recipiuntur dimenſiones interminatæ, non eſt poſſibile formas locari in ea mediātibus illis dimenſionibus. ex his igitur ſequitur formas corporum cœleſtium non recipi in materia mediantibus dimenſionibus interminatis; propterea materiam illam quæ non habet dimē ſiones interminatas, neceſſe eſt recipere dimenſiones terminatas prima receptione. materia enim ſiue ſit cœleſtis, ſiue corruptibilis, non eſt poſſibile imaginari omnino abſque dimenſionibus ſecundum Commentatorem: & quemadmodum hæc inferior recipit dimenſiones terminatas mediantibus formis, ut cauſis formalibus atque eſſentialibus; ita illa ſuperior dimenſiones terminatas mediantibus formis ut cauſis tantum effectiuis recipere uidetur. Et animaduertendum eſt hic, corpora cœleſtia, ut corpora magis idonea eſſe ad ſuſcipiendas dimē ſiones terminatas quàm formas; ideo eas prima receptione recipiūt. ut autem ſunt cœleſtia, ſunt magis apta ad receptionem formarum, quàm ad aliquid aliud: formas enim perfectiones eorum æternas eſſe planè conſtat. Sequitur, [& non recipit formas mediātibus dimenſionibus in eis in potentia, ſcilicet non terminatis, ſicut eſt diſpoſitio in dimē ſionibus quæ ſunt in prima materia cū forma iſtius materiæ, [ideſt & non recipit hæc materia cœli formas ſicut hæc inferior mediantibus dimēſionibus interminatis, [Sed dimēſiones quæ ſunt in materia cœleſti ſunt propria propriorum.] Notandum eſt primo quòd aliqua accidentia dicūtur propria, & ali-

aliqua proprie non propria, proprie autem propria ſunt paſsiones conſequentes formas immediate in materia: accidentia autem proprie nō propria ſunt accidentia non conſequentia formam in materia, ſed ſequentia formā in ea, primo autē modo dimēſiones terminatę in corporib. cœleſtibus ſunt accidentia proprie propria, ideſt accidentia conſequētia formam in materia: ſecundo autem modo ſunt dimenſiones terminatæ horum inferiorum, accidētia non conſequentia formam in materia, ſed tantum ſequentia. & primo modo accidentia prima receptione recipiuntur in materia, non autem ſecunda. Sed quid de dimenſionibus interminatis in materia? Dico quod ſunt iuxta intellectum Auerrois proprie in materia, & proprie accidentia materiæ conſequentia formas diuerſas in ea, quæ quidem conſequentia dimenſionum in materia accipitur à parte ante, & non à parte poſt.

tex 40. *Et cum fuerit declaratum ei de corporibus cœleſtibus &c.*

Com. Satis demonſtratum eſt à Commentatore in ſuperioribus formas corporum cœleſtium non diuidi per diuiſionem ſui ſubiecti, nunc in præſenti textu tales formas non conſtitui per ſubiectum intendit declarare, & cū fuerit declaratum ei de corporibus &c. Notādum eſt primo pro maiori notitia, materiā ſecundū doctrinā Peripateticam dupliciter conſiderari, uel ut eſt in potētia, uel ut eſt in actu, & hoc dupliciter, uel in actu ꝑ formā, uel in actu abſque forma: ut aūt eſt in potentia conſtituit actū in eſſe qui fit de potentia eius. ut aūt eſt in actu ꝑ formā, illa forma conſtituitur per eam. ut autem eſt in actu abſque forma, forma non conſtituitur in

eſſe

eſſe per materiam:cuius naturæ materiam corporũ cœleſtium & formã eorum conſtat eſſe:illa enim materia quæ eſt in actu ſecundum ſe,non informatur in eſſe a ſua forma,ſi enim informaretur,uel informaretur in eſſe, uel in operari. ſi primum, ergo materia illa haberet eſſe ab alia,& ſic permanentia eius æterna ab alio exiſteret. ſed hoc falſum eſſe cõſtat,duplici medio, tum quia cum materia horum inferiorum in eſſe cõmunicaret;tũ quia illa corpora indigerent in ſua permanentia animabus, ſicut hæc corpora animalium inferiorũ, quod repugnat dictis Auerrois,& Ariſtotelis De ſtr. De ſtr.& 8. Metaphy. unde formatur ſic ratio,illud cuius eſſe non eſt ab eſſe, poteſt eſſe ſine eo eſſe;ſed eſſe corporum cœleſtium non eſt ab eſſe, ut patet per Auctorem in præallegato libro,ergo poteſt eſſe ſine eſſe, ergo reſtat formas corporum cœleſtium informare ea quo ad operari. de qua re ſubtiliſſimam quæſtionem uidere potes Marci Antonii Zimaræ ſuper quæſt. Metaphy. Ioannis de Landuno. His habitis igitur accedamus ad expoſitionem textus. [Et cum fuerit declaratum ei, de corporibus cœleſtibus eorum formas exiſtere in ſuis ſubiectis, id eſt & cũ fuerit manifeſtũ Ariſtoteli, formas corporũ cœleſtium exiſtere in ſuis ſubiectis &c. Animaduerte aliquid exiſtere in ſubiecto dupliciter cõſiderari poſſe, uel ut hoc tale in ſubiecto tali; uel in ſubiecto tali, ut tale, & ut nõ ut hoc tale. exiſtere autẽ ut hoc tale, in ſubiecto tali, eſt proprium formæ, quã non contigit habere exiſtentiam abſque ſubiecto, cum in ipſo indiuiduari conſtet. ſed exiſtere tale, & non ut hoc tale in ſubiecto tali, eſt proprium formæ uniuerſalis habentis exiſtentiam abſque ſubiecto formalem, atque indiuidualem.

Diſp. 4. ſol. 2. dubii tex. co. 12.

hidualem, cuiuſmodi ſunt intelligentiæ diuinæ, ut formæ exiſtentes in ſuis ſubiectis, ſcilicet hac ſecũda exiſtentia quam Commentator declarat, [uidelicet exiſtentia quæ non diuiditur per diuiſionem ſui ſubiecti,] id eſt exiſtentia quę non diuiditur ad diuiſionem ſubiecti, cuiuſmodi diſpoſitionem formarum habentium eſſe in ſubiecto conſtat eſſe, ſine quo nec in eſſe formali, nec operatiuo exiſtere poſſunt. Sequitur, [& cauſa in hoc eſt quia non exiſtunt in ſubiectis ſecundum quòd ſunt diuiſibilia] Reddit rationem Commentator quare non exiſtãt in ſubiectis, ita quòd non diuidantur per diuiſionẽ ſubiecti. & cauſa in hoc eſt, quia iſtæ formæ ſunt indiuiſibiles in ſubiecto diuiſibili. non eſt enim maior ratio earum in una parte, quàm in alia, [Fuit ei declaratum quòd iſtæ formæ non conſtituũtur per ſubiectum, imo ſunt abſtractæ in eſſe,] id eſt & cum ita ſit quòd iſtæ formæ non diuiduntur per diuiſionem ſubiecti: fuit Ariſtoteli declaratum, formas tales non conſtitui per ſubiectum, imo eſſe abſtractas in eſſe ſubiecto,]Quoniam cum exiſtunt in toto ſubiecto, & non diuiduntur per diuiſionem eius, cõtingit quod non conſtituuntur per ſubiectum,]Hæc uerba Commentatoris contradicunt uerbis ſequẽtibus eius, quando dicit, neque exiſtunt in toto, neque in parte &c. Soluitur. exiſtere in toto ſubiecto poteſt dupliciter haberi, uel per aſſiſtẽtiam, uel per informationem. primo autem modo, formæ corporum cœleſtium aſſiſtunt eis, & in toto, & in parte: minime autem ſecundo modo. hoc eſt igitur illud quod ait Commentator, cum iſtæ formæ corporum cęleſtium exiſtunt in toto ſubiecto, & non diuiduntur per diuiſionem ſubiecti, contigit quod non conſtituuntur

ſtituuntur per ſubiectum. non enim exiſtunt in eo neque in toto, neque in parte per informationem; ſiue ſit tale ſubiectum diuiſibile, ſiue indiuiſibile.

Et cum ita ſit, necesse eſt ut forma qua mouetur &c. Tex. 41. Com.

Proſequitur Commentator intentū ſuum, oſtendendo iſtas formas corporum cœleſtium non conſtitui per ſubiectum, hoc medio, ſcilicet, quia, in abſtractis à materia efficiens & finis nō differunt. Ad notitiam cuius rei notāda ſunt primo aliqua, quòd in æternis ex agente neceſſario ſequitur actus, ideſt quòd agens ſemper ſit coniunctum actui, quia æterna non habent quid medium contingentiæ, quod eſt materia prima, ut dicit Auctor. 2. Phyſicorum. Com. 79. modo illud agens, quod ſemper ſit coniunctū actui, ideſt effectui, & proſequitur actionem in ſubiecto neceſſario, nō habet cauſam finalem talis effectus, ſeu talis actio præter cauſam ſuam efficientē, atque operantem; aliter enim adepto illo fine ceſſaret motus, & operatio. & quia finis effectus in habentibus materiam coniunctus eſt materiæ, v.g. Medicus intendit ſanitatem in ægro inferre, quæ quidē ſanitas eſt finis Medici reſpicientis eam in potentia materiæ; ideo ille finis diſtinctus eſt a Medico propter intermediam potentiam materiæ. ſi enim ille finis nō eſſet coniunctus materiæ, tunc illud agēs, quod mouet, finis eſſet ſui effectus, & ſic Medicus finis eſſet ſanitatis, quam intendit adhibere ægrotanti. ex hoc igitur conſtat in habentibus materiam finem diſtinctum eſſe ab agente. ſed cauſa finalis in abſtractis à materia non eſt coniuncta materiæ. adepto enim illo fine ceſſaret motus in ſubiecto mobili; ideo neceſſe eſt, quod cauſa finalis & efficiens in abſtractis à materia ſit unum & idem. His habitis accedamus

Vide Auer. 12. Metaphy. co. 36.

Digitized by Google

damus ad expoſitionem textus [& cum ita ſit, neceſſe eſt ut forma qua mouetur, ſit illa ad quam mouetur] ideſt quòd cum ita ſit, quòd iſtę formę abſtractę non ſint conſtitutæ in eſſe per ſubiectum, neceſſe eſt, ut forma qua mouetur Orbis ſit illa ad quam mouetur, ita quòd agens & finis in eis ſit unum, & idem. Sequitur, [in formis enim conſtitutis per ſua ſubiecta differunt, ſ. quia forma qua mouentur non eſt illa ad quam mouentur,] Reddit rationem ſuperioris propoſitionis, cur forma in abſtractis à materia ſit agens & finis. & hoc, quia non ſunt conſtitutę in eſſe per ſubiectum, ideſt per materiā, formæ enim quę ſunt in eſſe conſtitutæ per materiam ſunt in ſubiecto, quod eſt cauſa finitę actionis. unde adepto eorum fine, ceſſat motus. ideo bene dicit Commentator, quod in formis conſtitutis per ſubiectū aliter apparet, ſcilicet, quòd agens & finis, non ſit unum & idem in eis propter intermediam potentiā ſubiecti. Sequitur, [& ideo omnis forma huiuſmodi ſcilicet quę mouetur ad ſe ipſam perficiendā per formam aliam, neceſſe eſt ut ſuum mouere ſit finiti cum non mouet, niſi quando mouetur,] ideſt & ideo omnis forma quę mouetur ad aliam formam ſibi perficiendam, neceſſe eſt ut ſuum mouere ſit finitum. habita enim illa perfectione ceſſat motus. ſed in æternis uidemus motus infinitos eſſe atque continuos. neceſſe ergo eſt, uel quod illi motus otioſi eſſent, uel quòd agens eorum ſit finis eorum. Sequitnr, [& hoc eſt unum eorum quæ mouent Ariſtotelem ad opinandum, quòd formæ corporum cœleſtium non ſunt conſtitutæ per ſua ſubiecta, quoniā tunc motus eorum eſſent finiti,] ideſt, ex iſtis igitur quæ dicta ſunt, Ariſtoteles concluſit formas corpo-

rum

Digitized by Google

rum cœleſtium non eſſe conſtitutas per ſubiecta: agens enim & finis in eis ſunt unum & idem.

Et non eſt dicendum quòd formæ &c.

Poſtquam Commentator oſtenderat formas corporum cœleſtium non eſſe in ſubiecto, nunc in hoc textu proſequitur confirmare illud medium, iſtas formas, abſtractas, ſcilicet duplici de cauſa eſſe agẽtes, ſcilicet effectiua, & finali: remouendo quandam obiectionem, [Et non eſt dicendum quòd formæ quibus mouentur corpora cœleſtia ſint aliæ ab eis ad quas mouentur,] id eſt nõ eſt dicendum formas mouentes corpora cœleſtia eſſe alias ab eis ad quas ipſamet corpora moueantur. Subdit, [& quod iſtæ quæ dicuntur non eſſe in materia omnino, & quòd carent ſitu, ſint formę ad quas mouentur, cũ tamen illæ quibus mouentur ſint formæ in materiis, & ſint diuiſibiles per diuiſionem earum.] id eſt neque dicẽdum eſt, quòd formæ finales motus ſint aliæ à formis efficientibus motum, ita ſcilicet, quòd illæ formæ quę ſunt cauſę effectiuę motus ſint formę in materia, & diuiſibiles per diuiſionem ſubiecti: & illæ quæ ſunt cauſa motus, ut finis, ſint tantum abſtractæ omnino à materia, & carentes ſitu. Sequitur, [quoniam ſi ita eſſet, tunc illę formæ exiſterent in ſubiectis, & mouerentur per motum ſubiectorum, & ſic diuiderentur ad diuiſionem ſubiectorum,] id eſt ſi ita eſſet, quòd formæ efficientes motum ſint formæ in materiis, tunc formæ corporum cœleſtiũ effectiuæ motus haberent eſſe in ſubiecto, & mouerentur per motum ſubiectorum. motis enim nobis mouentur omnia quæ ſunt in nobis, itaque motis ſubiectis mouentur omnia quæ ſubſiſtunt in eſſe per ſubiectum. ultimo denique diuiderentur per di-

Tex. 41. Com.

uiſionem ſubiectorum, [motum enim ſi mouetur eſſentialiter erit diuiſibile eſſentialiter; & ſi per accidens; per accidens.] Hæc ratio fundata eſt ſuper
tex.col. 32. uerba Ariſtotelis 6. Phyſicorum, ubi ait quod autẽ mutatur omne diuiſibile eſſe neceſſe. eſt ideo illæ formæ ſi mouerentur eſſentialiter eſſent diuiſibiles eſſentialiter; ſi per accidens, per accidens. ſed illud quod ſtat per eſſentiam, eſt ſimplex & non diuiditur, ſecundum propoſitionem 28. Auct. de cauſis,
tex. co. 32. nec per ſe, nec per accidens: non per ſe, illud enim quod mouetur per ſe eſt corpus, ut dicit Ariſt. in eodem libro; quod autem mouetur per accidens, uel eſt corpus uel uirtus in corpore, ut ait Auctor 3. de Anima. at intelligẽtias nõ cõtingit eſſe corpus, nec uirtutes in corpore. ideo non poſſunt moueri nec
Digreſſio. per ſe, nec per accidens. Ad hoc nonnulli Philoſophantium exiſtimarunt intelligentias Orbium moueri quoquo modo per accidens, ita quòd ab alio moueantur per accidens, minime autem ſecundũ quòd mouent corpora. Circa ueritatem cuius opinionis diutius defaticatus ſum, tamen poſt multa uiſum eſt mihi, ſatiſque commodum exiſtimari ſecundum doctrinam Philoſophi, intelligentias non moueri per accidens, nec ſecundum ſe, nec ab alio. ſi enim intelligentiæ poſſent moueri per accidens, ſecundum quòd ipſa corpora mota ab eis moueantur motu diurno ab intelligentia mouente primũ mobile, tunc ſequeretur hoc inconueniens, quod unum corpus unius formę maiorem connexionem haberet cum ſua forma quando ſit motum ab alia forma ſibi non propria, quàm motum a ſua forma propria. corpus enim quando mouet ſuam formam maiorem habet connexionem, atque affinitatem cũ

ea

Digitized by Google

ea forma, quàm quando illa forma non mouetur ad motionē eius. hoc eſt profecto manifeſtum, itaque intelligentia magis copularetur ſubiecto eius moto ab alio motore, quam mouendo proprium motum in proprio moto. ſed intelligentia moto eius ſubiecto ab alio motore non magis copulatur ei, quam ipſa mouendo: primo, non in operari, tale enim ſubiectum uel corpus magis operatur in hoc propoſito ab alio motore quam à ſibi proprio, ſecundo non in eſſe, unum enim agens non congregat inter duo diuerſa, ut dicit Auctor 12. Metaphy. ergo. Amplius una forma, quādo eſt abſtracta à ſuo ſubiecto in duobus, ſcilicet in eſſe & in operari, & altera tantum in uno, ſcilicet in eſſe, prius profectò moueretur illa quæ eſt abſtracta tantum in uno ad motionem illius ſubiecti, quàm illa, quæ ſit abſtracta ab illo ſubiecto in duobus, ſcilicet, & in eſſe, & in operari. hoc eſt manifeſtum omnibus habentibus ſanum intellectum. ſed huiuſmodi eſt intelligētia, cum eius ſubiectum ſit motum ab alio motore, & motum ab ipſamet tanquam à proprio motore. ergo. Amplius intelligentia mouendo Orbem, quare ipſa non mouetur ad motionem Orbis? Reſponſio ad hoc extat Commentatoris, quia ipſa eſt abſtracta a materia omnino, nec diuiſibilis per diuiſionē ſubiecti: ergo ſi natura abſtracti non eſt moueri ad motionem ſubiecti quomodo quæſo intelligentia poſſit moueri moto ſubiecto? nō magis. n. eſt abſtracta ab Orbe, cū ſit motus ab ea, vt à motore proprio, quā ab intelligētia nō propria. abſurdum eſt igitur ſaluo meliori iudicio intelligentias Orbium exiſtimare moueri per accidens ab alio. nullū enim fundamentum perſpicuum huius rei inueni ſecundū

Cō. 18.

do-

doctrinam Ariſt. nullumque exemplum materiale ita accommodatum. Modo ſequitur Commētator, [ergo nihil eſt in corporibus cœleſtibus, quo forma qua eſt motus differat ab ea ad quam eſt motus, imo ſunt eædem formæ, & non differunt niſi in diſpoſitione,] poſtquam Commētator oſtenderat formas efficientes motum eſſe ſicut finales cauſas motus, ſcilicet abſtractas à materia, non diuiſibiles per diuiſionem ſubiecti; nunc in iſtis uerbis concludit, ea quę prius dixerat, quòd nihil eſt in corporibus cœleſtibus, quod forma efficiens motum ſit differēs ab ea ad quam eſt motus. quaſi dicat, quòd, ſicut forma cœleſtis eſt cauſa finalis motus, ita neceſſe eſt formam efficientem motum eſſe abſtractam, & indiuiſibilem per eandem, & non differre niſi in diſpoſitione, ideſt in conſideratione. diſpoſitio enim & diſpoſitum in reb. abſtractis à materia ſunt unum

Co.39. in eſſe, & duo in conſideratione, ut dicit Auctor. 12 Metaphy. ideo forma abſtracta dicitur efficiens ſecundum quòd ipſa ſit cauſa unde motus: ſecundū autem quòd talis motus ad ipſammet terminatur, dicitur cauſa finalis motus. Sequitur [& ſi ita eſſet, tunc ſuum mouere eſſet finitum, quod enim mouetur impoſſibile eſt ut ſit principiū motus æterni,] ideſt & ſi ita eſſet quòd iſta forma efficiens moueatur ad motionem ſubiecti (moueretur enim ſi eſſet

tex. co. 30. forma in materia) tunc ſuum mouere eſſet finitum. Ariſtoteles enim in 8. Phyſicorum ait. quod mouetur per accidens non eſt neceſſarium, ſed contingit non eſſe. Sequitur [& dicit Ariſtoteles quòd intellectus & intellectum idem ſunt in corporibus cœleſtibus, & hoc totum dicit & in aliis locis,] ideſt &

tex. co. 51. ideo dicit Philoſophus 12. Metaphy. quòd intelle-

ctus,

ctus,& intellectum in abſtractis a materia ſunt unũ & idem. nam ſecũdum quod eſt intellectus, eſt agẽs; ſecundum autem quòd eſt intellectum, eſt finis. ex his igitur conſtat, quòd in abſtractis a materia unũ & idem ſit agens, & finis. quod totum declaratum eſt in Metaphyſicis.

Et non eſt dictum cælum habere animam &c.

Proſequitur Commentator ſoluere aliam obiectionem, qua ei nulli poterant occurrere, circa formas corporum cœleſtium non conſtitutas per ſua ſubiecta. uidelicet, corpora illa quæ ſunt animata per animam tanquã per formã, nõ poſſunt eſſe animata, niſi ut per formam exiſtentem in eis, & ſic formæ corporum cœleſtium ſubeunt per ſua ſubiecta; quod in ſuperioribus oſtenſum eſt falſum eſſe. Hic antequam deueniã ad expoſitionem huius textus notandum eſt ad hoc propoſitum, quòd in entibus naturalibus, aliud eſt hoc eſſe tale per ſe, & eſſe per partem, & eſſe per aliud. illud quod eſt tale per ſe eſt hoc tale, ita quod non ſit neque per partem neque per accidens, ut colligitur ex mente Ariſtotelis & Auctoris 8. Phyſicorum, & huiuſmodi exiſtẽtia non habent ad doctrinã peripateticam neceſſitatem, & permanentiam aliquam ab alio. dici autem aliquid eſſe tale per partem, conuenit omnibus compoſitis habentibus eſſe neceſſarium, & ꝑmanens per partem a qua denominantur. ultimo aliquid eſſe tale per aliud dicitur de omnibus habẽtibus neceſſitatem, & permanentiam ab alio; cuiuſmodi ſunt maxime entia ſubiectiua formarum dãtium eſſe tale. modo quo ad primum, dico quod aliquid eſſe tale per ſe eſt pręcipue corporibus cœleſtibus. taliã neque per partem, neque per accidẽs. cor-

Tex. 48. Com.

tex. 10. 27.

pora

Diſp. 4. Sol. 2. Dubii. pora enim iſta ut dicit Auctor Deſtr. Deſtr. non indigent in ſua permanentia anima, ut indigent corpora animaliũ inferiorum, indigent tamen anima non quòd ex neceſſitate eſſe eorum eſt ut ſint habentia animam, ſed quoniam melius de natura eorum eſt quòd ſint in diſpoſitione meliori: & habentia animam ſunt meliora non habentibus. neque negat in hoc Auerroes corpora cœleſtia eſſe animata; ſed tantũ in iſtis corporibus non eſſe aliquid, quod animatur per animam, aut uiuit per uitam negare

co. 12. uidetur, ut dicit 8. Metaphy. omne enim quod uiuit per uitam eſt generabile, & corruptibile; generabilia autem & corruptibilia, ita animantur & uiuunt, quòd anima & uita eorum animatur; & uiuit in eis; quod repugnat in animantibus, & uiuẽtibus per ſe, per ſe dico primo, non autem per ſe non primo, ea autem quæ dicuntur eſſe formalia per partes, ſunt oĩa cõpoſita innouationem habẽtia cuiuſmodi ſunt homines: quorũ forma eſt anima, forma diuiſibilis ad diuiſionem eorum materiæ. Et animaduerte, quòd hic compoſita accipiuntur pro quãto includunt conditiones indiuiduantes ea, aliter enim compoſita non eſſent talia per formam iſtam informãtem; illa enim compoſita quæ ſunt abſque conditionibus indiuiduantibus non ſunt talia per partem illam compoſiti habentis conditiones indiuiduantes: repugnant enim, ut patet conſiderantibus, doctrinæ Auerrois. illud enim compoſitum cõſideratũ primo modo, non cõtingit eſſe tale, ſine illa parte, quicquid enim eſt, ab illa parte eſt, ſed ſine hoc illud compoſitum ſecundo modo dictum contingit eſſe tale, quia ab ea formaliter nõ denominatur. illud autem, quod dicitur eſſe per aliud, uniuerſalius

Digitized by Google

ſalius eſt, quàm illud, quod eſt per partem, omne enim quod eſt per partem eſt per aliud, ſed nõ per oppoſitum; quia corpora animata dicuntur eſſe animata per animam, tamen anima non eſt pars eſſentialis eorum, ut omnibus manifeſtum eſt. Ex his habemus differenter hominem eſſe animatum, & corpus eſſe animatum. primo, ut dictum eſt, dicitur homo eſſe animatus per partem, corpus autem nõ per partem, niſi per aliud, uel ut denominatiuum ſecũdum Doctorem Scotum. ſecundo etiam, ut ego colligo ex mente Auctoris 8. Metaphy. differũt in hoc, quia homo ita eſt animatus, quòd non animatur, ita etiam quod illa forma a qua animatus eſt non animatur in eo, ſed tantum reddit animatum hominem; corpora autem quæ animantur per aliud, ita ſunt animata, quòd uere animãtur, & etiam formæ illæ quæ reddunt corpora eſſe animata uere animantur in eis. His habitis igitur deueniendum eſt ad expoſitionem textus. [Et non eſt dictum cœlum habere animam niſi propter appetitum exiſtentem & motum localem,] ideſt & non eſt dictum a me in Commentariis, quæ feci ſuper libros Ariſtotelis, cœlum habere animam exiſtentem per ſubiectum, ſed per appetitum exiſtentem in eo, & motum localem. Quomodo autem iſte appetitus uideatur haberi in cœlo ad differentiam eorum in quibus appetitus exiſtit per ſua ſubiecta, ſubdit Commentator, [appetitus uero qui eſt in hoc corpore non eſt, niſi quia eſt corpus cœleſte, uiuum per ſe, appetens per ſe, non per potentiam exiſtentem in eo, diuiſibilem per eius diuiſionẽ,] ideſt quia iſte appetitus in corpore cęleſti non eſt, niſi quia corpus eſt appetẽs per ſe, & uiuum per ſe, non per partem exiſtentem in

in Tertia. Quol. Art. 3.

M eo

eo diuiſibilem per eius diuiſionem, [eſſet enim generabile & corruptibile] in eo enim compoſito in quo forma ſubſtantialis ſit pars eſſentialis, & perfectio ſubiecti per quod ſubſiſtit, accidit generatio, & ſic denique corruptio. inde grauiter errauit Alexander, tenendo, quòd definitio illa animæ ſecundum

tex. co. 4. Ariſtotelem in ſecundo de Anima, ſit etiam animæ exiſtentis in corpore cœleſti. eſſet enim generabile, & corruptibile, Sequitur, [& dicitur eſſe motum per principium ſeparatum in eo, non per principium, quod eſt pars in eo, & hoc modo dicitur uiuum & intelligens,] ideſt & dicitur etiam eſſe motum in loco per principium ſeparatũ, quod eſt in eo, eomet ipſo modo quo dicitur eſſe appetens uiuũ, & intelligens nõ per principium exiſtentem in eo. Sequitur, [& ſi eſſet intelligens per partem in eo non eſſet intelligẽs per ſe,] in iſtis uerbis dubius quibuſdam uiſus fuit Commẽtator, colligitur enim ex mẽ

tex. co. 27. te Ariſtotelis 8. Phyſicorum, quod per ſe non repugnat ex ſe, neq; per aliud, ſed ex ſe tãtũ, & per aliud. ideo non ualet dictum Commentatoris, (ut aiunt) ſi cœlum eſſet intelligens per partem tanquam per aliud, (omne enim quod eſt intelligens per partem eſt intelligens per aliud) quod nõ fuiſſet intelligẽs per ſe. Soluitur, quòd ex ſe, & per aliud tãquam per partem non repugnant omnino. primo, quia illud, quod eſt per aliud tanquam per partem poteſt eſſe ex ſe, accipiendo illam partem ut eſt tota quiditas rei, & hoc non eſt impoſſibile intuentibus doctrinam Auerrois: ſed ex ſe & per aliud repugnant in hoc, accipiendo ex ſe ut quid intrinſecum, & per aliud ut quid extrinſecum, ſicut accepit Ariſtoteles in preallegato libro 8. Phyſicorũ. unde dico, quòd magis

Digitized by Google

magis in hoc propoſito per ſe & per aliud tanquam per partem repugnant, quàm per aliud & ex ſe; tum quia illud quod eſt per aliud tanquam per partem poteſt accipi ſecundum doctrinam Auerrois pro ex ſe: ſed illud quod eſt per ſe non poteſt accipi per aliud, tanquam per partem: tum etiam, quia illud quod eſt per ſe nõ eſt per aliud, ſed quod eſt per partem eſt per aliud, ergo quod eſt per ſe non eſt per partem. Et nota, quòd per ſe, & per aliud, & ab alio, differunt. per aliud enim accipitur dupliciter, per aliud ſimpliciter, & per aliud ab alio: vnde verũ eſt, quòd per ſe repugnat & per aliud ſimpliciter dictum, minime autem per aliud ab alio dictum, illud enim quod diuiditur in aliquo membro non repugnat ei, huiuſmodi autem eſt per ſe. ergo. ideo bene dicit Commentator, quòd ſi cœlum eſſet intelligẽs per partem repugnaret ei eſſe intelligens per ſe. Sequitur [& eſſet ſimile homini in hoc, ꝙ homo eſt intelligens per partem in ipſo, & ſimiliter homo eſt uiuens, & appetens & mouens in loco. [In uerbis iſtis reſultat contradictio quædam, hic enim vult, ꝙ intellectus quo intelligit homo ſit pars ſubſtantialis, forma dans eſſe homini: in tertio autem de Anima oppoſitum tenet, ibi enim ſecundum ipſum habetur, quod intellectus non ſit pars ſubſtãtialis hominis, nec denique forma dans eſſe ei. Soluitur. pars hominis qua homo intelligit, eſt uere anima cogitatiua, forma ſubſtantialis, dans eſſe ei, cuiuſmodi partem non ſolum hic intellexit Commentator, verum etiam 12. Metaphy. dicens forma hominis inquantum homo eſt intellectus, ideſt Anima cogitatiua. & ſic ſoluta eſt contradictio verborum Auerrois. ſi cœlum igitur eſſet intelligens per

Vide Auerr. 8 Phyſ. cõ. 27.

Com. 5.

Cõ. 38.

Digitized by Google

partẽ tunc fuiſſet ſimile homini corruptibili intelligẽti per partem,& ſic eius intellectus fuiſſet forma ſubſtantialis,& ſimiliter eſſet ſicut homo uiuens,& appetens, & mouens in loco ſcilicet per illam partem per quam intelligit.

Tex. 44. *Et uniuerſaliter quia declaratum eſt &c.*

Com. Infert quoddam Corollarium ex dictis, ſcilicet quod uniuerſaliter declaratum eſt actionem iſtius corporis eſſe æternam & infinitam, & declarabitur magis in ſequenti capite, formam eius non exiſtere per ſuum ſubiectum, ſicut formæ naturales exiſtunt,& ſuum ſubiectum eſſe ſimplex non compoſitum ex materia & forma,quoniam ſi eſſet compoſitum eſſet generabile & corruptibile.

Tex. 45. *Et quod dicunt incipientes Philoſophari &c.*

Com. Poſtquam Commentator ſoluerat obiectiones illas,quas ei aliqui circa prędicta poterant obiicere, nunc excludit errorem quorundam dicentium animas corporum cęleſtium,& ipſamet corpora acquirere æternitatẽ ab alio, ita quòd ſuapte natura ſint generabiles & corruptibiles. cuius opinionis primus fuit ex Secta Peripatetica Alexander Aphrodiſæus,& eum poſtea ſecutus fuit Auicenna,ut dicit Auctor 2. cœli 8. Phyſicor. & in Paraphraſi primi de cœlo iuxta finem. Sed miror de tantis uiris qualis fuit Alexander,& Auicenna quomodo in re clariori luce ita hallucinati fuerint? hoc ꝑfecto nõ dixiſſent, nec illi qui uel minima fragmenta Ariſtotelicæ doctrinæ attingũt. uelint enim nolint opinio eorum directe eſt contra doctrinam Ariſtotelis 1. cœli dicentis impoſſibile eſt & ſemper quidẽ aliquid eſſe, atque corruptibile, eſſe. Quid clarius? [& hoc manifeſtum eſt ei qui conſiderat fundamen

Cõ. 61. Cõ. 69. tex. co. 121.

ta

Digitized by Google

ta Ariſtotelis,] ideſt qui enim conſiderat fundamenta Ariſtotelis, manifeſtum eſt ei, quòd natura generabilis & corruptibilis non recipit æternitatem ab alio. Fundamenta autem Ariſtotelis ſunt quatuor. primum, quòd materia non poteſt denudari a potentia ſua defectiua. Secundum, nullum æternū corruptibile, nec generabile æternum 1. cœli. Tertium, quod non ſemper eſt non poteſt ſemper eſſe 1. cœli. Quartum, impoſſibile eſt aliquid eſſe æternum, & perpetuum, & ei ineſſe potentiam ad priuationem 1. cœli.

tex. co. 121. tex. co. 123. 124. tex. co. 119.

Declaratum eſt igitur ex hoc ſermone &c. Tex. 49. Com.

Omnia quæ in præcedentibus dixerat Commentator in hoc textu epilogat. [Declaratum eſt igitur ex hoc ſermone quæ ſit ſubſtantia cœli, & ſubſtantia quiditatis formę, & materiæ eius.] ideſt declaratum eſt manifeſtumque eſt ex ſermone præcedenti, quæ ſit ſubſtantia cœli, ut compoſiti, & ſubſtantia quiditatis formæ, & materiæ. Sequitur. [non tamen omnia quę diximus inuenimus ea declarata in libris qui peruenerunt ad nos ex uerbis Ariſtotelis,] ideſt non tamen omnia quæ diximus, & præcipue de dimenſionibus interminatis, & terminatis, inuenimus ea declarata in libris qui peruenerũt ad nos ex uerbis Ariſtotelis. & hoc quia Ariſtoteles multa uerba poſteris reliquit inuoluta, ut ingenia eorum circa difficilia magis exerceantur. [ſed aliqua eorum inuenimus in eis ab eo declarata & aliqua ſequuntur ex dictis eius,] ideſt ſed aliqua eorum quæ diximus inuenimus in eis ab eo declarata, & aliqua ſequi ex dictis eius. tempore enim Auerrois in idiomate Arabico opera Ariſtotelis erant corrupta. de his autem quæ nō declarauit; apparet tamen ex uer

bis

Digitized by Google

bis eius ea omnia declaraniſſe in libris qui nō peruenerunt ad Auerroem. [Vocatur igitur iſte tractatus ſermo de ſubſtātia Orbis; dignior enim eſt hoc nomine quàm libri.] liber enim uocatur illud quod eſt ſeparatum ab omnibus mentibus aliorum. ſermo autem non eſt liber, quia in ſermone recolligūtur omnia quę in aliis libris declarata ſunt. ſed quia in hoc ſermone recolliguntur omnia quæ Ariſtoteles in pluribus libris de ſubſtātia orbis declarauit, ideo dignior eſt hoc nomine quàm libri.

Tex. 42. Cap. 42. Com. *Perſcrutandum eſt igitur de natura corporis cœleſtis &c.*

Poſtquam Com. oſtendit, quæ ſit ſubſtantia cœli, & qualia ſint accidentia eius, & hoc quo ad principia componentia ipſum per cōparationem principiorum generabilium atq; corruptibilium, tanquam de re difficiliori per faciliora nobis, nunc in præſenti capite intendit oſtendere, quæ ſit ſubſtantia cœli, quo ad compoſitionem eius, & qualia ſint accidentia eius ſequentia compoſitum. [Perſcrutādum eſt igitur de natura corporis cœleſtis] Animaduertendum eſt, naturam corporum cœleſtium dupliciter conſiderari, uno modo quo ad continuationem & æternitatē motus eorum, hoc eſt illud quod

Cō. 15. ait Commentator 8. Phyſicorum, actiones naturales neceſſe eſt ut habeant continuationem, & æternitatem; ſed cœlum maxime habet continuationē in motu ſuo, ita quod ipſe ſit uere regularis inter ceteros motus: unde naturam hoc modo captam maxime de ipſo uerificari conſtat, altero modo natura corporum cœleſtium conſideratur quo ad actualitatem, & ſubſtantialitatem eorum, ita quòd actualitas ſubſtantialitaſque eorum ſit maxime natura cor

porum

Digitized by Google

porum cœleſtium. hoc modo autem conſiderando naturam eorum non ſumitur ex parte principii actiui, ſed tantum paſſiui; ita quòd naturalitas eorum non ſit forma, ſed tantum materia. ex quo uerificatur ſententia Alberti Magni 2. Phyſicorum dicentis, quòd motus cœli non eſt motus naturæ, ſed tantum intelligentiæ. quaſi dicat, quòd naturalitas corporum cœleſtium non ſumitur ex parte formæ, ut principij actiui, ſed tantum ex parte materiæ, ſcilicet principij paſsiui. Et cur ex parte principij paſsiui? quia actualitas ſubſtantialitasq; corporum cœleſtiũ ſumitur ex illa parte quæ ſit actuata ex ſe, cuiuſmodi eſt materia eorum, & non a forma aſsiſtente illis. ideo actualitas formalis corporum cœleſtium dignius eſt, ut habeatur ex parte materiæ eorum, quam ex parte formæ abſtractæ. modo ad propoſitum dico, quando dicit Commentator in hoc textu, quòd ſit perſcrutandum de natura corporis cœleſtis, non intelligere debes de natura primo modo dicta, in hoc enim capite non conſideratur continuatio, & ęternitas motus eius; ſed melius de natura ſecundo modo dicta. in præſenti enim conſideratur actualitas ſubſtantialitaſque cœli compoſiti ex parte principiorum eius. Et ſequitur, [& quid intelligunt cũ dicunt ipſum eſſe ſimplex & non compoſitum,] ideſt perſcrutandum eſt etiam quid intelligant dicentes corpus cœleſte eſſe ſimplex, & non compoſitum, & ipſum eſſe neque graue neque leue, ideſt non diſpoſitum per leuitatem aut grauitatem.

Dicamus igitur quomodo illud corpus &c.

Poſtquam Commentator propoſuit quibus de rebus ſit perſcrutaturus in hoc ſecundo capite, nunc tex. 48. Com.

hæc

hæc propoſita incipit perſcrutari, primo cœlum nõ eſſe compoſitum ex materia & forma, ſicut hæc generabilia & corruptibilia. [Dicamus igitur, quomodo illud corpus non componitur ex materia & forma ſicut generabilia & corruptibilia componuntur,] ideſt dicamus igitur primo non eodem modo illud corpus cœleſte compoſitum eſſe ex materia & forma, quemadmodum hæc entia inferiora generabilia componi uidentur. [nulla enim eſt potentia in eo omnino] notandum eſt, quod potẽtia in cœlo dupliciter conſideratur, uel ut in cœlo, vel vt extra cœlum. potentia autem primo modo conſiderata, non datur in cœlo niſi tantum in vbi, vt
Cõ.41. dicit Commentator 12. Metaphy. ſi enim in corpore cœleſti nulla potentia eſſet, tunc cœlũ non fuiſſet corpus, in quo enim non eſt potentia, illud neque corpus eſt, neque virtus in corpore, vt dicit
Cõ.41. Auctor 12. Metaphy. auctoritate Themiſtij. Potentiam autem conſiderando in cœlo, ut extra cœlum, non eſt potentia ibi ad vbi, nulla enim potentia abſtracta poteſt ſe habere ad aliqua accidentia materiæ immediatæ. Sequitur [omne enim in quo eſt potentia non eſt potentia niſi ad duo contradictoria, ſcilicet potentia, quæ eſt in ſubſtantia] hæc ratio eſt Ariſtotelis ductaque ab eo, 9. Metaphy. vbi
tex. co. 17. conatur probare potentiam non inueniri in aliquo ſempiterno. potentia enim omnis ſimul contradictionis eſt, ſcilicet potentia illa, quæ eſt natura priuati, & annexa priuationi, vt ait Auctor Deſtr. De-
Diſp.1. fol.6. dubii. ſtr. illa enim potentia quæ eſt ad eſſe, & non eſſe rei, dicit primo horum duorum aliquem modum priuationis. aliter enim res non fuiſſet in potentia horum duorum, niſi ſit hoc modo diſpoſita. modo

cum

Digitized by Google

cum in ſempiternis non detur aliquis modus priuationis, neceſſe eſt ut in eis non reperiatur potentia quæ ſit de natura priuati. Amplius præſupponitur nulliq; dubium eſt æterna ſeu ſempiterna ſemper eſſe. modo illud quod non hēt potentiā ut ſit, nō erit; quia nō eſt aliquid. & oē quod hēt potentiā poſſibile eſt, ut nō agat; ergo illud quod hēt potentiam: ut ſit; poſſibile eſt, ut ſit & nō ſit; & illud quod habet potentiā, ut ſit, poſſibile eſt, ut non ſit; & illud quod habet potentiam, ut non ſit, corrumpetur; ergo. Et animaduerte, quòd hæc propoſitio (potentia nō eſt niſi ad duo cōtradictoria) duplicem ſenſum poteſt habere, unum in quo, alterum ad quem. potentia autem illa quæ in termino in quo exiſtit, eſt eadem ad duo oppoſita, ut potentia ad ſanitatem & ægritudinem. ego enim idem ſum in potentia ad ægritudinem, & ad ſanitatem, cum ad ambas paſſiones habeam ſubiectam naturam. ex quo uerificatur non ſolum hæc ſententia Auctoris (potentia non eſt niſi &c.) uerum etiam. 9. Metaph. potentia ad ſanitatem & ægritudinem eſt eadem. potentia autem conſiderando eam ut ad terminum ad quem, nō eſt eadem ad duo contradictoria: aliter enim illi duo termini oppoſiti eſſent unum & idem. ex quo uerificatur ſententia Ariſtotelis 13. Phyſicorum quòd poſſe ægrotare, alterum eſt, namque ægrotare ac ualere idem eſſet. & quia ſcimus omnes, quod potentia materiæ eſt de eſſentia eius, ideò ad probandum cœlū nō eſſe compoſitum ex materia & forma, uerius medium non potuit eſſe in præſenti demonſtratione, quàm cœlum non habere potentiam. in quo enim non eſt potentia, ibi non eſt materia in potentia, & hoc eſt illud, quod ait Ariſtoteles 9. Metaphyſicę, po-

Vide hanc rationem apud Ariſt. 9. Metaph. tex. cō. 71.

Cō. 19.

tex. co. 10.

tex. co. 17.

Digitized by Google

tentia non inuenitur (ſupple quæ ſit differentia materiæ primæ) in aliquo ſempiterno. & Commentator ibi, potentia non inuenitur, niſi in generabilibus compoſitis ex materia & forma, hoc igitur eſt quod in hoc textu intendere uidetur Cõmentator.

tex. 49. *Et manifeſtum eſt etiã quòd forma qua mouetur &c.*

Com. In præſenti textu intendit etiam probare cœlũ non habere formam, quæ ſit in potentia materiæ, quemadmodum ſunt formæ elementorum. [& manifeſtum eſt etiam quòd forma qua mouetur non eſt generis formarum quatuor elementorum.] Animaduerte, dum Commentator intendit probare cœlum habere formam quę ſit de natura animæ, ex hoc medio quòd cęlum non ſit neque graue, neque leue, rectius non potuit facere, quàm primo excludere cœlum non habere formam elementorum; tũ quia elementorum forma dat eſſe graue, aut leue: tũ quia de natura omnium habentium animam non eſt quod motor, & motum ſit idem ſecundum ſpeciem, ut dicit Auctor 8. Phyſicorum & 4. cęli, quem-

Cõ. 30. Cõ. 22. admodum in elementis conſtat eſſe. manifeſtũ eſt igitur, formam qua cœlum mouetur non eſſe eiuſdem generis cum formis quatuor elementorum. Sequitur, [quoniam ſi eſſet aliquid generis illarũ, eſſet graue aut leue, & moueretur ex ſe per accidẽs: ut declaratum eſt in 8. Phyſicorum,] id eſt quoniam ſi cœlum eſſet aliquid generis illarum ſcilicet formarũ, elementorum, tunc cęlum eſſet uel graue, uel leue, forma enim in elementis dat eſſe graue aut leue; & moueretur ex ſe per accidens, quod repugnat for-

tex. cõ. 81. mis abſtractis a materia. ut oſtenſum eſt in 8. Phyſicorum. Animaduertenda ſunt hic nonnulla. conſiderantibus enim hunc textum Auerrois prima

fronte

fronte uideri poteſt quòd hic grauitas & leuitas ſit forma ſubſtantialis elementorum. cum enim uelit probare formam illam ſubſtantialem cœli non eſſe de natura elementorum, niſi hic accipiat elementorum formam, ut formam ſubſtantialem, uanum atque otioſum eius intentum eſſet, nec minime proportionabile, præcipue cum nulla alia forma moueatur ex ſe per accidens præter formam ſubſtantialem. Ad hoc dicendum eſt quòd ſecundum doctrinam Peripateticam elementum duplici intellectu conſiderari poteſt, uno, ut eſt tale ſubſtantialiter ſecundum ſuam ſpeciem; altero ut eſt tale accidentaliter ſecundum ſpeciem propriam accidentalem. primo autem intellectu conſiderando elementum, formam ſubſtantialem eius non eſſe grauitatē aut leuitatem ſecundum Commentatorem contra Alex. Aphro. 5. Phyſicorum & 8. Phyſ. conſtat. ſed Cō. 10. conſiderando elementum ſecundo modo, ut putà Cō. 5. ſecundū quod eſt mobile, & ſecundum quod ei mo Cō. 11. bilitas accidit ex parte grauitatis, uel leuitatis, grauitatéq. ac leuitatem eſſe formas accidētales elemētorū ualde cōſtat. Ex quo uerificatur ſnīa Auctoris 4. cæli dicentis q̃ lapis cōponitur ex grauitate, & ma Cō. 22. teria prima, ſupple ſecundum quòd lapis eſt mobilis. modo ad propoſitum dico, quòd obiectio illa ualeret ſi Commentator tantum hic probaſſet formā cœli eſſe de genere ſubſtantiæ. ueruntamen formā cœli eſſe de natura animæ hic pręcipue probare uidetur. nec ualet etiam illud quod dicūt nullam formam moueri ex ſe per accidens, præter formam ſubſtantialem. in quibus enim motor motumque differunt eſſentialiter, planè ualere cōſtat; minime autem in quibus motor & motum ſunt unum ſecun-

dum ſpeciem, quemadmodum in elementis mobilibus in quibus grauitas, vt motor & mota ex ſe per accidens reperitur.

tex. 50. *Remanet igitur ut natura eius ſit natura anima &c.*

Com. Concludit intentum ſuum, uidelicet formam corporum cœleſtium eſſe de natura animæ, ita quod eius natura repugnat formis elementorum.

tex. 51. *Sed quando nos inſpexerimus animalium quæ ſunt hic &c.*

Com. Poſtquam Commentator oſtendit, quòd forma corporum cœleſtium repugnat formis elementorum, quodque forma eorum ſit tantum de natura animę, Nunc proſequitur oſtendere, quomodo cœlum ſit compoſitum ex prædicta anima & ſubiecto, tanquam ex duabus naturis, comparando ipſum ad compoſitionem animalium ſub conuenientia atque differētia. Sed antequam deueniam ad expoſitionem huius textus, notandum eſt primo, quòd ſecundum doctrinam Peripateticam, differenter uidetur haberi motus naturalis, motus animalis, motus uiolentus, & motus non naturalis. motus autem naturalis diſtinguitur in tribus, primo in motu circulari, ut habetur apud Ariſtotelem primo cœli; ſecundo in motu recto; tertio in motu animalis, ut habetur 8. Phyſicorum. motus autem animalis in duobus diſtinguitur, in motu circulari, & in motu progreſsiuo; ſimiliter motus uiolentus diſtinguitur in motu grauium ad ſuperius, & in leuium ad inferius; ultimo autem motus non naturalis in motu animatorum ad ſuperius: & quia motus naturalis eſt cuius principiū eſt natura in quantum natura non eſt poſſibilis aliter ſe habere; propter id motus rectus cuius principium eſt natura

tex. co. 18. tex. co. 27.

aliter

aliter non potens ſe habere, uere naturalis appellatur: Anima autem animalis cum ſit forma ſui corporis naturaliter, ideo neceſſe eſt etiam ut motus eius à ſua forma animante ſit naturaliter. unde nota, quod motus naturalis naturaliter dictus, & motus non naturalis, ſed naturaliter dictus differre uidentur iuxta doctrinam Auerrois. primo enim modo motus recti dicuntur naturales naturaliter dicti; ſecundo autem modo motus animalium licet non ſint naturales, tamen naturaliter ſunt dicti, ſecundum quòd anima animalis forma eſt naturaliter informatiua ſui corporis, unde motus animalium naturaliter dictus non ſit à principio, cuius naturam non contigit aliter ſe habere, ſcilicet in mouendo: in potentiis enim hoc rationabilibus implicat: ſed tantum ſit a principio, cuius natura eſt neceſſario informatiua coporis moti; ideo eſt naturaliter dictus quo ad informationem ſubiecti motus, minime autem quo ad motionem neceſſariam. motus autem iſte animalium in duobus diſtinguitur, ut diximus, in motu ſcilicet circulari, & in motu progreſſiuo, & hoc, quia cum anima noſtra ſit de natura neque grauium, neque leuium (addita enim eſt formis elementorum) propter id, magis proprius eſt ei motus circularis, quam alius motus, cū circulariter moueri ſit proprie eorum quæ non participant duobus elemētis, ſcilicet graui, & leui, ideo motus circularis uere motus animalis appellari uidetur, motus autem animalis progreſſiuus eſt motus medius inter grauia & leuia, & non grauia neque leuia, ipſa enim inquantum talis nō ſit neque ad ſuperius, neque ad inferius, neque continue ab eodem in idem. & ideo cum anima noſtra habeat

ſubiectum

Digitized by Google

ſubiectum corpus prædominatum elemẽto graui, cõuenientius ei fuit ab ipſa natura habere motum medium inter circularia, rectaque, qui motus progreſſiuus corporis appellatur, non inquantum corpus, ipſum enim eſt elementatum: ſed animæ in quantum eſt anima in tali corpore, & non in quantum eſt anima ſimpliciter, proprium enim eſt eius circulariter moueri. motus autem corporum animatorum, dum mouentur ſurſum contra naturam prędominãtis elementi quod eſt graue, eſt motus non naturalis, quia ſubiecto eorum natura inſitum eſt deſcendere, non tamen eſt uiolentus, quia tale corpus animatum habet motorem intrinſecum, cui nõ repugnat naturaliter mouere corpus animatum, ſiue deorſum, ſiue ſurſum; ideoque quia motus corporis ſurſum repugnat motui animæ, accidit labor atque feſſitudo in motibus noſtris; pars enim grauis in corporibus noſtris repugnat motui animæ, ut dicit Auctor 2. cœli, non quòd animæ noſtrę magis ſit inſitũ mouere corpus ſurſum quàm deorſum, non enim eſt compoſita ex elemento graui aut leui, ut dicit Ariſtoteles 2. de generat. & corrup. ſed quia illi inſitũ eſt mouere corpus æqualiter, tam in ſurſum, quam deorſum, id quod repugnat corpori in quantum corpus. ¶ Sed quando nos inſpexerimus animalia quæ ſunt hic, inuenimus duo principia motuum duorum, quorum alterum principiũ motus recti, ſcilicet motus ad inferius uel ad ſuperius, & ſecundum eſt principium motus localis proceſſiui] Poſtquam oſtendit formam corporum cœleſtiũ eſſe de natura animæ, nunc incipit comparare compoſitionem cœli ex tali anima compoſitioni animalium inferiorum. ſed quando igitur nos inſpexerimus

(margin: com. 3.; tex. co. 45.)

mus

Digitized by Google

mus animalia mouentia quæ ſunt hic, inuenimus, duo principia duorum motuum in eis, unum quod eſt anima mouens corpus naturaliter progreſſiue, aliud elementum prædominans in corpore moto, quod ſit principium motus recti. Sequitur, [& inuenimus motum iſtum eſſe contrarium motui declinationis eſſentialis qui eſt in eo.] Animaduertendum eſt motum proceſſiuum animalium in recto non eſſe uere contrarium motui perpendiculari deorſum, aliter enim uni plura contraria poſſent eſſe; quod eſt contra canonem Philoſophiæ. ſed quando ait, quod inuenimus motum iſtum proceſſiuum eſſe contrarium motui declinationis eſſentialis, qui eſt in eo, ſcilicet in corpore animalis deorſum ex prædominante elemento, intelligit motum animalium ſurſum progredientium eſſe contrarium motui eſſentiali corporis in quantum ſit elementatum grauitate. Sequitur, [& ideo accidit ei laſſitudo & cogitur ad quietem,] idest & ideo accidit ei fatigatio ſeu labor, & cogitur ad quietem. cauſa enim fatigationis in animalibus eſt, quia in eis eſt principiū motus contrarium motui animæ, & pars grauis in eis. hoc enim mouet nos multum ad contrariam partem illi qua intendimus moueri ex anima noſtra. quapropter accidit nobis labor & fatigatio. Sequitur, [unde neceſſe eſt ut principium motus cœleſtis corporis ſit generis animę tātum, & quòd motus quem habet circulariter ſit proprie animæ ſecūdum quòd anima,] idest poſtquam de natura animæ æqualiter eſt mouere ſuapte natura, tam ſurſum quam deorſum, ex hoc quia anima caret elemento grauitatis leuitatiſq. neceſſe eſt quod principium motus cœleſtis corporis ſit generis animæ tā- Vide 2. cœli com. 5.

tum

tum, & maxime cum principium eius ſit de natura mouentium, quorum natura in nullam partem declinat. ideſt quemadmodum anima noſtra non eſt apta magis mouere corpus graue ſurſum quàm deorſum, ita illud principium corporis cœleſtis non eſt magis aptum mouere illud corpus ſurſum quàm deorſum. caret enim grauitate atque leuitate. ideo neceſſe eſt quòd ille motus circularis cauſatus ab illo principio ſit proprie animæ, ipſa enim in quantum eſt anima innata eſt mouere tali motu, qui nõ ſit magis de natura declinantium ad unam partem quàm ad aliam. Et animaduerte Commentatorem nõ dixiſſe à caſu quod iſte motus ſit proprie animæ & non proprius animæ, animam enim noſtram ſecũdum ſe ex doctrina Philoſophi nullo motu contingit moueri ſiue circulari ſiue recto, omne enim quòd per ſe mouetur eſt corpus, ut dicit Ariſtot. 2.
tex.co. 52. Phyſicorum.

Tex.52. Com. *Et cum ita ſit, ſequitur quòd illa natura ſit &c.*

Oſtendit illud quod ſequitur ex prædictis, uidelicet, q illa natura ſit q facit ipſum corpus cœleſte eſſe neq; graue neq; leue, & moueri circulariter. Tamẽ animaduertendũ eſt primo, quod ad motionẽ circularem contingit primo quod illud corpus mobile ſit, neque graue neque leue, quia corporib. circularibus ſecundum quòd tali figura perfecta ſint diſpoſita, non contingit mutare locum ſecundum totum ſubiectum, ita ſcilicet quòd modo ſit in uno loco, modo ſequatur in alio ad modum grauium & leuium, aliter enim illud corpus circulare non haberet proprium motum, quod ei à natura conueniat, imo haberet aliquam declinationem naturalẽ motam, ſi poſſibile ſit corpus circulare mutare locũ

in

in quantum circulare ſecundum ſubiectum. unde neceſſe eſt quod tale corpus ſemper motum in eodem,& ab eodem in idem ſit primo neque graue neque leue. itaque habemus duo iuxta doctrinam Philoſophi, unum quod cœlum cum ſit corpus perfectum neceſſariò fuit figuratum tali figura, quæ inter omnes alias ſit perfectior: alterum, quòd cum corpus tale ſit neque graue neque leue, neceſſario fuit ad diſpoſitionem huiuſmodi habitam corpus tale figurari tali figura, quæ ſit de natura nō habentium declinationem motam ab uno in alio, niſi tantum ab eodem ſemper in idem. itaque à primo ad ultimum contigit, quòd ad motionem circularem corporum naturaliter circularium, ſit primo neque grauis neque leuis: quod cum reſpexit Commentator, præpoſuit in præſenti textu hanc particulam, ipſum corpus eſſe neque graue neque leue, huic particulæ,& moueri circulariter. Modo accedamus ad expoſitionem textus,[Et cum ita ſit ſequitur quòd illa natura ſit quæ facit ipſum eſſe corpus neque graue neque leue, & moueri circulariter,] Animaduertendum eſt hic, quòd anima corporum cœleſtium non facit uere corpus cœleſte eſſe neque graue neque leue, ita ſcilicet quod illud corpus non ſit neque graue neque leue ſuapte natura, ſed tantum ab alio. ſequeretur enim, quod ex ſe eſſet graue & leue, quod implicat eſſe ſimul in uno ſubiecto. ſed intelligitur hoc, quòd ad motionem circularē corporis cœleſtis oportet tale corpus perfici natura neque graui neque leui, hoc modo facit illa anima corpus cœleſte eſſe neque graue neque leue, & moueri circulariter, quia cum motus ille circularis corporum cœleſtium ſit propriẹ animæ in quā-

Digitized by Google

tum anima, neceſſe eſt ad motionem hoc modo captã, corpus illud non eſſe neque graue neque leue.

Tex. 53. Com. *Et animali quod eſt hic contingit non moueri circulariter &c.*

Remouet hic tacitam obiectionem, qua ei aliquis occurrere poteſt, uidelicet, ſi proprię animæ accidit mouere circulariter, quare animalia inferiora habentia animam non mouentur cicularitert? [& animali quod eſt hic contigit non moueri circulariter, niſi quia eius anima conſtituitur per corpus, quod mouetur motu recto, & ſic opponitur declinatio hic,] ideſt & animalia quæ ſunt hic non mouentur circulariter, quia anima in iſtis animalibus conſtituitur per corpus, quod mouetur motu recto ab alio motore repugnante motui animæ, & corpori eſſe circulare, ideſt circulariter moueri. Sed tamen ad hoc aliquis obiicere poteſt, quòd corpus cœleſte non contigit moueri circulariter ex hoc, quia anima eius non ſit conſtituta per corpus, aliter enim corpus cœleſte non moueretur circulariter, niſi tantum ex parte animæ, & non ex eo quod ſit figuratum forma circulari. ita etiam poteſt obiici de corpore humano, in cuius eſſe anima conſtituitur, ipſi enim non contigit mouere circulariter illud corpus ſi fuiſſet figuratum circulariter, & hoc, quia conſtituitur per corpus ſimpliciter. Ad quod reſpondeo, ponendo primò diſtinctionem de corpore circulari. corpus enim circulare dupliciter cõſiderari poteſt, uno modo ſecundum quòd corpus illud non habet alium motorem ex parte corporis, præter aĩam mouentẽ: Altero modo cõſideratur corpus tale ſecundũ quod contigit habere alium motorẽ pręter illud quod eſt anima. conſiderando igitur

corpus

corpus circulare primo modo, illud corpus mouetur circulariter ex hoc, quia formã circularẽ ſortitũ eſt ex parte animę mouẽtis, per quã motus cauſari poſſet ſemper ab eodem in idem. unde planè conſtat corpus illud factum eſſe a natura circulariter ex parte aĩæ mouentis in æternum, quæ nõ poſſet mouere æternaliter niſi eſſet abſtracta omnino à materia. ergo a primo ad ultimum corpus cœleſte non habens alium motorem præter animam neceſſario figuratur tali figura ex parte animę, quæ mouet ęternaliter, & non moueret æternaliter, niſi fuiſſet abſtracta: ergo corpus cœleſte mouetur circulariter ex eo quia eius anima omnino ſit abſtracta a corpore. ex quo uerificatur ſentẽtia Auctoris primo cœli & cõ.73. 4. Phyſicorum dicentis quòd diuerſitas formarũ eſt c6.36. cauſa diuerſitatis quantitatum. & magnitudinum recipientium formas. Corpus autem conſiderando ſecundo modo, non contingit eſſe circulare ex parte animæ. talis enim anima conſtituitur per tale corpus, & alium etiam motorẽ præter eam, ſcilicet grauitatem repugnantem motui animæ, ſortitur, ſcimusſque circulationem corporum mobilium non eſſe propter aliud, quam propter moueri ſemper ab eodem in idem: ideo neceſſe eſt corpus hoc circulare, quod contigit habere alium motorem mouentẽ illud in recto repugnãtemque motui eius non eſſe aptum natũ propter id circulariter moueri, tũ quia habet alium motorem quo mouętur in recto, tum quia iſte motor repugnat motui animæ conſtitutæ per mobile illius motoris. itaque a primo ad vltimũ anima conſtituta per corpus, & non per corpus niſi quod mouetur motu rectũ repugnante declinationi animę, non poteſt mouere corpus circulariter. &

Digitized by Google

ſic corpus circulare in iſtis animalibus non datur
cō. 13. ex parte animę. anima enim eſt quæ facit membra animalium differre, ut dicit Auctor 1. de Anima.

tex. 14. com. *Sed quia anima quæ eſt in corpore cœleſti &c.*

Præſens tex. non indiget alia expoſitione p̄ter illā quam attulimus in exponendo ſuperiorē textū.

Natura igitur iſtius corporis &c.

tex. 55. Com. Poſtquam Com. declarauerat in ſuperioribus naturam corporis cœleſtis eſſe naturā animæ, ſub differentia inferiorū animaliū natura animantiū; nunc incipit oſtendere, atq; perſcrutari, naturā corporis cœleſtis ex parte corporis, ſub differētia naturæ animæ, & corporis cœli, & animæ corporiſque animalium inferiorum diuiſim. Tamen animaduertendum eſt primo ne aliquis me ex hoc textu contrarium eſſe Auctori exiſtimet. in ſuperioribus enim diximus Com. 47. quòd naturalitas corporum cœleſtium ſumitur ex parte principii paſsiui, quod materiam eſſe aſsignauimus, & non ex parte principii actiui, quod nil aliud creditur eſſe quàm forma, quę quidem opinio pręſenti textu directe contraria uidetur eſſe: natura enim iſtius corporis non eſt, niſi natura animæ mouentis in loco: itaque naturalitas corporum cœleſtium ſumitur ex parte animæ, tanquam ex parte formæ eorū. Quid igitur ad hoc reſpondeo, naturam corporis cœleſtis duplici intellectu conſiderari, uel naturam a qua corpus cœleſte dicitur naturale per ſubſtantialitatem, actualitatēque tributam corpori ab illa natura, & hoc eſt materia corporum cœleſtium, uere natura eorum, ab ea enim ſumitur actualitas ſubſtantialitasque in eis, hoc modo conſiderando naturam corporum cœleſtium, naturalitas eorum materia tanquam principium paſsiuum eſt: conſiderando autem naturam

turam

turam corporum cœleſtium à qua corpus cœleſte naturale dicitur per operationem accidẽtalem, uera naturalitas eorum non ſumitur ex parte iſtius principii actiui; corpora enim cœleſtia non habent aliud ab hoc principio, niſi tantum accidentia, poſſibilia ex ſe neceſſariaque ab illo, quæ quidem accidentia nullam actualitatem, nullamque ſubſtantialitatem præbent corporibus cœleſtibus, niſi tantũ modum accidentalem, & ſic naturalitas altero modo capta non eſt ab hoc principio actiuo corporũ cœleſtium, cauſa enim eſt abſtractio eius naturalis a ſubiectis mobilibus, ſed tantum primo modo dicta. ad quod reſpiciens Commentator in hoc textu, non dixit tantum, quod natura corporis cœleſtis ſit natura animę, ſed mouentis in loco: ac ſi dixiſſet ꝙ natura iſta corporis cęleſtis, ſit ſecundũ ꝙ eſt mouens hoc corpus in loco. & ſic ſoluta eſt dubitatio. Modo ſequitur Commẽtator. [ſed quia natura corporis eſt alia a natura animæ, quia eſt compoſitum ſine dubio ex mouente & moto, & neceſſe eſt mouens & motum eſſe diuerſa,] Notandum eſt naturã corporis cęleſtis dupliciter ſumi, uno modo ex parte mota, alio modo ex parte mouẽte. modo accipiẽdo naturã corporis cœleſtis ex parte mouẽte, natura eius eſt natura propria aĩæ mouentis in loco: accipiẽdo aũt naturã corporis cœleſtis ex parte mota, natura corporis eſt alia a natura animæ, ꝗa mouẽs & motum ſunt diuerſa. Sequitur [quia eſt compoſitum ſine dubio ex mouente & moto, & neceſſe eſt mouens & motum eſſe diuerſa.] Hæc ratio dubia uidetur. corpus enim cœleſte in quantum corpus nõ eſt compoſitum ex mouente & moto, corpus enim illud motum eſt, parſque compoſiti, ideo non ualet

naturam

naturam corporis eſſe aliam a natura animæ, ex
hoc quia compoſitum eſt ex mouente & moto, tan
quam ex duob. principiis diuerſis. Soluitur, quòd
hic Commentator non intelligit corpus cœleſte cō
poſitum eſſe ex mouēte & moto. purus enim error
eſſet ut uides; ſed intelligit, quòd ita corpus cœleſte
& anima eius ſit conſtituta, quemadmodum com-
poſitum ex mouente & moto, cuius mouens ut ani
ma & motum ut corpus extat, ſed mouens & mo-
tum ſunt diuerſa, ergo neceſſe eſt, quod natura cor
poris moti ſit aliā à natura animæ ut mouentis.
Et ſequitur, [neceſſe eſt conſiderare de natura illius
corporis.] id eſt neceſſe eſt igitur conſiderare de natu
ra illius corporis inquantum corpus.

Tex. 56. *Et quia declaratum eſt hoc corpus eſſe ingenerabile
& incorruptibile &c.*

Com. Aggreditur Commentator oſtendere ea quæ ſe-
quuntur ex natura corporis, [Et quia declaratum
eſt hoc corpus eſſe ingenerabile & incorruptibile,
apparet quòd eſt neceſſe, ut ſit corpus ſimplex & nō
compoſitum ex materia & forma,] id eſt & quia de-
claratum eſt hoc corpus in quantum corpus ſuapte
natura (a nullo ingenerationem atque incorruptio
nem acquirens) ingenerabile atque incorruptibile
eſſe, neceſſe eſt hoc corpus eſſe ſimplex, non compo
ſitum ex materia & forma. materia enim & forma
ſunt cauſa generationis & corruptionis, [& quia eſt
indiuiduum demonſtratum & ens demonſtratum
in actu,] Notādum eſt hic, quod corpus cœleſte dif-
ferenter dicitur indiuiduum demōſtratum, & ens
demonſtratum. dicitur corpus cœleſte indiuiduū
demonſtratum, quia habet naturam ſingularem ex
parte materiæ, cuius cauſa corpus illud dicitur in-

diui-

Digitized by Google

diuiduatum. corpus enim cœleſte ſæpe ſumitur ut materia corporis cęleſtis quemadmodum in ſexto Phyſicorum cõtra Gregorium de Arimino & Burleum accipitur, dicitur autem corpus cęleſte ens demonſtratum in actu ex hoc, quia corpus illud non habet formã qua redditur in actu, ita quod ſuapte natura ſit in potentia, & per formam illam ad actũ reductũ. Sequitur [& habens unã figurã in actu,] .i. & hoc corpus ex parte corporis eſt, habens unam figuram in actu, quæ circularis eſt, propriæ enim figura circularis eſt figura una ſingularisque, non multiplicabilis in multas partes circulares: & quemadmodum corpus cœleſte eſſe indiuiduum, & ens in actu aſſignat ſubſtantiam propriã corporis cœleſtis, ita forma circularis aſſignat proprium accidẽs corporis in quantum corpus. licet enim motus ſit accidens proprium corporis, diuerſum tamen eſt à circulatione, quia motus eſt in corpore, circulatio autem non ſolum in corpore, uerum etiam ex natura corporis in quantum corpus inſurgit, [& omnia iſta ſunt in corpore propter materiã & ſunt in materia propter formam,] ideſt & omnia iſta quæ diximus ſunt in corpore ꝑꝑ materiã, & in materia propter formam, omnia enim ſunt attributa in corporibus cœleſtibus ut entia poſſibilia, & in omnibus entibus deueniendum eſt ad aliquid, per quod habeant neceſſitatem & entitatem, quemadmodum hæc in corporibus cœleſtibus a forma haberi conſtat: propter quam ſunt ordinata, ideo recte ait Cõmentator, quòd omnia iſta ſunt in corpore propter materiam, corpus enim propinquius eſt materiæ. dimẽſiones enim eis ſituantur in materia tanquã in proprio ſubiecto, & ſunt in materia propter formam.

Cõ.78.

Digitized by Google

mam. materia enim & omnia accidentia ſequentia eam perficiuntur a forma. Et nota quòd aliquid eſſe in aliquo propter aliud poteſt dupliciter haberi. uno modo, quod ille terminus, qui propter aliquid dicitur eſſe, ſit finis non finalis, illius quod eſt in aliquo propter illum: altero modo, quòd ille terminus qui propter aliquid conſtituitur, ſit finis finalis illius, quod eſt in aliquo propter illum. & quia propter aliquid eſſe primo modo dicitur finis non finalis, quia non eſt intentiarius illius cuius eſt, nec ab eo præordinatus ad eum ſit poſsibile reduci in eſſe. ſed illud ordinatum intentumque eſt propter iſtũ finem, quia iſte finis propinquior eſt ad illum finẽ ſecundario dictum, quàm illud pręordinatum finis non finalis dicti, ad finem finalem dictum, unde dicitur propter iſtum finem primo modo dictũ, quia ab ipſo ultimo, quod eſt ſecundo modo dictum acquirit terminum entitatiuum & finalem uerius terminantẽ illum finem non finaliter dictum, quàm illud quod ſit propter illum finem non finaliter dictum. modo ad propoſitum, materia in corporibus cœleſtibus eſt finis non finaliter dictus, omnium rerum ſe habentium in corpore cœlęſti; finis autem finaliter dictus, eſt forma illa abſtracta corporis cœleſtis quæ propinquior eſt fini primo modo dicto, quam rei præordinatæ ad eum; ideo illud quod præordinatum eſt ad finem finaliter dictũ ordinatius eſt ad illud, cui ille finis ſit propinquior, quàm ad illud à quo remotior ſit: propter id igitur ait Commentator, omnia iſta eſſe in corpore propter materiam, tanquam propter cauſam finalem non finaliter dictam, & ſunt in materia propter formam, tanquam propter cauſam finalem finaliter nuncupatam

cupatam. Remanet hic dubium, utrum illum, quod eſt in corpore propter materiam, ſit ita propinquũ materiæ, ſicut illud quod in materia eſt propter formam, uel non. Hoc dubium duplicem ſenſum contingit habere, uel quòd illud quod eſt in corpore propter materiam ſit illud in materia propter formam: uel quod illud quod eſt in corpore propter materiam, ſit aliud ab eo quod eſt in materia propter formam: modo quo ad primum, poſita tamen primo diſtinctione ſcilicet, uel quod illud quod eſt in corpore propter materiam ſit in materia ſicut in corpore, uel tantum ratione finis ſit in materia, uel ratione ſubiecti: ſi primum, dico, quòd non ualet illud quod eſt in corpore propter materiã ſit ita propinquum ei ſicut in materia propter formam. hoc patet ratione, ſicut enim ſe habet corpus ad materiam, ita non ſe habet materia ad formam, & præcipue in ſuperioribus, in quibus ea quæ ſunt in materia, ut in corpore, non habent actualitatem aut ſubſtantialitatem à forma ſicut à materia haberi uidentur. ſi autem quo ad ſecundum, ſcilicet, quòd ſit in corpore propter materiam, & in materia ratione finis, uel ſit in ea ratione finis finaliter dicti, uel ratione finis non finaliter dicti: ſi primũ, dico quòd illud ita eſt propinquum materiæ ſicuti in materia propinquum formæ. hoc patet. non fuiſſet enim propinquum materiæ, niſi ratione illius finis finaliter dicti, qui forma eſt. ſi autem quo ad ſecundum, ſcilicet, quod ſit in corpore propter materiam ratione finis non finaliter dicti, dico quod illud non eſt ita propinquum materiæ ſicut in ea propinquum formæ. hoc patet. ſicut enim differunt adinuicem finis finaliter dictus, & finis non finaliter dictus, ita

ſimiliter differunt res præordinatæ ad eos, ſi autem illud quod eſt in corpore propter materiam, in materiaque propter formam ſit ita in ea, ut in ſubiecto: dico, quòd illud ita eſt propinquum materiæ, ſicut in materia propinquum formæ. materia enim eſt propinqua formæ: ergo illud quod eſt in materia, ut in ſubiecto, ſi propinquum materiæ ſit, erit etiam propinquum formæ. Vltimo autem, ſi illud quod in corpore eſt propter materiam ſit aliud ab eo, quod eſt in ea propter formam, dico quòd non ualet, omne illud quod eſt in corpore propter materiam ſit ita propinquum materiæ, ſicut illud quod eſt in ea propinquum formæ, quia aliqua ſunt in corpore quæ maiorem connexionem habent cum materia, quàm materia cum forma, maxime ſi illa non indiget forma informante. itaque illud quod eſt in corpore propter materiam, non eſt ita propinquum materiæ, ſicut illud quod in materia conſtituitur propinquum formæ; ex his igitur, ſaluo meliori iudicio, patet ſolutio quæſtionis inductæ. Modo accedamus ad ea quæ ſequuntur. [neceſſe eſt ut hoc corpus cœleſte ſit materia animalium cœleſtium,] id eſt, & cùm ita ſit, ſcilicet omnia iſta eſſe in corpore propter materiam, in materiaque propter formam, neceſſe eſt, ut hoc corpus cœleſte ſuapte natura ſit materia, uel ſubiectum animalium: omnia enim iſta ſunt in materia cœli animalia cœleſtia. Et nota quòd intelligentiæ ideo dicuntur animalia cœleſtia, quia ut animæ primo dicunt totalitatem, & adæquationem animalis, ex ſuſceptiuo enim, & ipſa prædicatur denominatiuum ſiue concretũ formæ per ſe primo ſpecialiter, ut dicit Scotus. Sequitur [quæ mouentur circulariter ex ſe & ut

Quæſt. 3. quolib. 3. artic. 3.

ſit

ſit perfectius certis modis materiæ,] ideſt quæ corpora cœleſtia mouentur circulariter ex ſe. propriū enim eſt animatorum moueri ex ſe,ut dicit Ariſtoteles 8. Phyſicorum, & iſtud corpus cœleſte eſt perfectius cęteris modis materiæ, quod probat[& hoc quia non eſt in eo de potentijs niſi potentia in loco,] ideſt ideo corpus cœleſte perfectius eſt cæteris modis materiæ,quia non eſt in eo de potentiis materiæ, niſi tantum potentia nobiliſſima ſecundum Ariſt. in octauo Phyſicorum, quæ eſt in loco, & de motibus habet nobiliorem motum ſcilicet circularem, quemadmodum nobiliſſimam perfectiſſimam que figuram. Tex. 8. 24.

Et quia declaratum eſt de formis cœleſtibus &c. tex. 57. Com.

Poſtquam Commentator oſtenderat differentiam inter animam,& corpus cœli notificando naturam diſtinctam amborum, nunc incipit oſtendere differentiam animam cœli, & animam animaliū inferiorum.[Et quia declaratum eſt de formis cœleſtibus ipſas non habere conſtitutionem per corpora cœleſtia] Verba huiuſmodi dicta multoties declarata ſunt in ſuperioribus, ideo alia expoſitione non indigent. Sequitur[nā ſi haberent, tunc mouerentur ex ſe per accidens, & indigerent moto ex ſe primo eſſentialiter,] ideſt, nam ſi haberent conſtitutionem per corpora, tunc formæ corporum cœleſtium mouerentur ex ſe per accidens, ſcilicet mouendo corpus, indigerentque moto ex ſe primo eſſentialiter, quod declarant [declaratum eſt enim in octauo Phyſicorum, quòd mota ex ſe quæ ſunt hic una eſſentia in ſpecie reducuntur neceſſario ad motum eſſentialiter & mouens, & quod ſit compoſitum ex uno mouente & uno moto primo,] ideſt, ſi

P 2 formæ

Digitized by Google

formæ corporum cœleſtium mouerentur ex ſe per accidens, indigerent moto ex ſe primo eſſentialiter & mouente primo eſſentialiter. declaratũ eſt enim ab Ariſt. 8. Phyſicorum, quòd mota ex ſe quæ ſunt hic una eſſentia in ſpecie ex mouente ſcilicet & moto, reducuntur neceſſario ad motum eſſentialiter, & mouens quod non ſit motum per accidens, quod que ſit tale motum eſſentialiter cõpoſitum ex uno mouente & uno moto primo. Ad hoc enim animaduerte, quod intelligentiæ licet ſint abſtractæ, nonque conſtitutæ per corpora cœleſtia, tamen nõ indigent moto ex ſe primo eſſentialiter & mouente ſimiliter primo, quia hic conditionaliter loquitur Commentator, ſcimuſque etiam, quod quælibet intelligentia ſortita eſt ſibi motum ſeu mobile ex ſe primo eſſentialiter motum, & quilibet orbis aſſociat ſibi mouens primum eſſentialiter non motum, ita quòd quemadmodum illud mobile primũ, primumque mouens, quod præter Deum Benedictum abſtractum ſit à ſubiecto, ita quælibet intelligentia inferiorum orbium neceſſe eſt, quòd ſit abſtracta a ſuo ſubiecto. omnes enim ſunt eſſentię per ſe exiſtentes non diuiſibiles ad diuiſionem materiæ: ita etiam ſubiecta eorum neceſſe eſt eſſe ex ſe primo eſſentialiter. quod patet per Commentatorem in ſuperiori textu, ubi ait (quæ corpora mouentur circulariter ex ſe) itaque intelligentiæ ſi mouerentur ex ſe per accidens tantum, primum mouens in ordine mouentium fuiſſet abſtractum a materia; unde remaneret, ipſum ſolum eſſe æternum & primum motum quod eſt abſurdum in uia Peripatetica. conſtat igitur formas corporum cœleſtium non conſtitutas eſſe per ſubiecta, per modum for-

Tex. com. 37.

marum

marum inferiorum. Sequitur [& quòd illud mouens non ſit potentia omnino in corpore.] id eſt & quòd ille motor cauſans primum motum non ſit potentia in corpore, ita quòd conſtituatur per ſubiectum omnino. hoc eſt illud quod ait in 8. Auctor 8. Phyſicorum, primum mouens eſt a potentia omnino, & in nulla exiſtit materia. igitur iuxta doctrinam philoſophi non ſolum oportet primum mouens eſſe mouens eſſentialiter, uerum etiam, quòd non ſit innatum moueri per accidens omnino. Sequitur [uidetur quòd formæ corporum cœleſtium & maxime illa forma ultimi continẽtis ſit quodam modo anima, ſcilicet propter appetitum exiſtẽtem in eo, & propter mouere ſit quodammodo intellectus,] id eſt unde uidetur quòd formæ corporum cœleſtiũ, & maxime illa forma ultimi corporis ſit quodammodo anima. Et Nota. ly, quodammodo, quia anima uniuerſaliter capta æquiuoce dicitur. anima enim in quantum anima, eſt actus corporis & eſt diuiſibilis ad diuiſionem corporis. Amplius Nota, quòd illa forma ultimi continentis, quia eſt propinquior Deo Benedicto quam inferiores intelligentiæ, ſecundum ueritatem & entitatem, ut habetur 4. Methaphy. & 2. cœli, ideo maiori appetitu mouendi afficitur. quanto enim forma in entibus naturalibus intellectu participantibus, habet uerius & melius eſſe, tanto magis nititur mouere propter illud principium ultimum deſiderabile: & quanto eſt uilior, tanto minus conatur moueri, immo magis declinat ad turpedinem. Amplius Nota, quòd anima & intellectus in iſtis inferioribus realiter differre uidentur per Ariſtotelem primo de anima, quemadmodum in entibus ſuperioribus tantum

co. 78. 79.

tex. co. 18. tex. co. 66.

tex. co. 82.

ratione

ratione, ideſt ſecundum quòd habent diuerſos conceptus operandi. dicitur enim anima illa intelligentia orbis propter appetitum exiſtentem in eo; & hoc maxime, quia appetitus animalis eſt paſſio potētiæ qua redditur animal primo & per ſe animatum. ergo appetitus ille animalium ſuperiorum eſt proprius animæ. dico quod non eſt paſſio potentiæ intellectiuæ. intellectus enim ex propria ratione non eſt innatus animalia reddere animata, niſi tantum animata reddere intelligibilia ſecundum propriam ſpeciem: ut autem anima corporum cœleſtium conſtituit animalia cœleſtia eſſe intelligibilia, anima illa appellatur intellectus. & quia appetitus nō poteſt mouere animal ad aliquod obiectum: niſi prius cognoſcatur illud obiectum, nihil enim eſt uolitum niſi cognitum, ut ait Diuus Auguſtinus; ideo intellectus datus eſt primo ad cognitionem obiecti; propter quod ratione primi cogniti mouet animal ad obiectum deſideratum, hoc eſt illud quod ait Commentator, quòd propter mouere ſit quodammodo intellectus. & quare quodammodo? intellectus enim in quantum intellectus intelligit per phantaſmata, ut dicit Ariſt. 3. de anima, intelligentię autem quia ſunt intellectus non intelligentes per phantaſmata merito dicuntur ſaluo meliori iudicio, quodammodo intellectus. Sequitur [& ſit forma ſimpliciter per quam animal cœleſte componitur ex uno moto,] ideſt & hoc forma ultimi continentis eſt forma ſimpliciter, per quam animal cœleſte componitur ex uno mouente & uno moto.

tex. co. 30.

E contrario de animalibus quæ ſunt hic &c.

Com. Tex. 58. Declarat Commentator differentiam inter animam

mam

mam animalium cęleſtium, & animam animalium inferiorum, quia dictum eſt, quòd anima cœleſtis eſt forma ſimplex non in materia omnino, per quã animal cœleſte componitur ex uno mouente & uno moto, nunc oſtendit, atque declarat hæc omnia differenter, atque è conuerſo reperiri in animalibus inferioribus, ipſa enim non ſunt compoſita ſimpliciter ex uno mouente, ſed ex pluribus, ſcilicet ex anima, & re deſiderata extrinſecus; ideo motus inuenitur compoſitus in eis nõ ſimplex ex uno mouente & uno moto. Sed Notanda ſunt hic aliqua, quomodo Deus Benedictus non ſit aliquod mouens extrinſecus intelligentiarum mouentium & quomodo ſit, ipſe enim eſt uere finis extra mouens, ut dicit Ariſt. & Auctor 12. Metaphy. Ad notitiam cuius rei animaduerte, quòd mouere ad extra poteſt dupliciter haberi, uel ad extra ut finis ſimpliciter, uel ad extra, ut finis acquiſitus. Deus autem, quia eſt cauſa finalis intelligentiarum mouentium eſt mouens ſimpliciter extrinſecus; finis enim eſt cauſa mouens extra, ut inquit Auctor 12. Metaphy. & ſic animal cœleſte neceſſe eſt compoſitum eſſe ex mouente effectiue quod eſt intelligentia, & re deſiderata, quæ Deus eſt; mouere autem ad extra ſecundo modo, Deus non eſt mouens extrinſecus, ſcilicet ut finis non adeptus extrinſecè. ex quo uerificatur ſententia Auctoris 2. cœli, animal cœleſte hoc non patitur, quia extra ipſum nihil eſt, quod moueat ipſum; aliter enim animal cęleſte magis uelocitaret, in ultimo tempore, ſcilicet, quando propinquum eſſet acquiſitio, quàm in primo tempore remoto. hoc modo igitur conſiderando animal cœleſte, non eſt compoſitum ex mouente, & re dęſiderata, ni-

tex. co. 36.

co. 36.

co. 37.

ta, niſi tantum hoc animal inferius.

Tex. 59. *Corpus autem cœleſte eſt quaſi materia iſtius formæ abſtracta &c.*

Com. Aggreditur in hoc textu Commentator oſtendere recapitulando differentiam inter animalia cœleſtia, & inferiora, tam ex parte formæ, quàm ex parte corporis [corpus autem cœleſte eſt quaſi materia iſtius formę abſtractæ] Animaduertendum eſt corpora

cō. 78. pora cœleſtia apud Auctorem 8. Phyſicorum eſſe materias ſimplices, formaſque eorum eſſe abſtractas a materia, quia materiæ corporum cœleſtium, ſeu ipſa corpora remota omni intelligentia ſunt uere in actu, nulla enim eſt ibi potentia formarum recipiendarum, propter id igitur hic dicit Commentator, quòd corpus cœleſte ſit quaſi materia, reſpectu materiæ horum inferiorum: materia enim hæc eſt fixa ad recipiendas formas per tranſmutationes [quia eſt materia exiſtens in actu,] id eſt, ideo corpus cœleſte eſt quaſi materia iſtius formæ abſtractę, quia non eſt uere materia in potentia, ſed ſecundum ſe ſemper exiſtens in actu [& ideo non aſſimilatur materiæ, niſi in hoc tantum, quia eſt materia fixa ad recipiendam formam,] id eſt propter id non aſſimilatur uere materiæ, ſecundum quod eſt materia, niſi tantum in hoc, quia eſt fixa ad recipiendam formã tantum; quemadmodum hæc inferior ſemper fixa formæ ſecundum ſpeciem. ſub hac differentia: illa enim fixa eſt ad recipiendam formam æternaliter; hæc autem temporaliter. Sequitur [& ideo dignius dicitur ſubiectum, quàm materia; materia enim quæ eſt hic, dicitur materia, quia eſt in potentia, formæ in eo fixa; & dicitur ſubiectum, quia eſt fixum formæ] habemus apud doctrinam Philoſophi per

digreſ-

digreſſionem pulcherrimam lucidiſſimi Themiſtij primo Phyſicorum, quem imitatus eſt Auctor non ſolum hic, uerum etiam in multis aliis locis, ut patet 8. Metaphy. 12. Metaphy. & 2. cœli, quòd materiam duplicem contingit reſpectum habere, ſcilicet materia ut proprie materia, & materiam ut proprium ſubiectum: dicitur enim materia earum rerum eſſe, quæ factæ aut ortæ nōdum ſunt, huiuſmodi materia cum potentia, priuationeque ſemper eſt cum uero accipitur pro ſubiecto, tunc cum priuatione non eſt; nihil enim prohibet materiam alicui formæ ſubiectum eſſe: illius autem, qui poteſt eſſe materia, cuius continendi poteſtatem amiſit? quapropter æs eatenus, dum ſine forma ulla eſt, recte dixeris materiam ſtatuæ; poſtea quàm uero iam eſt formatum, in Apolline, aut in Mercurio factum, fuſumque, non materiam amplius recte, ſed ſubiectū appellauerimus: ex his igitur merito accepit hic Auerroes materiam cœli dignius haberi pro ſubiecto, quam pro materia, cum ipſum nunquam extiterit cum priuatione, atque potentia formæ recipiendæ. Sequitur [& fit compoſitum ex materia & forma,] ideſt itaque eſt pars compoſiti; ex ipſa enim & forma fit compoſitum.

cō. 12. cō. 36. cō. 37.

Et uidetur quòd ad eſſe corporis cœleſtis &c. Tex. 60. Com.

Poſtquam Commentator oſtenderat differentiam inter animalia cœleſtia & inferiora, tam ex parte animæ, quàm ex parte corporis, Nunc in præſenti textu reſpondet ad aliqua, quæ poſſunt ei obijci ad ſuperiora dicta; quare corpora cœleſtia ſint tantum ſubiecta formarum, non indigentia eſſe earum; & hoc ad maiorem notificationem differentiæ animalium ſuperiorum, atque inferiorum, tam ex

Digitized by Google

parte corporis, quàm ex parte formæ [& uidetur quod ad eſſe corporis cœleſtis non ſit neceſſaria eius forma, ſicut eſt diſpoſitio in corporibus animalium, quæ ſunt hic,] ideſt & uidetur per rationem naturalem, quòd corpora cœleſtia in eorum eſſe non indigent formis tribuentibus eſſe, cum per ſe & ex ſe habent exiſtẽtiam in actu; ens enim in actu, in quantum eſt in actu, uel ex ſe, uel per ſuam formam, non eſt ordinabile ad ens actu, ſiue ſit eiuſdem rationis, ſiue alterius: ideo ad eſſe corporum cœleſtium non eſt neceſſaria eorum forma. Et animaduerte, quòd neceſſarium dupliciter contingit haberi apud Ariſtotelem 5. Metaphy. uel neceſſarium propter eſſe, & melius ſimul; uel neceſſarium tantũ propter melius eſſe; modo forma corporum cœleſtium non eſt neceſſaria primo modo; hæc enim neceſſitas cadit in corporibus animalium, quæ ſunt hic, niſi tantum neceſſaria ſecundo modo eſt dicta ut habemus apud Auctorem Deſtr. Deſtr. quam quidem neceſſitatem formarum ad corpora cœleſtia non excludit hic Commentator, niſi tantum neceſſitatem primo modo dictam. Sequitur [in animalibus enim quæ ſunt hic, animæ eorum uidentur neceſſariæ pro eſſe corporum, quia non ſaluarentur animalia, niſi per ſenſibilem animam, & imaginatiuam,] ideſt non eſt enim in corporibus cœleſtibus, ſicut in corporibus animalium, in quibus neceſſarium eſt eſſe per animam eorum, quia copora in eis habent eſſe exiſtentiæ formale ab anima exiſtente, nõ ſolumque hoc eſſe formale uerum etiam eſſe conſeruatiuum, & permanens, ut colligitur ex mẽte Ariſtotel. primo de Anima: animal enim hoc non poteſt conſeruari, niſi per ſenſus, & imaginationes,

tex.cõ. 6. — Diſ. 4. ſol. 2. Dubii. — tex. co. 90.

tiones, quia uictus nobis ex obuio non eſt, nec elementis alimur, ſed a longe petimus cibos, quibus uitam tueamur, Hoc autem quo pacto ſine oculis, ſine auditu, & cætero ſenſu contigeret, niſi eminus per ſenſicularentur, perſequi ſalutaria, uitare noxia, qui poſſent? profecto, ut inquit Ariſt. 3. de Anima; nec puncto quidem temporis ſupereſſet in his uita niſi perminiſtrarentur ſenſus, & tanquam de ſpecula longe ante renuntiarent, & quæ appetere, atque adire, & quæ declinare, cauereq; oportet. & ad quid ſenſus, niſi his eſſet anexa imaginatio, cui refferuntur ſenſata noxia, atque utilia? ad hoc igitur propoſitum bene dicit Commentator, quòd non ſaluarentur animalia, niſi per ſenſibilem animam atque imaginatiuam. Sequitur [corpus autem cœleſte cũ ſit ſimplex, & non tranſmutabile, ab aliquo extrinſeco, non indiget in ſuo eſſe anima ſenſibili & imaginatiua,] ideſt corpus autem cœleſte cum ſit ſimplex, ideſt nõ generabile, neque corruptibile, & non tranſmutabile, uidelicet non alteratiuum triſtitia atque delectatione ab aliquo extrinſeco, non indiget in ſuo eſſe anima ſenſibili, atque imaginatiua; & maxime corpus iſtud, cum ſit perfectiſsimũ, atque diuinum, ſubiectum intelligentiis diuinis non indiget ſenſu; immo aliquid oneri, atque impedimento, ſenſus futurus eſſe illis; anima enim ſenſibilis impedit in maiori parte, animam intellectiuam ut dicit Auctor 3. de Anima; & eſt etiam ſententia diuiniſsimi Platonis in Phædone; anima enim cum coniunctione ſenſus melius intelligere non poteſt, nec denique hoc corpus indiget anima imaginatiua; non enim habet ſenſus; imaginatio enim eſt motus, factus a ſenſu; dico imaginatio-

tex. co. 60. 61.

co. 61.

Digitized by Google

ne particularium, quæ ſequuntur a ſenſationibus
Diſp. 16. ſol. 1. Dubii. niſi tantum ut dicit Auctor Deſtr. Deſtr. uniuerſalium, quæ ſequuntur a difinitionibus rerum. Sequitur [ſed tantum indiget anima mouente ipſum in loco ſemper, & uirtute quæ non ſit corpus, nec in corpore ad largiendum ipſi permanentiam æternam, & motum æternum, qui non habet principiũ neque finem] oſtendit illud quod eſt tantum neceſſarium corpori cœleſti, & quo indiget ad melius eius eſſe; corpus autem cœleſte indiget tantum anima mouente ipſum in loco ſemper; corpus enim cœleſte cum ſit ſimplex non alterabile, non habet de potentiis motum, niſi potentiam ad ubi: indiget etiam hoc corpus uirtute, quæ non ſit corpus, nec uirtus in corpore, ad largiendum ipſi permanentiã æternam, & motum æternum effectiue, non formaliter; aliter enim contradiceret Ariſtoteli 2. cœli;
tex. co. 6. hoc tamen in ſequenti textu latius declarabimus.

Tex. 61. *Et debes ſcire, ꝗ illud corpus cœleſte non indiget &c.*

Com. Declarat Commentator, quomodo corpus cœleſte indiget uirtute largiente ſibi permanentiam æternam, in ſe & in ſua ſubſtantia, in motuque proprio. tamen antequam deueniam ad expoſitionem huius textus, mouenda ſunt primo aliqua, quæ interſunt propoſito noſtro, & reſoluenda denique. Primo, quomodo eius permanentia ſit ab alio effectiue. Secundo quomodo corpori cœleſti non repugnat finita actio realiter, & quomodo logice. Quo ad primum igitur ſcitote, quemadmodum corpora
Vide 12. Meth. tex. co. 41. cœleſtia habere finitam, atque infinitam actionem conſtat; ita ſimiliter eorum agentia ſortiuntur eſſe cauſæ, quorum primus ſcilicet finitæ actionis eſt efficiens: Alterius autem, ſcilicet infinitæ actionis eſt finis,

finis, & quia corpora cœleſtia habere finitam actionem duplicem ſenſum contingit habere, unum ſecundum quòd illa actio ſit in mangnitudine finita, & hæc finitas eſt ex parte ſubiecti; alterum autem ſecundum quòd talis motor, ſeu efficiens, efficit illam actionem in tempore terminato; omnis enim ſucceſſio eſt terminabilis, ut habemus ex fundamentis phyſicis, tamen illud efficiens non eſt cauſa finitæ actionis, ita quòd illa actio ab eo habeat finitum atque præſcriptum terminum: in æternis enim efficiens & finis non ſunt cauſa actionum, ſecundum quòd talis motor ſit efficiens ſimpliciter, & finis ſimpliciter; ſed tantum ſecundum quòd eſt efficiens æternum, finiſque æternus; & huiuſmodi efficienti non repugnat eſſe cauſam infinitæ actionis, ſicut & fini; ſed tantum repugnat efficienti eſſe finis infinitæ actionis: non autem eſſe efficiens infinitæ actionis; ambo enim differunt ſecundum quandam rationem atque terminum, ſcilicet unde actio, & ad quod actio, quod autem efficienti non repugnet eſſe cauſam in finitæ actionis, manifeſtum eſt, illud enim quod poteſt eſſe cauſa actionis æternæ, poteſt etiam eſſe cauſa infinitæ actionis, ut patet omnibus habẽtibus ſanum intellectum. ſed efficiens, de quo præſens ſermo eſt, poteſt eſſe cauſa actionis æternæ, ut patet de generante, & efficiente in rebus ęternis, apud Auctorem paulo infra, & primo cœli & Deſtr. co.106. Deſtr. ergo efficiens illud poteſt eſſe cauſa infinitæ Diſ. 4. actionis. Amplius quemadmodum comparatur fi- ſol.1. Dubii. nitum ad infinitum, ita oportet comparari cauſam finiti ad cauſam infiniti: inter cauſam enim & cauſatum debet eſſe proportio, ut inquit Ariſt. 2. Phyſicorum: ſed inter finitum & infinitum nulla reperi- tex. co. 10.

tur

tur proportio per Euclidem in propoſitionibus Mathematicis: ergo inter cauſas infinitæ & finitæ actionis non eſt poſſibilis proportio. & ſic efficiens & finis in abſtractis a materia, nō ſolū non fuiſſent unū & idē; uerum ēt nulla proportio inter eos con
co. 41. tingeret. ideo quando dicit Commentator 12. Metaphy. efficiens æternum eſt cauſa finitæ actionis, non intelligitur, quòd talis actio ſit finita per ipſum; ſed eſt cauſa finitæ actionis, quia illa actio finita, cauſata ex magnitudine finita ſubiectiue, cauſatur ab efficiente æterno; ideo illud efficiens ſecundum quòd eſt cauſa infinitæ actionis, non eſt cauſa ita, quòd ſecundum ipſum, illud quod eſt finitæ actionis, ſit reductum ad infinitum, ſed tantum illud quod eſt finitæ actionis, uel illa actio, quæ ſuapte natura ſit finita, dependet ab efficiente, quod eſt infinitæ actionis; unde factio eius eſt ſecundum quandam dependentiam effectiuam, uel eminentialem; cuiuſmodi etiam mundum eſſe factum a Deo dicitur a Commentatore in Diſp. 3. Deſtr. ſecundum etiam hunc modum, quo actio finita, facta eſt infinita, ſubſtantia corporum cœleſtium facta eſt permanens, & æterna; ſed quia entibus ſucceſſiuis ſecundum quòd ſunt finita actu & infinita in potentia; melius, atque uerius conuenit eis infinitum, quàm æternum: æternum enim maxime de ſubſtantia rerum, uel de ſequentibus ſubſtantiam dicitur. ſubſtantiæ enim corporum cœleſtium dicuntur ueræ, permanentes, atque æternæ ab efficiente æterno; quēadmodū finitā actionē infinitā dici conſtat, non quòd ex non permanenti, æternoque facta ſint æterna atque permanentia; ſed tantum ſecundum quòd illa permanentia eorum ex ſe, & il-

lud

lud æternum eſſe, dependet ab aliquo efficiente effe ctiue, & non formaliter. hoc eſt illud, quod dicit Commentator in hoc textu, & indiget uirtute largiente in ſe & ſua ſubſtantia permanentiam æternam; & paulo infra, ita eſt de finitate ſuæ permanentiæ, ſicut eſt de finitate ſuæ actionis: motus enim in corporibus cœleſtibus eſt, quo conſiſtit eſſe eorum, ut dicit met ipſe Commentator Deſtr. Deſtr. de his hactenus. accedamus nunc ad illud, quod propoſuimus declarare; quomodo corpori cœleſti non repugnat finita actio logicæ, & quomodo Phyſicœ: primo igitur notandum eſt, quòd potentia logica ſecundum doctorem ſubtilem, eſt non repugnantia terminorum: potentia autem realis, ſeu Phyſica, eſt illa, quę ſemper cum actu habet compoſitionem facere; ſecundum autem hanc potentia primo modo dictam dicitur corpus cœleſte eſſe finitæ actionis, ita quod non repugnat actioni eius habere terminum, ultra quem illa actio nec finita nec infinita dici poſſet: corpus enim cœleſte habet duplicem conſiderationem; unam ſecundum quòd eſt corpus tale alteram, ſecundum quòd eſt corpus in quantum corpus, ſimpliciter per intellectum collatiuum. modo corpori in quantum corpus non repugnat finita actio; illud enim quod competit alicui per intellectum, ita quòd non cauſante intellectu non eſſet, non repugnant ei aliqua conſequentia illius rei cō petentis per intellectum: ſed corpori cœleſti inquā tum contigit corpus eſſe, per intellectum, non repugnant ei aliqua conſequentia corpus per intellectum, ut finitas actionis; ergo nō repugnat, ei habere actionem finitam. Sed qua uia corpus cœleſte dicitur eſſe finitę actionis realiter? dico, quia ſcimus cor

pus

Diſp. 9. ſol. 17. dubii.

Prim. Diſt. 5. Quæſt. 2.

Digitized by Google

pus cœleſte eſſe finitarum dimenſionum, & terminaturum ſuperficie continente ipſum, ut in præſenti textu dicit Auctor, ita eſt neceſſe corpus hoc modo captum eſſe finitæ actionis Phyſicæ, quia eſt realiter finitarum dimeuſionum, & terminatarum ſuperficie continente ipſum. His habitis igitur deueniendum eſt nunc ad expoſitionem textus[& debes ſcire, quòd iſtud corpus cœleſte non indiget uirtute mouente in loco,]ideſt Et animaduerte, quòd iſtud corpus cœleſte non indiget uirtute mouente tantum ſemper in loco: motores enim corporum cœleſtium, ut dicit met ipſe Auctor in abreuatione ſuæ Metaphy. non ſunt tantum motores corporum cœleſtium; ſed dant eis formas eorũ, per quas ſunt. Sequitur[ſed uirtute largiente in ſe & ſua ſubſtantia permanentiam æternam,]ideſt non ſolum indiget uirtute mouente, ſed etiam largiente in ſe & ſua ſubſtantia permanentiam ęternam; hæc autem ſententia Commentatoris, licet repugnat ſibi ipſi 12. Metaphy. cum arguit contra Ioannem Grammaticum in corpore quidem cœleſti non eſt potentia, ut corrumpatur, quia non habet contrarium, eſt igitur permanens per ſe, & per ſuam ſubſtantiam; tamen apparet uerus ſenſus, per ea quæ diximus. Sequitur[quoniam & ſi ſimplex eſt, & non habet potentiam, ut corrumpatur: tamen eſt finitæ actionis neceſſario, quia eſt finitarum dimenſionum, & terminatarum ſuperficie continente ipſum,]ideſt quã uis ſimplex ſit, & non habeat potentiam ut corrumpatur, tamen eſt finitæ actionis neceſſario, quia eſt finitarum dimenſionum & terminatarum ſuperficie continente ipſum; nulla enim magnitudo ſit infinitæ uirtutis, quod latius declarabimus 4. cap. huius

tract. 4.

Com. 41.

Digitized by Google

ius. Sequitur [& omne tale cum intellectus poſuerit ipſum exiſtens per ſe, abſque eo, quòd aliud largiatur ei permanentiam, & æternitatem neceſſe eſt, ut ita ſit de finitate ſuæ permanentiæ, ſicut de finitate ſuæ actionis,] ideſt omne tale, quod eſt finitæ magnitudinis & uirtutis, cum intellectus eius poſuerit ipſum exiſtens per ſe, ita quòd ipſi non largiatur permanentiam, atque durationem; neceſſe eſt, ut ita ſit de finitate ſuæ permanentię quemadmodum de finitate ſuæ actionis conſtat, ut declarauimus [& ideo neceſſe eſt in intellectu eſſe potentiam largientem ipſi permanentiam æternam; quemadmodum largitur ipſi motum proprium æternum,] ideſt propter id neceſſe eſt in intellectu diuino eſſe tantam potentiam largientem corpori cœleſti permanentiam æternam, quantum largitur ipſi motum proprium æternum.

Et non tantum hoc, ſed neceſſe eſt hic eſſe uirtutẽ &c. Tex. 62. Com.

Oſtenſo autem corpus cœleſte, non tantum indigere uirtute mouente, ſemper in loco; uerum etiam uirtute largiente in ſe & ſua ſubſtantia permanentiam æternam; Nunc idem ſimiliter intendit oſtendere, ſed non eadem, ſcilicet cœlum indigere uirtute largiente ſibi accidentia propria, abſoluta, atque relatiua; non ſecundum quòd ſunt æterna, atque permanentia, ſed ſecundum quòd ſunt in tali figura diſpoſita per ea, & in tali ſimiliter menſura quantitate, conuenientia, atque ordine [& non tantum hoc, ſed neceſſe eſt hic eſſe uirtutem, quæ largitur ei motum proprium, ſiue actionem, quæ eſt æternitas, inter cæteros motus, ſcilicet motum localem in circuitu,] ideſt & non tantum indiget uirtute largiente permanentiam in ſe, & ſua ſubſtantia; ſed etiam

neceſſe eſt in corporibus eſſe uirtutem, ſiue formã, quæ largitur ei motum proprium circularem, ſiue actionem, quæ eſt æternitas. hoc eſt illud, quod ait
co. 22. 25. Auctor 4. cœli generans quod dat formam alicui, dat etiam accidentia conſequentia formam. Et animaduertendum eſt, quòd eadem eſt uirtus largiens permanentiam atque æternitatem corporibus cœleſtibus, & largiens motum in circuitu, figuramque ſphæricã motui, & alia huiuſmodi. illud enim, quod poteſt inferre formas rebus, poteſt etiam accidentia conſequentia eas, ut manifeſtum eſt omnibus Philoſophis. unde licet Commentator hic intendat quandam alietatem uirtutis largientis permanentiam atque æternitatem in ſubſtantia, & largiẽtis hæc accidentia; non tamen alietatem eſſentiæ, atque numero intendere uidetur, ſed tantum alietatem modi largiendi; largitur enim permanentiam, atque æternitatem per modum cauſę; accidentia autem per modum attributionis. Et ſequitur [& menſuram propriam unicuique illorum.] ideſt & largitur hæc uirtus menſuram propriam unicuique illorum corporum cœleſtium. hæc autem menſura corporum cœleſtium capi multis modis poteſt ſecundum Philoſophum. uno, quia corpus cœleſte eſt primum in genere ſucceſſiuorum, qua per ipſum ſucceſſiua, atque mobilia habere terminum atque menſuram in tempore conſtat. ex quo uerificatur ſententia Ariſtotelis 10. Metaphy. menſuræ ra-
tex. co. 2. tionem habet unum principium in unoquoque genere: altero, pro menſura capitur omne illud, quo primo unumquodque cognoſcimus, ut dicit Ariſt.
tex. co. 12. 5. Metaphy. & 10. Metaphy. & ibi Commentator,
tex. co. 3. menſura in omni genere eſt magis manifeſta apud

noſ;

nos; corpora autem cœleſtia ſecundum motus eorum ſunt menſura cognitionis noſtrę ad intelligentias. tertio modo menſura capitur pro omni eo, quod eſt minimum in unoquoque genere, ut dicit Philoſophus 10. Metaphy. corpora autem cœleſtia ſunt minima in genere entium corporalium, ſecundum quòd ſunt menſura atque terminus omnium rerum inferiorum. Vltimo autem menſura capitur pro omni eo, quod uere ſit finitum, atque perſcriptum: corpora autem cœleſtia cum ſint finita, ita quòd in eis non contingit fieri additionem atque ſubtractionem uere ſunt menſuræ: his habitis igitur modis menſurarum, licet omnes ſumi poſſint pro hac menſura corporum cœleſtium, quam hic Commentator tangit; nulla tamen propinquior ſit intellectui eius, quam hæc ultima, quæ menſura dicitur propria unicuique illorum corporum, ideſt quòd hęc uirtus corporum cœleſtium largitur menſuram propriam unicuique illorum: ipſa enim uere eſt forma terminans corpora cœleſtia. Sequitur [& conuenientia inter ea ad inuicem in ordine & quãtitate,] ideſt & largitur hæc uirtus conuenientiam inter corpora cœleſtia adinuicem in loco & magnitudine. Tamen animaduerte conuenientiam corporum cœleſtium in ordine & quantitate eſſe quodammodo ſecundum uirtutes earum, & quodammodo conuenientiam uirtutum adinuicem, ſecundum conuenientiam corporum cœleſtium, in ordine, & quantitate, ſcilicet loco & magnitudine. conuenientia autem corporum cœleſtium in ordine, & quantitate, ſequitur uirtutes earum, quemadmodum perfectibilia ſequuntur perfectiones in ordine ſcilicet ſecundum prius & poſterius; conuenien

tex. co. 2.

tia autem uirtutum adinuicem ſecundum conuenientiam corporum in ordine & quantitate, non eſt quòd uirtutes illæ conuenientiam corporum ſequantur; aliter enim implicaret ſibi ipſi Commen-
co.44. tator, ut apparet 12. Metaphy. ſed ſecundum quòd conuenientia corporum cœleſtium oſtendit eas conuenientes eſſe, in prioritate, & poſterioritate, ſecundum ordinem nobilitatum earum: hoc modo interpretatur illa aurea ſententia Ariſtotelis, & Au
tex.cõ. 44. ctoris 12. Metaphy. prioritas in loco eorum, ſcilicet orbium, & in magnitudine facit eos ideſt oſtendit eos, (ut mihi uidetur) priores in nobilitate. ne enim imagineris, quòd ille ordo corporum cœleſtium in loco, & magnitudine faciat eos formaliter priores, atque poſteriores nobilitate; ſed tantum circumlocutiue ita, quòd circumloquitur ille ordo, ordinem earum in nobilitate a primo. Sequitur [ita quod ex omnibus perficitur unus actus, ſcilicet totus mundus] ideſt hæc uirtus ita largitur conuenientiam, inter ea ordine & quantitate, quòd ex omnibus unus actus ſcilicet totus mundus perficitur. Subdit [nulla enim eſt differentia inter indigentiam uirtutis actiuæ in corpore, & in omni corpore, aut in uno corpore compoſito, ex corporibus ſimplicibus huiuſmodi, & indifferenter, ſiue illud corpus fuerit generatum, ſiue non generatum,] ideſt licet ille mundus ſuperior hoc modo captus, ſit compoſitus; nulla tamen eſt differentia in hoc, ſiue cœlum ſit compoſitum, ſiue ſimplex, inter indigentiam uirtutis actiuæ in corpore: uniuerſaliter enim omne corpus, ſiue fuerit compoſitum ex corporibus ſimplicibus, ſiue fuerit ſimplex, ſemper indiget uirtute, quæ ſit alia a corpore, per quod agit.

Vnde

Digitized by Google

Vnde habemus cœlum habere unam virtutem,&c. Tex. 63. Com.

Ex his,quæ dixerat Commentator, cœlum, ſiue corpus cœleſte indigere uirtute largiente ſibi uirtutem agendi,concludit aliqua,quæ ſequuntur[unde uidemus cœlum habere unam uirtutem, non tantum mouentem,]ideſt unde uidemus per opera naturalia corpus cœleſte habere unam uirtutem,non tantum mouentem omnia ſuperiora,inferioraque: ſuperioribus enim & inferioribus influit motum; ſuperioribus immediate, inferioribus mediante forma, tributa entibus per agens. Sed hic reſultat difficultas;ſi cœlum habuiſſet uirtutem mouentem omnibus,ergo lapis moueretur deorſum per uirtutem illam mouentem. ita etiam de animalibus motiuis ſequeretur. Ideo Notandam eſt, quòd potentia ad motum grauis, eſt duplex:una dicitur potentia eſſentialis,alia autem potentia accidentalis: potentia eſſentialis eſt in ſubiecto, quod non ſolum eſt in potentia ad motum; uerum etiam in potentia ad principium illius motus;potentia autem accidentalis eſt in ſubiecto, quod non eſt amplius in potentia ad eſſentiam,quę eſt principium illius motus, ſed tãtum ad illum motum in ſubiecto in actu. modo ad propoſitum corpora cœleſtia habere uirtutẽ mouentem omnia, quo ad primũ, non quo ad ſecundum,cõſtat:quo ad primum dico; lapis enim non mouet ſe de potentia eſſentiali ad actum;implicaret enim:ſed requirit aliquam uirtutem, atque dirigentem. illam potentiam lapidis ad actum accidentalem hoc eſt illud, quod inquit Auctor in Metaphyſicis, opus naturæ eſt opus intelligentiæ. ita etiam reſpondere potes de motu animalium. Sequitur[ſed agentem & conſeruantem,]ideſt quòd non

Vide Deſtr. Diſ. 4. ſol. primi dubii.

non ſolum uidemus cœlum habere uirtutem mouentem tantum, ſed & agentem, & conſeruantem omnia. duplex enim eſt eſſe agentium, unum a quo prouenit actum, in quo pendet operatio eius, hora qua reperitur, & hoc cum perficitur eſſe eius non indiget agente, ut eſſe domus ab ædificatore; & aliquod eſt, ex quo prouenit actio tantum, quę pendet in acto, & non eſt eſſe huic acto, niſi cum pendentia agẽtis in eo: & hoc agens eſt rei propriũ, ꝙ actio eius eſt æqualis eſſe huius acti, ſ. cũ corrũpitur hoc agens, corrumpitur hoc actũ, & cũ reperitur agens reperitur actum, quòd ſunt ſimul. & hoc agens eſt nobilius, & magis ingreditur in capitulo operationum, quam primum, quoniam producit ſubiectũ, & id conſeruat; agens autem primum producit actum ſuum, & indiget alio agente, quod id conſeruat poſt inuentionem; & hic eſt diſpoſitio motoris cum motu, & rerum quorum eſt in motu. ad hoc propoſitum igitur non ſine cauſa Commentator dixit, & conſeruantem omnia, habens reſpectum ad nobilitatem agentis ęterni, & ad differentiam agentis propinqui, & particularis horum inferiorum. Sequitur [ſicut eſt diſpoſitio in corpore hominis, & in corpore facto propter finem proprium,] ideſt ſicut apparet in corpore humano, & corpore facto propter finem: illud enim quod generat corpus humanum, non generat ipſum quocunque modo, ſed ex modo, quo ſequitur finem, propter quem eſt ſcilicet conſeruando, & deducendo ipſum ad debitum finem. Sequitur [finis enim ſignificat agens, ſignificatione neceſſaria, ſicut motum ſignificat mouẽs,] ideſt finis enim eſt, gratia cuius agens dirigit, atque ducit præordinata ad debitum finem ſicut motum

mouens.

mouens. Et animaduerte, quòd finis non ſignificat agens ſignificatione neceſſaria, ſicut motum ſignificat mouens accipiendo. ly. ſicut, non ſecundum paritatem graduum, ſed tãtum ſecundum modum ſignificandi, uere motum ſignificat mouens, ſicut finis cauſam agentem; duæ enim cauſæ præordinatæ ad unam earum, non habent eandem paritatem graduum ſignificandi, ſicut effectus, ſed tantum eundem modum ſignificandi.

Sed in genere agentium, quidam eſt prius tempore acto, &c. Tex. 64. Com.

In hoc textu diſtinguit Commentator naturam agentium ſuperiorum & inferiorum, & hoc ad remouendum errorem quorundam Philoſophantiũ, qui exiſtimarunt ſecundum Ariſt. non dari agens in æternis. & licet hæc opinio uigeret ante tempus Auerrois, nihilominus poſt Auerroem quidam Philoſophantes, de mente eius crediderunt, ut Gregorius de Arimino, & Ioannes Bacconitanus, non dari cauſam agentem in æternis, quod expreſſe contradicit præſenti textui Auctoris, ubi manifeſte aſſignat cauſam agentem in æternis [ſed in genere agentium quidam eſt prius tempore acto, & omne quod fit in ſphæra iſtius mundi, eſt iſtius agentis, & iſtius acti,] ideſt licet cœlum habeat uirtutem agentem, tamen in genere agentium, quiddam eſt prius tempore acto ſupple, & non natura, ut exponit Ioannes de Ianduno. & omne illud quod fit ſub orbe in iſtis inferioribus, eſt iſtius agentis præcedentis actũ tempore. Sed quare iſtud agens inferius dicitur precedere actum tempore, & non natura? Animaduerte, quòd ea, quæ prius menſurantur tempore, & ſunt inadæquata tempori ſecundum prępoſitionẽ

(ſub)

(ſub) præcedunt actum tempore, ſecundum quòd prius menſurantur a tempore. ſed agentia, quę ſunt in ſphæra iſtius mundi menſurantur a tempore, ſecundum propoſitionem ſub; omnia enim, quę ſunt in ſphæra mundi, ſunt inadæquata tempori quia eſt dare tempus, in quo illa non ſunt, propter id igitur hæc agentia dicuntur præcedere actum tempore. Et quare non natura? illud enim, quod dicitur prius tempore repugnat quoquo modo, eo quod dicitur prius natura, ſed idem non poteſt repugnare ſibi ipſi, ergo. maior patet, quia de prioritate temporis poſſibile eſt, non eſſe ſimul cum actu, immo ſemper non coniunctum actui. Amplius illud, quod præcedit actum tempore, præcedit etiam actum, dũ æqualiter ambo menſurantur a tempore. & dum æqualiter menſurantur unum poteſt eſſe ſine alio, & reliquum ſimiliter, ſed illud præcedens actum tempore; ſi etiam eo tempore præcederet & natura, licet unum poteſt eſſe ſine alio, tamen reliquum ſine altero impoſſibile eſt; quia illud eſt prius natura, quod cõtingit eſſe ſine aliis, & alia non contingunt eſſe ſine ipſo, ut dicit Auctor 4. Phyſicorũ & Ariſt. 5. Metaphy. itaque repugnarẽt; ergo ſequitur Commẽtator [quoddam eſt prius natura, ſicut eſt diſpoſitio temporis cum orbe, & agentis cum orbe, ſcillicet facientis ipſum in diſpoſitionibus neceſſariis, inueniẽdo finem ob quem fuit] hoc eſt aliud membrum agentium, præcedentium actum natura, & non tempore; quia res priores in eſſe ſunt ſimul in tempore, & ſunt æternæ, ut inquit Auctor primo cęli, ſicut eſt diſpoſitio temporis cũ orbe: orbis enim eſt prior natura tempore, huiuſmodique eſt etiam diſpoſitio agentis cum orbe, illud enim agens præcedit

com. 7. cap. de priori.

Com. 104.

cedit

cedit orbem, natura tantum; quia agens in quantum agens ſuapte natura poteſt eſſe ſine actu, non tamen actus ſine agente, & hoc in æternis æternaliter diſpoſitis; in quibus eſſe eorum eſt ab agente, & non agentis eſſe ab actu.

Et cum ignorauerunt hoc quidam eſſe de opinione Ariſtotelis &c. Tex. 65.

Remouet hic Commentator errorem Philoſophantium qui ante tempus eius exiſtimarunt ſecundum Ariſtotelem, non dari cauſam agentem Vniuerſi, ſed tantum cauſam mouentem. [Et cum ignorauerunt hoc quidam eſſe de opinione Ariſtotelis, dixerunt ipſum non dicere cauſam agentem uniuerſi, ſed cauſam mouentem tantum, & illud fuit ualde abſurdum,] ideſt & cum aliqui ignorauerint ex Peripateticis, hoc aliud membrum agentium, dixerunt Ariſtotelem non dixiſſe unquam cauſam agentem uniuerſi, ſed mouentem tantum: dare enim cauſam agentem uniuerſi, ualde abſurdum conſtat eſſe apud Philoſophum. caueant nũc igitur Gregorius de Arimino, & Ioannes Bacconitanus, qui iuxta mentem Auerrois negarunt cauſam agentem uniuerſi, tam in primo membro agentium, quàm in ſecundo. credo hos uiros non uidiſſe unquam, præſentem & præcedentem textum Auerrois; aliter enim profecto ſentirent. Sequitur [& non eſt dubium in hoc, quòd agens ipſum, eſt mouens ipſum,] ideſt, ſed clarum eſt, quòd agens corpus cœleſte, eſt mouẽs ipſum. Tamen animaduerte, quòd licet corpus cœleſte habeat cauſam mouentem, non tamen eſt neceſſe, quòd ad poſitionem mouentis, etiam cauſam agentem ſit ponere: ſed per oppoſitum ualet, & eſt neceſſarium illud quod

S eſt

eſt agens, ſit etiam mouens, ut dicit Auctor primo
cō. 45. de generatione, & corruptione, & 12. Metaphy.
cō. 23. ideo manifeſtum non eſt ad oſtendendum cœlum habere cauſam agentem, quia agens ipſum eſt mouens ipſum; quilibet enim peteret principium. Ad ſolutionem autem huius dubii, diſtinguendum eſt primo, quod aliud eſt mouens eſſe agens ſimpliciter, & aliud quod mouens non ſit innatum mouere niſi præſuppoſita cauſa agente, uel rationaliter, uel realiter, largiente primo diſpoſitiones mobili, per quas acquirit motum proprium. modo quo ad primum non eſt manifeſtum, nec demonſtratione concludit, aliquid eſſe agens, & hoc, quòd ſit mouens; ſed tantum aliquid eſſe agens, quia eſt mouens, ſecundum quòd mouens non poteſt mouere primo, niſi præſupponat cauſam agentem, largientem primo diſpoſitiones mobili, per quas acquirit motum proprium. quando igitur inquit Commentator, quòd agens ipſum, eſt mouens ipſum, intelligit ipſum eſſe agens, ſecundum quòd mouens præſupponit cauſam agentem, eo modo quo diximus. Sequitur [& hic eſt uirtus illa, quam laudauit Ariſt. in multis locis, ſui libri de cœlo, & iudicat eſſe cœlo nobiliorem, & altiorem,] id eſt & hæc eſt uirtus illa agens, quam laudauit Ariſt. in multis locis ſui libri
tex. co. de cœlo, ſcilicet 2. cœl. ubi manifeſtat ipſum eſſe cę
22. 37. lo nobiliorem, & altiorem.
61. 66.

Et iam nos induxit amor explanandi, &c.

Tex. 66. Com. Oſtendit Commentator cauſam digreſſionis eius à principali propoſito, quod erat, quomodo cœlum ſit compoſitum ex motore & mobili, ſicut animalia ex corpore & anima; & in quibus conueniebat, in quibuſque differebat, fuiſſe potiſſimum errorem

quorun-

Digitized by Google

quorundam Philoſophantium, qui ante tempus eius dicebant, non dari ſecundum Ariſt. cauſam agentem uniuerſi. tex. 67. Com.

Redeamus igitur ad id, in quo fuimus, &c.

Redit ad propoſitum in quo fuit; ſcilicet incipiendo denuo pertractare de conuenientia cœli animaliumque inferiorum, & primo ex parte corporis, corpus enim & dimenſiones eius ſunt notiores nobis, quàm forma eius intrinſeca; ideo cum in nata ſit nobis uia ſecundum Philoſophum primo Phyſicorum ex notioribus nobis, & manifeſtioribus ad manifeſtiora naturæ, incepit primo ſecundum hanc methodum demonſtratiuam rerum naturalium pertractare ex notioribus nobis. [redeamus igitur ad id, in quo fuimus,] ideſt reuertamur igitur ad principale propoſitum, in quo fuimus. tex. co. 2.

Notandum tamen eſt primo, quod Auerroes in pertractando hunc ſermonem de ſubſtantia Orbis habuit duplex medium, primum Phyſicum, ſecundũ Metaphyſicũ ut mihi uidetur, ſaluo meliori iudicio. Medium phyſicũ habuit ad oſtendendũ reſpectus ſubſtantiarum abſtractarũ ad ipſa corpora cœleſtia, ex cõceptis communibus, atque ſenſatis. Medium autem Metaphyſicum habuit Commentator, ſecundum quod ex his habitis conatus fuit manifeſtare independentiam formarum cœleſtium, neceſſitatemque earum, ſecundum etiam quòd ſunt finis & agens ſucceſſiuorum, permanentiumque. tamen ad hæc omnia efficacius medium Phyſicum ſortitum eſt: principaliter enim in hoc ſermone intendit cõpoſitionem motiui, & mobilis corporum cœleſtiũ. & hoc nõ eſt impoſſibile, uti duobus mediis in hoc ſermone. Auerroes enim ea, quæ Ariſt. tam in natu Digreſſio.

Digitized by Google

rali, quam in ſupernaturali ſcientia,] de ſubſtantia orbis pertractauit, colligit. Sequitur [& dicamus; quòd corpus cœleſte communicat cum corporibus generabilibus, & corruptibilibus in hoc, quòd eſt ex tribus dimenſionibus,] ideſt dicamus corpus cœleſte communicari cum corporibus generabilibus; conſtant enim ex tribus dimenſionibus. Tamen animaduerte, quòd dimenſiones corporum, in quantum ſunt corpora, duplicem conſiderationem habent; unam ſecundum quòd illæ dimenſiones corporum ſint principia diuiſiua corporum, in quantum corpora: Alteram non ſecundum quòd ſunt diuiſiua, ſed tantum ſecundum quòd ſimpliciter dimenſiones ſunt, ut puta, longitudo, latitudo & profunditas. modo, quo ad primum, corpora cœleſtia licet habeant dimenſiones ex parte corporis; non tamen in ipſis ſunt, ut principia diuiſiua corporum, in quantum ſunt corpora: aliter enim ut dicit Ariſ. & Auctor. 2. cœli, corpora cęleſtia eſſent generabilia, & corruptibilia; dimenſiones autem conſiderando, quo ad ſecundum, corpora cœleſtia uere habere dimenſiones conſtat; perfecte enim eſt corpus cœleſte, inquit Philoſophus, menſurabile ſecundum dimenſiones; unde non cõmunicant cũ corporibus generabilibus ex parte corporis cõſiderando dimenſiones primo modo, niſi tantum ſecundo modo; quem quidem modum, intelligere uidetur Commentator in uerbis huius textus, quando ait, & corpus cœleſte communicat cum corporibus generabilib. & corruptibilibus in hoc, quòd eſt ex tribus dimenſionibus. Sequitur [& eſt ſubſtantia recipiens dimenſiones, & quòd utraque ſubſtantia non eſt ſine dimenſionibus.] & corpus cœleſte eſt

tex. co. 47.

ſubſtan-

ſubſtantia recipiens dimenſiones, ſicut hæc inferior; utraque enim ſubſtantia non eſt ſine dimenſionibus.

Sed inuenimus ſubſtantiam deferentem dimenſiones, &c. Tex. 68.

Com. Poſtquam Commentator oſtendit, in quibus corporibus cœleſtia, & generabilia communicent, ſecundum quòd ſunt corpora; nunc reſumit, in quibus adinuicem ſecundum dimenſiones differre uideantur, [ſed inuenimus ſubſtantiam deferentem &c.] Notandum eſt ad clariorem expoſitionem huius textus, primo quomodo materia dicitur una numero in potentia; ſecundo quomodo ſit eadem numero per formam; ultimo denique, quomodo dimenſiones in generabilibus ſint eædem in potentia, & quomodo in actu: Modo quo ad primum animaduerte; quod unum numero, eſt omne illud, quod diſtinctum, atque ſeparatum eſt ab aliis a quibus numerari contingit: & dicitur etiam unum numero, quia illud eſt unum numerale, cum unum numerale ſit ipſa indiuidualitas abſtracta a natura aliorum per intellectum; ſi enim non eſſet anima, neque etiam unitas numeralis inueniretur, neque numerus penitus. dicitur hoc unum numerò, ſecundum quod eſt unum indiuiduum in intellectu. aliquid etiam dicitur unum numero, ſecundum quòd eſt indiuiſibile, non in intellectu, ſed tantum in quantitate. Modo ad materiam primam, materia hæc dicitur una numero in potentia, ſecundum quòd diſtincta, atque ſeparata eſt a formis, a quibus materia fit numerabilis: non poteſt enim eſſe diſtincta, atque ſeparata, niſi ſecundum quod eſt in potentia ad formas in potentia remota. hoc modo

Vide Auer. in Paraphraſi Metaphy. tract. 3.

conſi-

conſiderando materiam, eſt una numero per intellectum abſtrahentem; non eſt enim poſſibile materiam inuenire abſque forma realiter, in tempore infinito. Et animaduerte, quòd ſi materia fuiſſet una numero per potentiam, tunc materia eſſet realiter una numero, nullo intellectu abſtrahẽte: ſicut enim potentia materiæ arguit realitatem in ea, ita etiam argueret naturalitatem realem; ſed dicitur eſſe una numero in potentia, ſecundum quòd ſemper habet unum reſpectum ad formas ſuſcipiendas materia enim ſecundum illum reſpectum non habet hanc, uel illam formam, nec in ſui natura conſtituit; quia intellectus abſtrahit eam a particularibus, ſed ad omnes eſt in potentia: unde materia dicitur una numero in potentia, ſecundum intellectum. & ſecundum quòd una numero in potentia dicitur, indiuidualitas quædam cauſatur in ea, abſtracta a natura aliorum: materia enim duplicem indiuidualitatem ſortita, eſt unam ſecũdum quòd eſt ſub propriis formis; & hæc indiuidualitas in propria materia eſt: alteram, ſecundum quòd materia dicitur una numero in potentia priuatiue ad omnes formas ſuſcipiendas; quæ quidem indiuidualitas propria materiæ dicitur eſſe. & quare hoc de indiuidualitate? ad oſtendendum, quòd, quando materia dicitur una numero à Commentatore in potentia, illud debes intelligere tantum per intellectum eſſe unam numero: unum enim numero ut dicit Auctor in Paraphraſi Metaphy. eſt unum naturale, & unum naturale eſt indiuidualitas; quæ quidem indiuidualitas non eſt conceſſa, niſi ut ſit abſtracta á natura aliorum per intellectum agentem; cuius abſtractione abſtracta, atque priuata omnibus

Tract. 3.

bus

bus formis dicitur, ad quas ſuſcipiendas eſt una numero in potentia. ex quo etiam uerificatur ſententia Auctoris in eodem tractatu Paraph. Metaphy. aliquid dicitur eſſe unum numero ſecũdum quòd eſt indiuiduum in intellectu; ergo materia non eſt poſſibilis uere eſſe una numero, niſi ſecũdum quòd eſt quoddam indiuiduum in intellectu, idest ſeparatum per intellectum ab omnibus formis. Sed aliquis ad hoc dicere poteſt, illud quod dicitur unum numero oportet quòd ſit indiuiſibile in quantitate: ſed materia prima non eſt indiuiſibilis, quia dimenſiones ſortitur, quibus diuiditur in multas partes: ergo non eſt uere una numero. Ad hoc reſpondeo, quòd minor eſt falſa. & ad illud, quòd materia dimenſiones, quibus diuiditur habet; dico quòd talis diuiſio materiæ accidit reſpectu formæ terminatæ, cuiuſmodi materia non eſt una numero, quia non eſt in potentia: ſecundum autem, quòd dimenſiones iſtæ in materia in potentia ſituantur, non diuidunt materiam: materia enim ad dimenſiones comparatur, ſicut intellectus ad intellectiones, uel ſicut punctus in cẽtro, a quo exeunt infinitæ lineæ, ita ſcilicet, quòd per lineas exeuntes ab eo, non eſt diuiſibile: ita etiam materiam tibi imaginare oportet: licet enim ab ea prodeant dimenſiones, tamen non eſt neceſſe, quòd ſit diuiſibilis. Quomodo autem materia una numero in actu conſtituatur, notandum eſt breuiter. materia ſecundum quod non eſt poſſibilis ſuſcipere plures formas perficientes eam in una indiuiſibili parte ſimul materiæ, dicitur una numero eſſe per formam: dimenſiones autem in genetabilibus, & corruptibilibus, quomodo ſint unum in potentia, & quomodo actu;

mani-

manifeſtum eſt omnibus, ſicut enim dimenſiones dicuntur interminatæ reſpectu materiæ, & in potentia reſpectu eiuſdem; ita dicuntur habere unitatem numeralem, ſicut materia earum habere uidetur: & quemadmodum terminatæ dicuntur reſpectu materiæ terminatæ, & in actu reſpectu actuatæ materiæ; ita etiam habere unitatem numeralem dicuntur, ſicut materiam eorum terminatam, atque actuatam habere conſtat: dimenſiones enim ſiue ſint interminatæ, ſiue terminatæ, neceſſario ſequuntur ſubiectum earum. his habitis deueniendum eſt nunc ad expoſitionem textus [ſed inuenimus ſubſtantiam deferentem dimenſiones, & dimenſiones in corpore generabili, & corruptibili, uel corporib. generabilibus, & corruptibilibus, eaſdem numero in potentia, nõ eaſdem in actu,] ideſt licet utraque ſubſtantia, tam ſuperior quàm inferior non ſit ſine dimenſionibus; tamen inuenimus ſubſtantiam deferentem dimenſiones, quæ eſt materia, & dimenſiones in corpore generabili & corruptibili ex materia & forma eaſdem numero eſſe in potentia, non eaſdem in actu; diuerſitas enim formarum eſt cauſa diuerſitatis magnitudinum, & quantitatum. Sequitur [ſcilicet, quòd dimenſiones omnes communes omnibus corporibus generabilibus, ſunt eodem modo in potentia,] ideſt dimenſiones omnes communes corporibus generabilibus, ſunt eodem modo in potentia, ſicut ſubſtantia earum deferens, ideſt ſicut materia prima eſt una numero in potentia omnium formarum, ita ſunt pari numero dimenſiones eius unum numero in potentia, corporum generabilium, & corruptibiliũ: & quemadmodum materia acquirit unitatem nu-

meralem

meralem per formam, ita ſimiliter dimenſiones eius efficiuntur unum numero in actu per formam informantem. Sequitur Commentator [quia inuenimus idem corpus transferri de forma, & ex dimẽſionibus in dimenſiones alias in actu. V.g. quod corpus quod eſt aer transfertur in corpus, quod eſt ignis] hoc eſt oſtenſiuum, quomodo dimenſiones in corporibus generabilibus ſunt unum numero in potentia. & eſt, quia inuenimus idem corpus numero transferri de formam in formam, ut puta corpus aeris de forma eius in formam ignis, & ex dimenſionibus aeris in dimenſiones alias in actu per formam ſcilicet ignis; unde conſiderando illas dimenſiones aeris, ut ſunt interminatæ, ſeu in potentia per intellectum, ſunt communes ideſt unum numero, tam aeri, quàm igni: cum autem induuntur forma ignis, amplius non habent illam unitatem numeralem, atque communem, ſed tantum unitatem ſpecificam atque terminatam. Hic autem remanet unum dubium ſoluere, utrum illa unitas numeralis, dimenſionum in materia per formam, ſit alia realiter ab illa unitate materiæ, quæ per eius formam informantem cauſatur. Et uidetur mihi, quòd non, (ſaluo meliori iudicio) una enim eſt forma materiæ, & dimenſionum, & per conſequens erit eadem unitas numeralis: manifeſtum eſt enim quòd unitas numeralis ſpecifica dimenſionum, ſit per formam; quemadmodum numeralis unitas, ſpecifica materiæ per met ipſam formam. Amplius, quando dicit Commentator, quòd unitas dimenſionum in actu, eodem gradu habetur ſicut unitas materiæ in actu; ſi iſte uir intenderet unitatem ad inuicem diſtinctam realiter, tunc forma, qua dimẽ-

ſiones efficiuntur in actu eſſet alia realiter ab illa forma, qua materia fit in actu. ſed hoc eſt abſurdũ. ergo. patet conſequentia, quia illa unitas dimenſionum in actu, & materiæ eſt per formam. ſed quomodo illæ unitates diſtinguantur ad inuicem, alius eſt ſermo, quem cauſa breuitatis pertranſeo.

tex. 69. *Si igitur hoc corpus, quod eſt commune formæ aeris, & ignis, &c.*

Com. Probat Commentator diuerſitatem numeralem dimenſionum materiæ in actu ſub diuerſas formas, & unitatem dimenſionum materiæ in potentia ad plures actus [ſi igitur hoc corpus, quod eſt commune formæ aeris & ignis, eſſet idem numero in actu, tunc forma eſſet accidens] Animaduertendum eſt, quòd corpus aliquando pro ſubſtantia corporum aliquando pro tribus dimenſionibus accipitur; quo ſecundo modo in hoc præſenti textu Auctor accipere uidetur, quando ait; ſi igitur hoc corpus idest ſi igitur iſtæ dimenſiones materiæ, quæ communes ſunt formæ ignis & aeris eſſent idem numero cum induuntur formis ſubſtantialibus, atque propriis, ſequeretur, quòd forma aduenieus dimenſionibus eſſet accidens; quia accideret enti in actu: illæ enim dimenſiones aeris, quando ſpoliantur forma ſubſtantiali eius, terminãte eas, neceſſe eſt, quod induãtur alia ſubſtãtiali forma terminante; natura enim tex. co. 50. in nihilo efficitur ocioſa, inquit Ariſt. 2. cœli. unde cum dimenſiones mutantur de una forma ad aliã differentem ſpecie, acquirunt etiam alium modum eſſendi, & denique alios terminos in actu: aliter enim unum ſubiectum numero poſſibile diuerſarum formarum eſſet. itaque non magis impoſſibile fuiſſet unum ſubiectum numero diuerſarum formarum

marum eſſe, quàm diuerſas formas ſimul in uno ſubiecto numero ſituari, poſtquam in eo diuerſos modos eſſendi non arguerent; & ſi non arguerent, illud ſubiectum non eſſet unum numero; omnis enim diſtinctio fit a priori. Amplius ſi fuiſſet unum ſubiectum numero diuerſarum formarum in actu, nihil ab eis acquirere poſſet: primo, non actum eſſendi; non magis enim hoc ab una forma ſibi compararet, quàm ab alia; ſecundo actum numeralem, ſi enim fuiſſet unum numero diuerſarum formarũ in actu, non magis hoc haberet ab una forma, quàm ab alia: modo ſi illæ dimenſiones ſuſcipientes, modo unam formam, modo aliam diuerſas ad inuicem, eſſent unum numero, tã ſub una forma, quàm ſub alia; tunc ſequeretur, quòd cum ſpoliarentur una forma, remaneret in eis aliquis actus eſſendi, & nonnulli termini in actu, qui cauſarent eas eſſe unum numero ſub hac, & illa forma aduentitia (dimenſiones enim in actu habent unitatem numeralem ab eo, à quo ſuſcipiunt actum eſſendi, & terminandi in actuata materia) & ſic denique illa forma adueniret enti in actu; itaque per conſequens eſſent formæ ſubſtantiales, ut formæ accidentales, quod eſt impoſſibile, ut patet intuentibus Scholam Peripateticam. Sequitur [& ſi eſſent duo in actu, & tranſmutarentur unum in alterum, neceſſe eſſet corporietatem deſtrui de corpore corrupto, ad non corpus, & corporeitatem generatam generari ex non corpore,] ideſt & ſi eſſent hæc corpora, ſcilicet aeris, atque ignis, duo in actu; ita ſcilicet, quòd illa corporeitas aeris, non ſit ignis, ſed tantum tranſmutabilis de corporeitate aeris in corporietatẽ ignis, neceſſe eſſet illam corporeitatem aeris corrumpi in

ſioni corporeitate, & generari ex non corporeitate; quod eſt impoſſibile, magnitudinem fieri ex non magnitudine. manifeſtum eſt enim omne quod non contingit eſſe contrarium alicui non poſſe generari; generatio enim eſt inter contraria, ut patet in primo de Phyſico audito, ſed corpus non poteſt cõtrariari corpori, ergo non poteſt generari. non datur enim contrarietas in prædicamento quantitatis. & ſic denique corpus non eſt poſſibile tranſmutari in corpus, uel corporeitatem in corporeitatem. Amplius, illud cuius terminus ultimus eſt diuiſibilis per ſe, non poteſt generari: terminus enim generationis eſt indiuiſibilis per ſe, ut inquit Auctor in Commentariis de Phyſico auditu: ſed corporis terminus in quantum corpus eſt, eſt diuiſibilis per ſe, ut manifeſtum eſt, ergo. Amplius omne quod generatur habet formam ſubſtantialem, ut terminum generationis; ſed ſi corpus generaretur, tamen non eſſet poſſibile negare indiuiduũ ex corpore & forma non generari: modo illa generatio corporis, uel eſſet idem cum generatione indiuidui, uel aliud: ſi primum, ergo ad corruptionem indiuidui, corpus corrumperetur: ea enim quæ eadem generatione generantur, eadem etiam corruptione corrumpuntur: ſi ſecundum, ergo alia eſſet forma generationis corporis, & alia generationis indiuidui, & ſic plures formas ſubſtantiales, in uno compoſito poſſibile eſſet ſtruate, quod eſt impoſſibile: nec ualet, quòd ſit alia, & alia reſpectiue; penitus enim eadem generatione generarentur, & eadem corruptione corrumperentur. Sequitur [unde neceſſe eſt eas habere naturam corporalem ſibi communem,] id eſt neceſſe eſt igitur ex his corpora illa, quæ tranſmutantur

ad inuicem, habere naturam corporalem in potentia ſibi communem.

Quærendum eſt igitur, vtrum illa ſit una, aut plures &c. Tex. 70.

Mouet Commentator circa prædicta unum dubium: probatum eſt enim corpora generabilia & corruptibilia habere naturam communem corporalem; ideo quærendum eſt, utrum illa natura communis ſit una, aut plurima; & ſi una, utrũ una potẽtia ſit, aut actu; & ſi plurima, aut ſit multa potentia, aut actu. Animaduertendum tamen eſt, quòd Commentator in ſuperioribus locutus fuit de communitate dimenſionum ad corpora generabilia, ſecundum quòd ſunt eadem numero in potentia ad ipſa corpora, ſicut de communitate materiæ ad formas generabilium. Nunc in præſenti textu mouet, & in ſequenti ſoluet, utrum illa natura communis dimẽſionum, ſit una, aut multa, & hoc pro maiori declaratione præcedentium. Com. Obiectio.

Cogimur igitur ponere unam in potentia, & plures in potentia, &c. Tex. 71.

Soluit prædicta; cogimur igitur ponere ipſam naturam communem, unam in potentia, ſecundũ quòd in potentia eſt ad omnes formas, quibus per intellectum caret, & cogimur ipſam ponere plures in potentia. Ad notitiam horum notandum eſt primo, quòd materia duplicem potentiam in ſui natura conſtituit, unam, quæ remota dicitur, per quam materia eſt in potentia communiter ad omnes formas ſuſcipiendas; hæc eſt illa potentia, gratia cuius materia eſſe una numero in potentia ſæpe à Commentatore dicitur; hæc eſt etiam illa potentia, de qua Ariſtoteles, & Auctor primo de Phyſico auditu Com. tex. co. 82.

inquiunt,

inquiunt, priuatio in materia corrumpitur, non autem potentia. Altera eſt potentia in materia, quæ propinqua dicitur, per quam materia multiplicatur ad multiplicationem formarum; hæc eſt etiã illa potentia, per quam materia dicitur multa in po-
cõ. 11. tentia 12. Metaphy. & primo de Generat. & Cor-
cõ. 22. rupt. Amplius materia dicitur una, & multa numero per eius appetitum naturalem ad formas ſuſcipiendas. ſed quia duplex eſt appetitus materiæ, dicit Scotus, unus aptitudinalis ſecundum quem materia eſt apta nata recipere oẽs formas, & ſic nõ eſt, niſi unus appetitus in materia, ꝑ quẽ materia dicit in vna potẽtia; tot. n. ſunt appetitus ĩ materia, quot ſunt potentiæ in ea: alius autem eſt appetitus materiæ, qui dicitur actualis, ſecundum quem materia actualiter tendit in formam propriam, & ſecundum hunc appetitum dicitur multa in potentia; continue enim tendit in hanc, uel illam formam: cogimur igitur, inquit Commẽtator, ponere unam naturam corporalem, & plures in potentia; eodem enim modo habetur iſta natura corporalis una in potentia, & multa in potentia, quemadmodum ſubiectum eius naturale, quod eſt materia prima, haberi uidetur, ut declarauimus ſuperius, & paulo etiam infra declarabitur ab Auctore. ne autem imagineris materiam primam multiplicari in potentia ut eſt quoddam fundamentum naturæ: nulla enim multiplicatio in fundamento naturæ inueniri poteſt; ſed tantum multiplicatur, ut eſt in poſſe ad ſuſcipiendas formas. Amplius ne imagineris, quòd illa potentia, quæ materia dicitur, uel natura corporalis una, & multa, non ſit alia, & alia numero; illud enim quod diſtinguitur genere, & ſpecie, diſtingui-

tur

tur etiam numero per Ariſtotelem 10. Metaphy. & Auctorem Deſtr. Deſtr. ſed illa potentia, qua materia dicitur una, diſtinguitur ab illa, qua dicitur multa genere atq; ſpecie, ergo & numero. maior patet, minor probatur. corruptibile atque incorruptibile diſtinguitur genere & ſpecie per Ariſtotelē in prę allegato libro: ſed illa potentia qua dicitur materia una, eſt incorruptibilis, primo Phyſicorum, illa autem, qua dicitur multa, corruptibilis eſt 4. Phyſicorum, ergo. Amplius, illud quod multiplicatur altero exiſtente inmultiplicabili, diſtinguitur numero ab eo. hoc patet omnibus habentibus ſanum intellectum. ſed illa potentia, qua dicitur materia una, eſt inmultiplicabilis; illa autem, qua dicitur multa, eſt multiplicabilis 12. Metaphy. ergo. Modo ſequitur Commentator [declarabitur igitur ſecundum hoc, quòd corpora, quæ ſunt hic generabilia & corruptibilia, ipſa componuntur ex ſubſtantia, quæ eſt in potentia, & dimenſionibus exiſtentibus in ea, quæ ſunt in potentia.] Declarat Commentator, quomodo hæc natura corporalis ſit una in potentia, & quomodo multa in potentia. Declarabitur igitur, quòd corpora, quæ ſunt generabilia, cōponuntur ex ſubſtantia, quæ eſt in potentia, & ex dimenſionibus in ea, quæ ſunt in potentia, ad diuerſos terminos, & actus diuerſarum formarum; hoc eſt, ſicut materia dicitur una numero in potentia omnium formarum (plures enim formæ ſubſtantiales habentes eundem ordinem adinuicem, habent eandem materiam numero) ita ſimiliter corpus compoſitum ex ipſa, quæ eſt in potentia, & dimenſionibus in potentia, dicitur unum in potentia; materia enim cū induitur formis, ad quas eſt in potentia, dicitur multa

tex. co. 26. Diſ. 4. ſolu[t]. dubii. cō. 82. cō. 120. tex. cō. 12.

multa in potentia: quælibet enim forma, ad quam materia priuatiue in potentia eſt, conſtituit ſuum actum, hoc eſt illud quod dicit Commentator 2. de Anima, & 2. coeli, diuerſitas materiarum fit propter diuerſitatem formarum, ita ſimiliter de natura corporea intelligitur, quæ cum induitur diuerſis terminis, & actibus diuerſarum formarum, dicitur multa in potentia; quilibet enim actus conſtituit ſuam naturam corpoream terminatiue, non autem effectiue. unde apparet, quòd materia quando exit de potentia ad actum, ſecundum illud, quòd eſt in potentia multa, fit actu multa; multa dico ſecundum quòd multis formis induitur de potẽtia ad actũ; dicitur etiam una ſecundum quòd quælibet forma ſeiunctim conſtituit unitatem in materia, ita ſimiliter de natura corporea conſtat. Sed remanet hic unum dubium, quomodò corpora dicuntur generabilia, atque corruptibilia, cum apud Ariſtotelem corpora generari, atque corrumpi non ſit poſſibile. Ideo notandũ eſt, q aliquid eſſe generabile & corruptibile duobus modis cõtingit eſſe: uno, q a illud tale compoſitum eſt ex duobus principiis generationis, cuiuſmodi compoſita dicuntur, uere generabilia, atque corruptibilia; altero modo, contingit aliquid eſſe generabile & corruptibile, nõ ſecundum compoſitionem, ſed tantum, quia illud tale habet principium, ut purã materiam, quæ continue ſpoliatur formis generabilibus, & induitur alijs. itaque illud dicitur generabile atque corruptibile reſpectu illius principij, quod eſt cauſa generationis & corruptionis. hoc modo igitur hæc corpora inferiora dicuntur generabilia atque corruptibilia. Amplius, animaduertendum eſt, quòd aliud eſt corpora

ra generari, & aliud corpora eſſe generabilia; primus modus negatur iuxta doctrinam Auerrois, alius autem conceditur,& negatur quòd ad poſitionem ſecundi primum ſequatur. Sequitur Commentator[unde dicit Ariſtoteles, quòd materia nõ habet eſſe in actu,niſi ſecundum quòd uidetur]'nfert ex his,quæ dixerat, concluſionem quandam ſecundum mentem Ariſtotelis 12. Metaphy. quòd materia non habet eſſe in actu, niſi quando ſentitur,ſcilicet per formam actuantem, & reducentem materiam ad unitatem numeralem in actu.

Cum uero cœleſte cum tranſmutatur ſecundum ſubiectum, &c. Tex. 62.

Com.

Poſtquam Commentator oſtenderat conditiones dimenſionum, atque materiæ corporum generabilium;nunc in hoc textu incipit oſtendere differentiam,atque conuenientiam horum,quo ad corpora cœleſtia ex parte corporum in quantum corpora [corpus uero cœleſte cum non tranſmutatur ſecundum ſubiectum, neceſſe eſt componi ex ſubſtantia in actu,& dimenſionibus in actu,]ideſt corpus autem cœleſte cum ſit intranſmutabile ſecundum ſubiectum, à quo fit tranſmutatio rerum neceſſe eſt componi ex ſubſtantia in actu, cuius natura non eſt poſſibilis tranſmutari ad actum ſubſtantialem, & ex dimenſionibus ſimiliter in actu quarum natura non eſt in potentia ad diuerſos terminos,& ad diuerſos actus diuerſarum formarum. Sequitur[& ideo eſt ingenerabile,& incorruptibile,] ideſt propter id, corpus cœleſte ingenerabile, atque incorruptibile conſtat eſſe:cauſa enim maxima generationis & corruptionis eſt hæc,tranſmutatio ſubiecti de non eſſe actus,ad eſſe actus;uel de eſ-

ſe actus, ad non eſſe actus. Sequitur [& cum ita ſit, corpus cœleſte eſt materia recipiens formam cœli, hoc modo, quo declaratum eſt de hac materia, ſcilicet de conuenientia cum materia generabili, atque corruptibili in aliquo, & diuerſitate eius ab ea in aliquo,] ideſt ſtantibus iſtis terminis, corpus cœleſte eſt materia recipiens formam ideſt ſubſiſtens formæ, ut proprio motori; eo modo, quod declaratum eſt, ſcilicet ſecundum conuenientiam, atque differentiam eius ad materiam generabilium & corruptibilium: ſecundum conuenientiam, corpus enim cœleſte non aſſimilatur materiæ niſi quia eſt fixum ad recipiendum formam; ſecundum differentiam autem. materia enim corporum cœleſtium eſt ſubiectum in actu, & ſubiectum fixum formæ recipienti, quia eſt intranſmutabile. Sequitur [nam in utroque etiam eſt materia ſecūdum quòd uidetur, & ſimiliter etiam ſecundum quòd inuenitur in eis potentia ad motum in loco; & ſi in corpore cœleſti non ſit potentia ad traſmutationem [aſſignat rationem Commentator, quare corpus cœleſte eſt materia (ex qua ratione oſtendit etiam, quòd corpus cœleſte, non tantum ſit materia, ſed etiam ſit aliquod, receptiuum in quantum materia alicuius formæ: materia enim non poteſt imaginari ſiue ſit in actu, ſiue in potentia, abſque ſua forma, uel perficiente, uel aſſiſtente) corpus autem cœleſte propter id eſt materia; nam in utroque ſcilicet, tam ſuperiori, quàm inferiori corpore reperitur, uel aliqua ratio materiæ, ſcilicet ſecundum, quòd uidetur ideſt ſecundum quòd ſentitur ſenſu uiſus; corpus enim cęleſte habet dimenſiones ſenſibiles materię, & ſimiliter etiam habet materiam, quia in eo potentia

tia

Digitized by Google

tia ad motum localem inuenitur:propria enim diſferentia materiæ eſt potentia in quantum materia, ſi enim in corpore cœleſti ſit potentia illa ad tranſmutationem, fuiſſet profecto generabile, atque corruptibile.

Et ſubſtantiæ exiſtentes in ſubſtantijs exiſtētibus, &c. Tex. 73. Com.
Poſtquam Commentator reſumpſit in præcedentibus textibus differentiam, atque conuenientiam corporum generabilium atque corruptibilium, corporumque cœleſtium ex conditionibus pertinentibus ad corpus, Nunc reſumit ea, in quibus differant iſta corpora ex parte formarum exiſtentium in eis[& ſubſtantiæ exiſtentes in ſubſtantiis exiſtentibus in corpore cœleſti, non ſunt potentia ad tranſmutationem,]ideſt & ſubſtantiæ, ut puta animalia exiſtentia in ſubſtantiis exiſtentibus.i. indiuiduantibus cęleſte, corpus non habent potentiã ad tranſmutationem. Sequitur[ut ſubſtantiæ exiſtentes in ſubſtantiis exiſtentibus in corpore generabili & corruptibili;]ideſt non ſunt iſtæ potentiæ corporum cœleſtium poſſibiles ad tranſmutationem, quē admodum ſubſtantiæ, ideſt animalia exiſtentia in ſubſtantiis exiſtentibus, in corpore generabili, & corruptibili.& hoc, quia non habent materiam, ut potentiam ad tranſmutationem. Sequitur[& ſimiliter eſt in corpore cęleſti,]ideſt & quemadmodum conuenientia inter corpora cœleſtia cum iſtis inferioribus, ex parte corporum ut oſtenſum eſt comparatur; ita animalia cœleſtia conuenientiam cum iſtis inferioribus ſortiuntur ex parte animæ. Sequitur[declaratum eſt enim de eis, eas eſſe conuenientes cum formis generabilibus, & corruptibilibus in aliquo,& aliquo differentes ab eis,]ideſt declara

Digitized by Google

tum eſt enim in ſuperioribus de iſtis ſubſtantiis; conuenientes eſſe cum formis generabilibus, atque corruptibilibus ideſt animabus animalium inferiorum, in hoc ſcilicet, quòd ſicut illæ dant corporibus cœleſtibus motum localem, deſiderium, atque intellectum, figuramque nobiliſſimam; ita animæ animalium inferiorum corporibus ſibi ſubiectis, motum localem, deſiderium, atque intellectum figuramque propriam tribuunt. declaratum eſt etiam, quòd ipſæ ſunt differentes in aliquo ab eis, in hoc ſcilicet, quia animæ animalium cœleſtium non ſubeunt in eſſe per ſua corpora, nec eſſe dant ſuis corporibus; quemadmodum animæ animaliũ inferiorum. Sequitur [& ex hoc modo, id, quod congregatur hic ex anima, & corpore, dicitur analogice, cum hoc, quòd illud, quod congregatur illic ex corpore & anima dicitur non æquiuoce animal, ſed ſecundum prius & poſterius,] ideſt & ideo animal, quod congregatur ibi ex anima & corpore dicitur analogice, cum hoc animali, quod hic congregatur ex ſui anima & corpore. ſed quare non æquiuoce? aliter enim unum nomen, & definitionem diuerſa haberent, quod eſt falſum. Quia illud, quod ſignificat diuerſa, ſecundum diuerſas rationes ordinatas, eſt analogum: ſed animal, quod prædicatur de ſuperiori atque inferiori, eſt huiuſmodi, quia ſignificat animal cœleſte, ſecundum diuerſas rationes ordinatas, ſecundum prius & poſterius, ſcilicet animal ſuperius incorruptibiliter, & inferius corruptibiliter.

Tex. 74. *Et ideo neceſſe eſt in talibus naturis ut prius ſit cauſa poſterioris &c.*

Com. Infert concluſionem Commentator ex his, quæ dixe-

dixerat [& ideo neceſſe eſt in talibus naturis; ut prius ſit cauſa poſterioris, ut declaratum eſt de hac natura alibi,] ideſt & ideo neceſſe eſt, quòd in talibus naturis, ſcilicet ſuperioribus, atque inferioribus prius in genere ſit cauſa poſterioris in eodem genere, ut declaratum eſt de hac natura alibi, ut puta in 2. Metaphy. 2. Poſt. & 8. Metaphy. ſequitur [V. g. illa, quæ dicuntur calida, ſed diuerſantur ſecundum magis & minus] declarat, quid dictum eſt de hac natura alibi. V. g. illa, quæ dicuntur calida diuerſantur ſecundum magis & minus: illud enim quod eſt propinquius primo calido calidius eſt, quàm illud, quod eſt remotius; & illud primum calidum prius eſt calidum, quàm ea, quæ ſunt poſt eũ: ita ſimiliter in naturis ſuperioribus, atque inferioribus intelligendum eſt, quia manifeſtum eſt, ut inquit Auctor 2. Metaphy. quòd unumquodque principiorum in unoquoque genere eſt proprie cauſa eorum, quæ dicuntur de aliis rebus collocatis in illo genere de diſpoſitionibus, in quibus côueniunt illæ res nomine atque definitione, cum principia in unoquoque genere ſint cauſæ eſſe eorum generum, & eſſe omnium, quæ dicuntur illorum generum, ſecundum quòd ſint in illis generibus. & cum ita ſit, manifeſtum eſt, quòd primum in quolibet genere magis eſt dignum habere hoc nomen eſſe, & eius definitionem, quàm ea, quorum eſt cauſa, ſecundum illud genus, V. g. ignis eſt cauſa in rebus calidis, ideo magis eſt dignus habere hoc nomen calidum, & eius intentionem, quàm omnia calida. Auctor ad hoc propoſitum, ibi.

cõ. 4. cõ. 5. cõ. 7. cõ. 4.

Quoniam igitur cœlum componitur ex materia & forma, &c. Tex. 70.

Colli-

Com. Colligit ea, quæ in hoc ſecundo capite dixerat Commentator; ideo alia expoſitione hęc uerba nō indigent; manifeſta enim ſuapte natura ſunt.

Tex. 76. *Remanet igitur declarare in quo differunt hæc duo genera, &c.*

Com. Poſtquam Commentator determinauit de conuenientia, atque differentia corporum cœleſtium, atque inferiorum, quo ad eorum eſſentialia attributa; nunc ab hoc præſenti textu tranſit pertractare de conuenientia, atque differentia corporum cœleſtium, ac inferiorum; quo ad eorum accidentia accidentaliter emanantia.

Tex. 77. *Differunt in natura paſſiua, quæ dicitur alteratio, &c.*

Com. Tangit in præſenti, & primo huius materiæ textu, in quibus accidentibus iſta duo genera, ſcilicet cœlum, & inferiora corpora differre uideantur [differunt in natura paſſiua, quæ dicitur alteratio, & conueniunt ſecundum accidentia, ſecundum quæ non tranſmutatur ſubſtantia,] ideſt differunt iſta duo genera, ſcilicet cœleſtia, atque inferiora in natura paſſiua, quæ dicitur alteratio: corpora enim cœleſtia alterantur perfectione, & non paſſione, quemadmodum intellectus ab intellectione alterari uidetur, ut inquit Auctor 2. ac. 3. de Anima: in corporibus enim non habentibus materiam, alteratio non dicit euaſionem patientis ad deſtructionem, ſicut in habentibus materiam; & conueniunt ſecundum accidentia, ſecundum quæ non tranſmutatur ſubſtantia, quemadmodum raritatem, diaphaneitatem illuminationem contigit eſſe, & alia huiuſmodi. Sequitur [hæc enim alteratio, ſecundum quam tranſmutatur ſubſtantia alterati, uidetur eſſe propria corpo-

Vide de hac materia ſimplicium 1. cęli. com. iuxta cū 24. cō. 57. cō. 28.

Digitized by Google

corporibus, quorum ſubſtantiæ admiſcentur potentiæ, ut ſunt corpora generabilia, & corruptibilia,] ideſt hæc enim alteratio, quæ eſt tranſmutatio ſubſtantiæ: alterationis enim duę ſunt ſpecies, ut dicit Themiſtius primo Phyſicorum, in expoſitione tex 63. & Commentator 2. Phyſicorum, altera, quæ in qualitate paſſiua conſiſtit, & iſta proprie dicitur alteratio; alia quæ pertinet ad ſubſtantiam, & iſta proprie dicitur tranſmutatio ſecundum ſubſtantiam, & communiter alteratio 4. cœli. quæ quidem non reperitur, niſi in corporibus habentibus materiam in potentia, ut ſunt generabilia, atque corruptibilia corpora. hoc eſt illud, quod inquit met ipſe Commentator 8. Phyſicorum, & primo cœli. materia, quę eſt in potentia cauſa eſt alterationis paſſiuę, quæ dicitur tranſmutatio. com. 1. cõ. 11. cõ. 24 cõ. 12. cõ. 20.

Accidentia uero, quæ non tranſmutant ſubſtantiã, &c. Tex. 78.

Aſſignat hæc accidentia communia utrique corpori, non tranſmutantia ſubiecta eorum [accidentia uero, quæ non tranſmutant ſubſtantiam deferentis, ſunt communia utrique corpori,] ideſt accidentia autem ſecundum quæ non tranſmutatur ſubſtantia deferentis ideſt ſubſtantia, quæ reperitur in ſubiecto deferente, ſunt communia utrique corpori. & recte deferentis; apud enim Auer. materia prima accipitur, ut aliquod uehiculum deferens formam rei. Et notandum eſt hic, quòd differenter habetur aliquid naturam communem ad aliqua comparare, & naturam eandem ad aliqua habere; analogata enim poſſunt ſortiri aliquam naturam communem, ut manifeſtum eſt per accidentia hæc communia utrique corpori; tamen non poſſunt aliquam naturam unam, ſiue eandem comparare: ali-

ter

ter enim accidens, atque ſubſtantia eandem naturam haberent. Nec ualet illud, quod dicit Ariſt. 2. de Anima, de diaphaneitate; ſed quia eadem eſt natura in utroque eorum, &c. quia intelligendum eſt ly. eadem, communem, ut clare exponit ibi Commentator. ideo non bene dixit Zimara in tabulis ſuis, contra Themiſtium, quòd ſecundum eum 2. de Anima, in expoſitione tex. 30. terminus analogus, non importat unam naturam communem analogatis; quia ſalua pace tanti uiri, uidetur mihi Themiſtium non intelligere, quòd terminus analogus, non importet unam naturam communem analogatis, ſed tantum, unam naturam atque communē analogata non habere, quæ in omnibus æqualiter ſit ſuſa, quod nihil aliud eſt, quàm habere eandem, ſiue unam naturam: habere autem analogata naturam communem, uerum eſt iuxta intellectum Themiſtii in expoſitione tex 68. 2. de Anima; quemadmodum hæc accidentia analogata communia utrique corpori, ſecundum Commentatorem habere uidentur. Sequitur [& primum iſtorum eſt motus localis,] id eſt & primum iſtorum accidentium non tranſmutantium ſubſtantiam deferentis, eſt motus localis; ſubiectum enim motus localis eſt ens in actu, ut inquit Ariſt. 5. Phyſicorum. & ſi motus traſmutaret ſubſtantiam mobilis, tunc mobile in quolibet ubi poſſet habere infinitas ſubſtantias, ſeu formas, quod eſt abſurdum. Sed cur iſte motus localis hic à Commentatore primum accidentium non tranſmutantium ſubſtantiam deferentis dicitur? quilibet enim alius motus, ſiue alterationis, ſiue augumentationis, ſemper quoquo modo tranſmutat ſubiectum deferentis in ſubſtantia ſecundum

tex. cō. 68.

tex. cō. 8.

Digitized by Google

dum Ariſt. in libro de Generatione & corruptione, præter motum localem, qui ſemper, & in quolibet tempore ſubiectum ſuum perfectum, atque integrũ ſeruat. Sequitur [& diaphaneitates,] id eſt & diaphaneitates non tranſmutantes ſubiecta ſua [& qualitates, quas ſequuntur iſta, ſcilicet raritas, & denſitas] & huiuſmodi qualitates ſcilicet raritas & dẽſitas, conſtat eſſe, quæ ſequuntur diapaneitates; raritas enim & denſitas ſunt cauſæ diaphaneitatis, ac denſitatis: diaphanum enim eſt tranſparens, quia ſi fuiſſet denſum, non fuiſſet tranſparens; quantoque corpus eſt denſius, tanto magis declinat à natura diaphana, ut patet in elementis a primo ad ultimum. conſtat igitur, quod raritas & denſitas ſunt qualitates id eſt in prædicamento qualitatis ſecundum Ariſt. (licet oppoſitum antiqui exiſtimarint, ut teſtatur Auctor. in Paraphr. 3. de cœlo, ſumma 3. parte 2.) ſequentes diaphaneitates. Sequitur [uidetur enim quòd raritas, & denſitas cauſæ ſunt ferè diaphaneitatis, & non diaphaneitatis,] id eſt propter id raritas & denſitas cauſæ ſunt diaphaneitatis, & non diaphaneitatis. perſpicuum enim tanto clarius uidemus eſſe in corporibus, quanto ipſa corpora ſunt magis rara, & tenuia, & tanto ſunt minus diaphana, quanto ſunt magis denſa: duæ enim cauſæ contrariæ non poſſunt eſſe unius effectus. Et animaduerte illud, quod dicit Commẽtator (ferè) quia hic non probat hæc per certitudinem, niſi tantum in 2. cœli. Sequitur [ſed tantum dicuntur utræque in utroque corpore, ſecundum prius & poſterius, ſicut dicitur corporeitas,] id eſt licet iſta accidentia ſint communia in utroque corpore, tamen differũt in hoc; quia hæc accidentia conueniunt eis ſecun-

dum prius & poſterius:prius enim dicuntur de cor
cō. 42. pore cœleſti,quàm de inferiori;raritas enim corporum cœleſtium,atque diaphaneitas, ſunt cauſæ horum inferiorum. Sed remanet hic una contradictio in dictis Commentatoris; inuenio enim eum in 2. cœli dicentem quòd raritas & denſitas, quæ ſunt in corporibus cœleſtibus, æquiuoce dicuntur cum illis, quæ inueniuntur in elementis. Soluitur.
cō 31. Auctor. 7. Phyſicorum inquit, quòd æquiuocationum aliæ ſunt multum diſtantes; aliæ uere habentes quandam ſimilitudinem;aliæ uero proximę aut genere, aut ſimilitudine:in hoc autem ultimo genere æquiuocationum, uidetur intelligere Commentator analogiam. ea enim quæ uniuoce conueniunt non ſunt uere proxima genere, ſed unum & idem in eodem. ergo, quando dicit 2. cœli, quòd raritas & denſitas æquiuoce dicuntur, ly æquiuoce, analogice intelligere potes. itaque ſoluta eſt contradictio uerborum.

Tex. 79. *Et ſimiliter conuenit in illuminatione, & obſcuritate, &c.*

Com. Proponit in hoc textu, in quibus accidentibus corpora cœleſtia cum iſtis inferioribus communicare uideantur. & rationem propoſiti aſſignat in ſequenti textu [& ſimiliter conueniunt in illuminatione, & obſcuritate,] id eſt & ſimiliter corpora cœleſtia conueniunt cum iſtis inferioribus in illuminatione, & obſcuritate [ſed hæc magis uidetur dici æquiuoce, quàm ſecundum prius & poſterius [ſed hæc corpora non conueniunt in eis, ſicut in raritate, atque denſitate, ſed magis æquiuoce. in quibus enim non eſt poſſibile prædicatum commune eſſentiale concedi, ibi non eſt poſſibile analogiam da-

re:

re: ſed in illuminatione, atque obſcuritate impoſſibile eſt commune prædicatum eſſentiale. ergo ibi non poteſt analogia concedi, nec denique uniuocatio ex 4. Metaphy.

Lux enim uidetur in hoc corpore igneo diaphano ſimplici, &c. Tex. 80.

Declarat, quare illuminatio, atque obſcuritas uideantur magis dici æquiuoce, quam ſecundũ prius, & poſterius [lux enim uidetur fieri in hoc corpore igneo diaphano, quando agit in corpore denſo, & admiſcetur cum eo,] ideſt quia lux in hoc corpore igneo diaphano, quod eſt ſub concauo orbis lunæ, qñ, agit in corpore denſo ideſt opaco atq; terreo, & admiſcetur cum eo: ea. n. quæ habent unũ nomẽ & vnũ non eſt cauſa alterius, potius ſunt æquiuoca, q̃ analogica: ſed huiuſmodi comparantur ad inuicem, illuminatio, atque obſcuritas in inferioribus corruptibilibus, & ſuperioribus æternis: ergo prius illuminatio in ipſis dicitur æquiuoce, quàm analogice; & illuminatio prius non dicitur de corporibus cœleſtibus, quàm de inferioribus. ſicut enim iſta inferiora non dicũtur luminoſa, niſi prius extent denſa; ita ſimiliter nec corpora ſuperiora luminoſa dicuntur, niſi prius extiterunt denſa. Notandum tamen eſt unum documentum ad clariorem notitiam huius textus, quòd aliud eſt corpus eſſe lũminoſum, & aliud eſſe illuminoſum; corpora enim cœleſtia, ut orbes, nõ dicuntur eſſe luminoſa, nihil enim luminoſum, niſi denſum; ſed melius illuminoſa: natura enim corporum cœleſtium, ut inquit Auctor 2. de Anima, ſemper eſt illuminata, quod cõ. 69. dupliciter poteſt intelligi, uel illuminata, ut luminoſa euadant, uel illuminata; tamẽ luminoſa quod

Com.

non ſint:primo autem modo, corpora cœleſtia, ut orbes non ſunt illuminata, niſi tantum ſidera; ſecundo autem modo planè conſtat: ideo non ualet imaginatio quorundam Philoſophantium, qui arbitrantur corpora cœleſtia ut orbes eſſe luminoſa, aſſerentes, quia orbes ſunt de natura aſtrorum, & ſi aſtra ſunt luminoſa à ſe, neceſſe eſt, quòd & ipſi orbes ſint luminoſi a ſe. ſed neſciunt miſeri bene uerum eſſe orbes de natura aſtrorum, quo ad ſubſtantiam, non quo ad accidentia; oportet enim quòd corpora luminoſa ſint denſa. Sequitur [& cauſa illuminationis partium corporis cœleſtis, ſcilicet ſtellarum, uidetur eſſe denſitas illius partis diaphanæ in actu ex orbe,] ideſt licet lux in corpore igneo diaphano, non appareat dum eſt ſub concauo orbis lunæ, ut in proprio loco; ueruntamen alia eſt cauſa illuminationis partium integralium corporis cœleſtis, ſcilicet ſtellarum atque lunę: quam quidem cauſam denſitatem illius partis diaphanæ in actu ex orbe conſtat eſſe; non quòd denſitas illa ſit cauſa effectiua illuminationis, ſed quod tantum ſuſceptiua: cauſa enim eſt, quòd ſtellæ luminoſæ fiunt: ſtellæ enim nihil aliud ſunt, niſi pars denſa corporum cœleſtium. ac ſi diceret Commentator, quòd alia eſt cauſa illuminationis ſtellarum, & alia ignis, qui ſub concauo orbis lunæ reperitur. ignis enim fit illuminoſus, dum admiſcetur corpori terreo atque opaco: ſtellæ autem non fiunt illuminoſæ cauſa admixtionis corpori denſo, ſed propter id, quia ſuapte natura ſunt denſæ, quarum cauſa illuminationis ſuſceptiua eſt denſitas; & ideo cum ibi ſint diuerſę cauſę illuminationis, atque luminationis, nec unum eorum ſit cauſa alterius, neceſſe eſt, quòd illu

mina-

minatio magis dicatur æquiuoce de eis, quàm ſecundum prius & poſterius. Sequitur [& hoc apparet in ſtellis, quæ eclipſant ſe ad inuicem, & hoc bene apparet in luna,] ideſt & apparet hoc in ſtellis, quòd denſitas illa ſit cauſa illuminationis, cum pręcipue ad inuicem ſe eclipſant; nihil enim eclipſatur, niſi denſum, nihilque eclipſatur niſi luminoſum, & ſic per conſequens non poſſunt illuminoſæ euadi, niſi prius denſæ extiterint, & hoc bene apparet in luna ideſt in macula lunæ: pars enim illa nõ fit illuminoſa propter carentiam denſitatis in illa parte; unde bene inquit Albertus in quæſt. de Homine, cauſa lucentiæ non eſt naturæ cœli, nec etiam naturæ ignis; aliter enim cœlum in omni ſua parte luceret, & ſimiliter ignis in tota ſphęra ſua. ſed oportet partes eſſe conculcatas, & propinquas adinuicem. Sequitur [& cum ita ſit, ſtellarum & cœli ſubſtantia eſt eadem natura ſecundum quòd omnes antiqui dicunt, & ut narrauit Ariſt. in libro cœli,] ideſt poſitis iſtis terminis, ſcilicet, quòd lumen in ſuperioribus & inferioribus non ſit eiuſdem rationis & eiuſdem naturæ; tamen ſtellarum & cœli ſubſtantiam eiuſdem rationis & eiuſdem naturæ conſtat eſſe, ſecundum quod omnes antiqui dicunt, ut narrauit Ariſt. in libro cœli. Et animaduerte, quòd aliud eſt aliquid eſſe eiuſdem rationis, & naturæ, & aliud eiuſdem naturæ & eiuſdem rationis: ſtellæ enim & orbes earum ſunt eiuſdem rationis ideſt eiuſdem ſpeciei, quia ſunt de ſubſtantia eiuſdem orbis & eiuſdem naturæ, ſed non eiuſdem rationis cum orbibus alienis. ſicut enim orbes ad inuicem comparantur, ita eorum ſydera neceſſe eſt cum eis comparari; ſed orbes adinuicem non ſunt eiuſ-

eiuſdem rationis per Auctorem in 5.cap.huius; igitur ſtellæ non ſunt eiuſdem rationis cum orbibus alienis; licet ſint eiuſdem naturæ: unum enim non eſt magis incorruptibile, quàm aliud. Sequitur [& corpus cœleſte ſecundum hoc eſt diaphanum per ſe è contrario corporibus diaphanis, quæ ſunt hic, quæ ſunt diaphana in actu apud præſentiam lucis] hæc uerba Commentatoris meliorem expoſitionem non poſſunt habere, quàm illam, quæ tradita

tex. cõ. 69. eſt ab eodem ſuper tex. Ariſt. 2. de Anima dicente quòd natura diaphaneitatis exiſtens in corpore cœleſti, ſemper aſſociatur illi, quod facit eam diſpoſitionem in actu; & ideo nunquam cœlum diaphanum in potentia, ſicut ea, quæ ſunt inferius, cum quandoque ſit lucidum præſens, & quandoque nõ; iſta autem natura cœleſtis ſemper eſt illuminata. & hoc declaratur etiam, quòd colores non acquirunt habitum à luce; lux enim non eſt habitus niſi corporis diaphani. hæc Commentator.

Tex. 81. *Et partes diuerſantur in hoc diaphaneitate, & non diaphaneitate, &c.*

Com. Poſtquam Commentator oſtendit illuminationem corporum cœleſtium per differentiam illuminationis corporum inferiorum, & diaphaneitatis ſimiliter, Nunc in præſenti textu his omiſſis, declarat etiam, quomodo corpora cœleſtia diuerſificentur adinuicem in diaphaneitate, & non diaphaneitate, quomodoque lumen differenter reperiatur in diuerſis partibus cœli [& partes diuerſantur in hoc in diaphaneitate, & non diaphaneitate; ita, ꝙ in eis ſit aliquit ſimile colori, ſicut in Galaxia,] ideſt & partes cœli diuerſantur in diaphaneitate, & non diaphaneitate, ita quòd ſint aliquæ partes diaphanæ

phanæ ſimiles colori, ſicut in Galaxia apparet, ac ſi diceret Commentator, quòd in cœlo magis diaphanum & minus diaphanum reperitur: magis dico, ubi non reperitur denſitas; minus autem, ubi reperitur minor raritas, & maior denſitas, ut apparet in Galaxia octauæ ſphæræ, quæ pars cœli minus eſt diaphana, quàm ubi nulla pars denſa reperitur, ſed magis, quam ubi maior denſitas extat, ut patet in luna, & in aliis ſtellis plus lucentibus quam aliæ; quæ quidem Galaxia pars diaphana habet neſcio quid ſimile colori, ut puta lacteo atque albo: omne enim diaphanum, quod eſt omnino denudatum à coloribus, uel ab aliquo ſimile colori, eſt magis diaphanum, quam illud quod eſt per oppoſitum ex mente Ariſt. 2. de Anima. ideo Galaxia eſt minus diaphana pars cœli, quàm aliæ partes octauæ ſphæræ; cuius definitionem habemus apud Albertum in primo libro Metheorum & eſt definitio Ariſtotelis, Galaxia eſt lumen diffuſum, & protenſum ex radiis plurimarum ſtellarum ſe mutuo fermè tangentium in denſioribus partibus octauæ ſphæræ. Sequitur [& luna uidetur eſſe denſa & obſcura, & recipiens lumen ab alio, ſcilicet a Sole] declarat, quomodo lumen reperiatur in diuerſis partibus cœli, ſecundum raritatem & denſitatem, quando dicit, & luna uidetur eſſe denſa ſecundum naturam ſuam recipientem lumen a Sole; ac ſi dixiſſet Commentator quòd iſtam partem cœli, quæ eſt luna, denſiorem, ac obſcuriorem in ſua natura conſtat eſſe, quod non apparet in aliis ſtellis, ut inquit met ipſe Auctor 2. cœli: unde eius lumen eſt receptiuum ab alio, ſcilicet a ſole; & ideo cum diuerſificantur partes cœli, ſecundum diaphanitatem, illuminationem & obſcuritatem,

tex. cō. 68.

Trac. 2. cap. 5.

cō. 49.

non

non eſt remotum partes lunæ diuerſificari in receptione luminis a ſole. Sequitur[& in libro de Animalibus dixit Ariſt. quòd natura eius eſt unigenea naturę terræ, pluſquàm cæterarum ſtellarum,]ideſt propter id Ariſt. dixit in lib. de Animalibus, quòd natura eius ſcilicet lunæ eſt unigenea naturę terræ, tum quia eſt denſior, tum quia eſt obſcurior cæteris ſtellis, ut uidetur in macula eius. Ex quo colligitur quòd quemadmodum corpora cœleſtia ad inuicē diuerſificantur in raritate & denſitate; ita neceſſe eſt diuerſificari in receptione luminis à ſole; ſcilicet, quòd quanto corpus eſt denſius alio corpore, tanto magis fit luminoſius à ſole; & quanto corpus eſt obſcurius, tāto fit luminoſius à ſole. & hoc manifeſtum eſt: ſi enim luna haberet aliquid luminis ex ſe, & a ſe; luminoſior a ſole non poſſet fieri: aliter enim ſequeretur, quod ignis luminoſior fieret a ſole, quod repugnat ſenſui. Sequitur[& forte corpora cœleſtia diuerſantur in raritate, & denſitate, quæ ſunt cauſa illuminationis & obſcuritatis; licet hæc non inueniantur niſi in luna tantum,]ideſt, ex hoc apparet, quòd corpora cœleſtia forte diuerſantur in raritate & denſitate; quæ quidem raritas atque denſitas ſunt cauſa illuminationis. quanto enim corpus eſt denſius, tanto fit illuminoſius a ſole, & quanto rarius, tanto obſcurius; licet hæc non inueniantur niſi in luna. maxime enim inter corpora cœleſtia, reperitur in ea, pars & denſa & obſcura; denſa ut ſuſcipiens illuminationem, rara ut prohibens illuminationem. Et animaduerte ad illud, quod dicit Commentator (forte) quia hic non inducit rationes probantes hanc materiam. Sequitur[ſecundum igitur hoc eſt intelligendum, ut mihi uidetur

tur

tur diſpoſitio atque illuminatio corporum cœleſtium] concludit Commentator intentum ſuum, ſecundum igitur hunc modum intelligendum eſt corpora cœleſtia eſſe diſpoſita in illuminatione.

Et de accidentibus cōuenientibus corpori cæleſti, &c. tex. 82. Com.

Poſtquam Commentator declarauit, quomodo raritas, diaphaneitas, & non diaphaneitas, conueniant corporibus cœleſtibus; quomodoque raritas, ac denſitas ſint cauſa illuminationis, tam in ſuperioribus, quàm in inferioribus; & quomodo denique lumen in diuerſis partibus corporum cœleſtiũ reperiatur; nunc his derelictis incipit oſtendere, quomodo calefacere conueniat corporibus cœleſtibus & inferioribus ſub conuenientia atque differentia [& de accidentibus conuenientibus corpori cœleſti, & generabilibus & corruptibilibus eſt calefacere,] ideſt & de accidentibus, in quibus corpora cœleſtia, atque generabilia communicare uidentur, eſt maxime calefacere; & hoc ſub conuenientia primo [& Ariſt. dicit, quòd corpora cœleſtia non calefaciunt, ſecundum quòd ſunt calida, ſed ſecundũ uelocitatem motus] Notandum tamen eſt primo, quòd corpora aliqua ſecundum uelocitatem motus tripliciter calefacere poſſunt: primo, ſecundum quòd motus ille calorem intrinſecum naturalem excitare uidetur; & hoc accidit in animalibus habentibus cor, uel aliquid loco cordis: & ideo licet ibi motus præſupponat aliquid, cuius cauſa calefactio in mobili ſubiecto fit; nihilominus hoc calefieri motui ſingulariter attribuitur; motus enim eſt unde facta eſt excitatio caloris in corpore mobili: alio modo calefiunt corpora ſecundum uelocitatem motus, ſecundum quòd in mobili non excitatur ca

ſor ad calefactionem fiendam; ſed tantùm ſecundum quòd calor mobilis medij excitari uidetur, à quo calor, uel calefactio in mobili ſubiectiuo motui introducitur ut ab extrinſeco illo agente, ut ſagitta directa uelociter motu reſoluit plumbum; ille enim motus calorem aeris, ut mobilis medii excitare uidetur; unde deliquatio plumbi ſagittæ fit. Et animaduerte, quòd ille motus, ut eſt motus, non excitat calorem aeris, quia eſt ſimplex, ſed ut eſt motus mobilis mediante quo confricantur partes aeris calidi: Tertio modo corpora calefaciunt ſecundum uelocitatem motus; ita ſcilicet, quòd ex ueloci motu eorum cauſatur quædam confricatio per contactum uirtualem in corpore mobili habente de qualitatibus actiuis calorem; unde ex nimia illa confricatione calefactio in illo mobili generari uidetur, abſque hoc, quòd illud corpus actiuum calefactione patiatur; quo modo corpora cœleſtia apud Ariſtotelem 2. cœli calefacientia ex ueloci motu eorum aerem conſtat eſſe; ita quòd calor cauſatus ab eis ex confricatione partium aeris fit, quorum cauſa calefactio illa generatur in aere, excitato calore eius intrinſeco, abſque hoc quòd corpora cœleſtia calefiant: non habent enim materiam, quæ eſt cauſa alterationis paſſiuæ, ut inquit Ariſt. 8. Metaphy. & primo cœli. iſte autem ultimus modus cauſandi calorem in corpore mobili ex uelocitate motus eſt perfectior, quam duo primi: tum quia illa corpora agendo patiuntur, tum quia in ipſis & præcipue in ſecundo mobili ex ueloci motu eius per contactum Mathematicum confricare partes medii uidetur; cuius cauſa calefactionē generari cōſtat. In hoc autem ultimo, confricatio illa aeris potius ex ueloci

tex. cō. 42.

tex. cō. 12. tex. cō. 20. 21.

motu,

motu, quàm ex contactu mobilis uelocitati cauſatur; & illi primi duo modi corporum calefaciendi, ſecundum quòd corpora mobilia fiunt calida cauſantur. Vltimus autem fit ſecundum quòd corpora huiuſmodi calefactionis ſunt principia, non poſſibilia calefieri, ſecundum materiam propriam eorum, ſed tantum ſecundum uelocitatem motus: hoc eſt illud, quod inquit Auctor in hoc textu de mente Ariſt. 2. cœli. corpora cœleſtia non calefaciunt ſecundum quòd ſunt calida, ſed tantum ſecundum uelocitatem motus eorum: qua propter animaduerte, quòd hic corpora cœleſtia, pro aſtris corporum cœleſtium intelliguntur: tum quia neceſſe eſt, ut dicit Auctor, quod denſius ſit fortioris actionis, & rarius debilioris, & ideo neceſſe eſt, q pars orbis in qua eſt ſtella maioris actionis ſit in aerem uicinantem illi, quàm pars in qua non eſt ſtella. propterea ſtellæ ex uelocitate motus ſunt fortioris actionis, ſcilicet confricare aerem ad calefactionem fiendam. Modo ſequitur Commentator [& ratiocinatur in hoc ex hoc, quod accidit in ſagitta directa, & reſoluit plumbum, quod eſt in ea,] ideſt & ratiocinatur in hoc Ariſt. 2. cœli per exemplum, quòd uelocitas motus in ſagitta reſoluit plumbũ; de qua re uidere potes Auctorem ibi, quantumque hoc exemplum Ariſtotelis ad hoc propoſitum ualeat [& dicit in Metaphy. quòd non ſequitur, ut fiat accidens ex ſibi ſimili, neque in genere neque in ſpecie, ſicut ſequitur in qualitatibus, quæ ſunt ſubſtantia] remouet Commentator illud quod aliquis obiicere poteſt, ſcilicet, ſi corpora cœleſtia calefaciunt abſque hoc quòd ſint calida, ergo calor poſſet generari à non calido, & ſic omne non generatur à tex. co. 42.

ſuo ſimili in ſpecie atque in genere. Ideò ad hoc re-
tex, cō. 30. ſpondet, quòd Ariſt. dicit 7. Metaphy. quòd hoc nō
tex. cō. 13. 18. ſequitur niſi in ſubſtantijs, ut genitum fiat a ſuo ſi-
mili; in accidentibus autem minime: non enim ſe-
quitur, ut omne accidens fiat ex ſuo ſimili in ſpecie
& genere. V.g. nigredo à calore aliquando à frigidi-
tate generatur; & cum ita ſit, calor generatur à calo-
re, aliquando à motu: ideo Plato in Timeo, uel de
natura, conſiderans cauſas caloris ignis, unde meri-
to calidus dicitur, inter alias adduxit uehementiam
motus, quod in figura eius pyramidali uidetur. poſi-
tis igitur his terminis non eſt impoſſibile corpora
cœleſtia calorem inferre abſque hoc, quòd ſint cali-
da; caliditas enim eſt de genere accidentium. Et
animaduertendum eſt, quòd non eſt neceſſe calo-
rem generari à motu præciſe per habitum: nam ſi
unum accidens poſſet generari ab aliquo acciden-
te remoto, & genere, & ſpecie per habitum facilius
aliud accidens poſſet generare, quod ſit differens
tātum ſpecie per habitum, quod eſt falſum: ſed ideo
motus dicitur eſſe generans calorem, quia excitat
calorem intrinſecum in ſubiecto mobili, uel me-
tex. cō. 30. dii: ex quo uerificatur ſententia Ariſt. 7. Metaphy.
calor in motu (& non dicit calor à motu, quod eſt
animaduertendum) calorem in corpore fecit: calor
enim ſemper generatur à calore per habitum in-
trinſecum: ſi autem à motu, hoc dicitur fieri, ut à
quodam agente excitante paſſum ad actum.

Tex. 83. *Et expoſitores dant ſecundam cauſam, ſcilicet, illumi-
nationem, &c.*

Com. Infert ſecundam cauſam ex mente expoſitorum
Commentator, quòd, & ſi corpora cœleſtia nō ſunt
calida, nullum tamen impoſſibile ſequitur, ipſa ca-
leface-

Digitized by Google

lefacere per illuminationem [& expoſitores dant ſecundam cauſam ſcilicet illuminationem,] id eſt expoſitores Ariſtotelis aſſignant etiam aliam cauſam, per quam cœlum uel corpora cœleſtia calefaciunt, licet ipſa non ſint calida, & eſt illuminatio [dicunt enim quòd lux in eo quòd lux uidetur calefacere quando reflectitur,] id eſt dicunt enim ipſi, quòd lux corporum cœleſtium & aliorum uidetur calefacere per reflexionem radiorum, quod idem Auctor uidetur ſentire 2. cœli; & in Paraphraſi, ſumma 3. quæſito primo, quòd lux in quantum lux non uidetur calefacere, niſi per reflexionem radiorum, ut patet in ſpeculis comburentibus: ideo non eſt impoſſibile corporibus cœleſtibus hæc inferiora calefacere lumine reflexibili, abſque hoc, quod ipſa ſint calida. Sequitur [dicunt enim quòd non eſt de accidentibus propriis igni, ſed de accidentibus communibus igni & cœleſti corpori,] id eſt dicunt enim quod lux ſit accidens, in quo tam corpora cœleſtia, quàm ipſa inferiora communicare uidentur, nō ſecundum eiuſdem rationem generis, nec eiuſdem rationem ſpeciei, ſed una ratione proportionis ad actum; ut inquit Albertus in pulcherrima quæſt. de Homine; utrunque enim eſt actus diaphani & perfectio coloris ſecundum actum; lumen ſolis, ut obiectum eſt in inferioribus, manet ſecundum uirtutem tantum, & ſecundum eſſentiam non manet in aliquo, niſi ut diſpoſitio & non ut habitus; ut patet in colore, & in coloratis; quia lumine ſolis præſentis ſunt in actu, & recedente manet in materia tantum; ſed lumen ignis manens in ſubſtātia ignis cōmiſcibile eſt corporibus, & manet in eis ut habitus, ſicut patet in his, q̄ lucēt in tenebris.

Et

Digitized by Google

Tex. 84. *Et forte dicendum eſt ad hoc, quod non eſt remotum, &c.*

Com. In hoc textu aſſignat Commentator rationem, quòd & ſi corpora cœleſtia eſſent calida, tamen calor de eis uniuoce, atq; analogice dici n ôpoſſet, niſi tantum æquiuoce; quia calor de corpore cœleſti atque inferiori non dicitur ſecundum unam rationem communem, ſed ſecundum diuerſam rationem formarum agentium in paſſo, niſi tantum, quòd calor de eis non dicatur de qualitatibus paſſiuis transmutantibus ſubſtantiam. Modo incipit [& forte dicendum eſt ad hoc, quòd non eſt remotum, ut calor in eis dicatur æquiuoce per hoc ſignum, ſcilicet, quia actio eorum diuerſatur,] ideſt & forte dicendum eſt ad hoc, quòd & ſi corpora cœleſtia admittantur calefieri, nihilominus calor de eis dici æquiuoce non eſt remotum ſecundum diuerſam rationem formarum agentium in paſſo, per hoc ſignum demonſtratiuum, quia actio eorum diuerſatur, ideſt quia actio eorum oſtendit diuerſitatem formarum agẽtium; ſignum enim manifeſtius non poteſt eſſe de diuerſitate formarum, niſi diuerſitas actionum; actio enim attribuitur enti propter
cõ. 24. formam, ut inquit Auctor 2. de Anima, & 2. de Phy
cõ. 37. ſico auditu, & 9. Metaphy. propter id diuerſitas a-
cõ. 20. ctionum in entibus arguit diuerſitatem formarum
cap. 6. agentium; hoc eſt illud ſignum, quod ab Ariſt. primo Retoricorum τεκμήριον appellatur, ut conſumatiſſimum, atque exploratiſſimum argumentum rei; hoc eſt etiam illud ſignum, quod eſt de genere demonſtrationum ab effectu ad cauſam, ſecundum
cõ. 95. Auctorem primo cœli, & primo Poſteriorum, & de-
cõ. 34. nique ſignum de genere demonſtrationum ducentium

tium ad impoſſibile: impoſſibile eſt enim quod diuerſæ actiones immediate prodeant ab una forma ſimplici, ut colligitur ex dictis Philoſophi in 2. de Generat. & Corrupt. & ab Auicenna 9. ſuæ Metaphy. & ab Auctore Deſtr. Deſtr. quod quidem ſignum declarat Commentator [calor enim ignis corrumpit & deſtruit entia, maxime ignis illuminantis; calor uero corporum cœleſtium largitur uitam uegetabilem, ſenſibilem, & animalem,] ideſt calor enim ignis corrumpit, & deſtruit entia, idem 12. Metaphy. & eſt ſnia Ariſt. 2. de generatione Animalium, & maxime ignis illuminantis ideſt ignis, qui reperitur in iſtis opacis, atque denſis, & bene illuminantis: ignis enim quilibet nõ lucet; & eſt ſententia ipſiuſmet Commentatoris in Paraphraſi de cœlo, niſi tantum inferior, cuius caliditas, ſeu calor ut inquit Alexander de Auctor. 2. de Generat. & Corrupt. & in prima parte canticæ canticorum Auicennæ eſt in fine caliditatis atque ebullitionis; ſicut glacies in fine frigiditatis; propterea corrumpit & deſtruit entia. calor autem corporum cœleſtium largitur uitam uegetabilem, ſenſibilem, atque animalem; maxime enim ipſe eſt in corpore diuino, cuius opus eſt perfectionis & conſeruare entia in ſuo eſſe, uel uegetabili, uel animali motu & calore: ſicut enim ars fabrilis menſurat opus mediante calore in camino ad aliquam operationem ſibi proficientem; ita in ſemine animalium eſt uirtus informatiua menſurans ſemen mediante calore intrinſeco ad aliquam operationem, uel uegetabilem, uel ſenſibilem, uel animalem; qui quidem calor eſt in ſeminibus, & fit ab habente ſemen, & à ſole ideſt à calore ſolis admixto cum calore aliarum ſtellarum

tex. cõ. 56.
cap. 4.
Diſp. 3.
ſol. 25.
dubii.
2. Summa. 3.
Quæſt. 1.
cõ. 21.
cõ. 15.
Vide Auctorẽ 7. Metaphy.
cõ. 31.

hoc

cõ.18. hoc eſt illud, quod inquit Auctor 12. Metaphy. ſol & aliæ ſtellæ ſunt principium uitæ, cuiuslibet uiui in natura. Sequitur [& ſecundum hoc calor erit duobus modis, calor qui eſt de qualitatibus paſſiuis, quæ trãſmutant ſubſtantiã in qua ſunt, & calor qui nõ eſt de qualitatibus paſſiuis] declarat hæc nomina calorum differentium ad inuicem; primo, quòd ſecundum hoc quod diximus, calor erit duobus modis in natura; Vnus, qui eſt de qualitatibus paſſiuis, & eſt ille innatus eſt tranſmutare ſubſtantiam in qua eſt. & hoc dupliciter intelligendum eſt; uel ſubſtantiam in qua eſt, ut paſſio in proprio ſubiecto: uerum enim eſt, quòd ad tranſmutationem caloris in igne tranſmutatur, in uia Auerrois, ſubſtantia, ſeu forma ignis; & ad remiſſionem ſimiliter eius forma, quæ eſt ſubſtantia, remitti uidetur. uel intelligendum eſt, quia iſte calor igneus, qui eſt de qualitatibus paſſiuis corrumpit & deſtruit entia, quod nihil aliud eſt quàm tranſmutare ſubſtantiam entium. alius autem eſt calor, qui non eſt de qualitatibus paſſiuis tranſmutantibus ſubſtãtiam, & eſt ſicut diſpoſitio in diaphaneitate, & non diaphaneitate; quia quædam diſpoſitio (& eſt illuminatio) ſequitur qualitatem paſſiuam, ut hæc in corporibus inferioribus, & quædam non, ſed tantum perfectiuam, ut illa in corporibus ſuperioribus.

Tex. 85r *Conſiderantes autem actionem ſtellarum in antiquo tempore, &c.*

Com. Confirmat illud, quod dixit in præcedentibus ex auctoritate Aſtronomorum, ſcilicet corpora cœleſtia, ut in antiquo tempore arbitrati ſunt, non ſolum calore, uerum etiam, & aliis qualitatibus ſimilia eſſe qualitatibus elementorum. Sed primo animaduerte

Digitized by Google

maduertendum Commentatorem hic loqui ex au-ctoritate antiquorum Aſtronomorum; ipſe enim uidetur aliter ſentire 2.cœli.ſcilicet, quòd corpora cœleſtia, ſtelleque inducunt tantũ calorem in iſtis inferioribus, & non frigiditatem, niſi tantum ſecundum comparationem, ſcilicet elongationis, atque remotionis; corpora enim quæ ſunt propinquiora ſtellis, ſunt magis calida, & minus frigida: & illa quæ ſunt longinquiora ſunt magis frigida & minus calida; & eſt ſententia Auctoris 2. cœli. & falſum eſt illud, (ut ipſe ait) quod exiſtimat Auicenna, quòd aliquæ ſtellæ faciant frigiditatem & humiditatem, quia hoc eſt remotum, & extra fundamentum. conſtat igitur, quòd hic Commentator loquitur ad hominem tantum, & non ex opinione eius propria atq; certa, quod ei uidetur imponere Beatus Thomas. Modo incipit [conſiderantes autem actionem ſtellarum in antiquo tempore,] ideſt conſiderantes autem huiuſmodi actionem ſtellarum in antiquo tempore ideſt in tempore AEgyptiorum, qui primi philoſophantes fuerunt circa aſtra [uerè dicunt, quod quædam largiuntur caliditatẽ & ſiccitatem,] ideſt uere dicunt ipſi, quòd quædam largiuntur caliditatem & ſiccitatem, & eſt illa ſtella, quæ uulgo dicitur canicula. Et animaduerte ly (uere,) quod in ijſdem uerbis 2. cœli ly. (uere) non reperitur, & hoc nulla alia de cauſa, ut mihi uidetur, niſi quia Commentator hic quoquo modo declinaſſet ad opinionem hanc antiquorum; ſicut etiã uidetur declinare Auicenna; ſed tamen poſtea in adeptione perfectioris ætatis correxit hæc uerba in 2. cœli. commento præallegato, ubi hæc uerba præſentia ponit abſque ly (uere.) Sequitur [quædam ca

cõ.42. cõ.94. com. 102.

Digitized by Google

liditatem & humiditatem]& eſt ſtella Veneris; largiens has duas qualitates aeras [quædam frigiditatem & ſiccitatem]& eſt ſtella Saturni, ſtella melancholica generans has duas qualitates terræ [quædã & frigiditatem & humiditatem]& eſt luna, cuius uirtus generat has duas qualitates phlegmatis. Sequitur [& ſic quatuor qualitates communes corporibus cœleſtibus, & quatuor elementis, dicuntur æquiuoce, aut ſecundum prius & poſterius]conſidera queſo Commentatorem hoc tempore exiſtimaſſe iſtas qualitates communes corporibus cœleſtibus, & quatuor elementis dici æquiuoce, aut ſecundum prius & poſterius, ita ſcilicet uel quòd illę qualitates prius conueniant corporibus cœleſtibus, quàm elementis, uel èconuerſo.

Et forte corpora cœleſtia largiuntur calorem, &c.

Tex. 56. Com. Redit Commentator in præſenti textu ad illud quod inceperat, ſcilicet, quòd poſſibile ſit corpora cœleſtia calefacere, abſque eo quòd ſint calida, poſt quam manifeſtauerat qualitatem caloris exiſtentis in corporibus ſuperioribus [& forte corpora cœleſtia largiuntur calorem licet non ſint calida in ſe,] ideſt poſsibile eſt corpora cœleſtia calefacere hæc inferiora per motum & lumen, abſque hoc quòd in ſe ſint calida formaliter, & dicit(forte)quia hæc ratio, quam infert, non eſt neceſſaria, ſed poſsibilis: illud enim quod eſt neceſſarium, in omnibus eſt neceſſarium & ubique; neceſſarium enim omne æternum; poſsibile autem contigens atque temporale, ut inquit Ariſt. 6. ethicorum ideo non eſt neceſſarium, quòd omne illud, quod mouet, debet moueri; cap. 4. aliter enim Deus & intelligentiæ mouerentur, quod eſt impoſsibile: ergo in omnibus non ſequitur,

tur, & ſic non eſt neceſſarium. Amplius aliud eſt eſſe neceſſarium in genere, & aliud in ſpecie. neceſſarium enim in genere eſt neceſſarium in ſpecie; non autem neceſſarium in ſpecie neceſſarium eſt in genere: modo propoſitio non eſt neceſſaria in genere, quòd omne faciens aliquod accidens diſponatur per illud: aliter enim Deus, & intelligentiæ diſponerentur per illud; ſed neceſſarium eſt in ſpecie, quòd aliquod mouens, uel faciens aliquod accidens non diſponatur per illud, ut probat Ariſt. 8. Phyſicorum de Deo & intelligentiis. Sequitur Commentator [non enim ſequitur, ut omne faciens aliquod accidens diſponatur per illud] huius rei tres rationes adduci poſſunt, præter illam eſſicaciſsimam, quam ponit inferius Commentator: omnia illa, quæ excedunt aliquod, uel in genere uel in ſpecie, non eſt neceſſe quòd diſponantur ad inuicem; ſed huiuſmodi poteſt eſſe aliqua diſpoſitio inter id quod facit accidens, & ipſum accidens; ergo. maior probatur, quia inter faciens, uel diſponens mediũ eſt actus, ſed inter ea, quæ ad inuicem ſe excedunt in genere atque ſpecie, non poteſt eſſe mediũ actus; ergo. Amplius omne illud, quod eſt faciẽs aliquod accidens, ſi neceſſe eſt, quòd diſponatur per illud; diſponeretur, uel quia eſt diſponens accidens ad eius diſpoſitionem; uel quia eſt diſpoſitum. (omne enim huiuſmodi naturæ, uel eſt actiuum, uel paſſiuum.) non primo, tum quia neceſſe eſſet idem in actu eſſe, & in potentia: tum etiam uel quia eſſet aliquid immediate cauſa ſui ipſius, uel medium eſſet cauſa ſui ipſius, quod eſt abſurdum. non ſecundũ; quia aliquid neceſſe eſſet antequàm eſſet; ergo. Vlterius, in cuius diſpoſitione eſſet proceſſus in infini

tex. cõ. 21. uſq; 48

Z 2 tum,

rum, illud tale eſſet in potentia & in actu ſecundũ idem: ergo non omne faciens aliquod accidens diſponetur per illud, uel ſecundum illud, quod exemplificat Commentator [quoniam non omne quod debet moueri, neque omne quod nigrificat, debet eſſe nigrum,] id eſt non omne faciens aliquod accidens neceſſe eſt diſponi per illud; quoniam nõ omne quod mouet debet moueri; immo deueniẽdum eſt ad unum, quod ſit immobile; neque omne quod nigrificat debet eſſe nigrum: aliter enim calor & frigiditas producentia hanc qualitatem in ſubiecto eſſent nigra, quod eſt falſum; ideo non eſt impoſsibile, & ſi corpora cœleſtia largiuntur calorem, quod ipſa non ſint calida.

Tex. 87. *Et hoc apparet etiam ex hoc, quòd ſi alteratum eſſet ex alterato, &c.*

Com. Declarat Commentator rationem ſuperiorem, quare non omne, quod mouet, debeat moueri, neque illud quod nigrificat debeat eſſe nigum [& hoc apparet etiam ex hoc, quòd ſi alteratum eſſet ex alterato, & calidum ex calido, tunc procederetur in infinitum, & non inueniretur primum alterans, ſicut ſequitur in motu,] id eſt & hoc apparet, quòd nõ omne faciens aliquod accidens diſponatur per illud ex hoc, quòd ſi omne alteratum eſſet ex altero, & calidum ex calido, tunc procederetur in infinitum, ita quòd non interueniretur primum alterans non alteratum, ſicut ſequitur in motu; in omnibus enim motibus deueniendum eſt ad unum mouens non motum. propterea formatur ſic ratio Auctoris. ſicut eſt in motu, ita eſt in alteratione; ſed in motu non datur proceſſus in infinitum, ita quòd non ſit neceſſe deuenire ad unum immobile. ergo nec

in

Digitized by Google

in alteratione datur proceſſus in infinitũ; ita quòd non ſit deuenire ad primum alterans non alteratũ. maior ualet. quòd ſicut eſt in motu ita ſit in alteratione; aliter enim in quolibet motu non eſſet neceſſe deuenire ad unum; quemadmodum enim in quolibet motu non datur proceſſus in infinitum: ita in quolibet motu neceſſario deueniendum eſt ad unum: modo cui mouenti repugnat proceſſus in infinitum, tali mouenti repugnat moueri; omne enim quod mouetur ſiue motu alterationis, ſiue argumentationis, ſiue alio motu, neceſſe eſt ipſum ab alio moueri, ut inquit Ariſt. 7. Phyſicorum ergo in motu deuenire eſt ad unum mouens non motum; cuius rei etiam pulcherrimam rationem uidere potes apud Auctorem 12. Metaphy. neceſſe eſt igitur deuenire in motu alterationis ad unum alterans, quod ſit inalterabile; ſemper enim natura, quanto excedit effectum, tanto ſe eleuat ab effectus diſpoſitione, & quanto ſibi repugnat aliquid, tanto magis illud apparet in effectu ſuo, quod maxime luceſcit in abſtractis à materia, ideo Albertus, cognomento Magnus, dicit in Quæſt. de Homine, quòd motor & cauſa duplicem ſui proprietatem influit in ſubiectum mobile, unam, quæ ſibi ineſt, alteram quæ ſibi non ineſt: quę ſibi non ineſt, eſt motus: motor enim prius eſt in ordine immobilis. quę autem ſibi ineſt, eſt actus; mobile enim habet & eſſe & actus à motore; motiui enim & actiui actus in patiente fit, inquit Ariſt. 2. de Anima; conſtat igitur ex his quòd non eſt neceſſe, corpora cœleſtia eſſe calida, quia calefaciant; ſemper enim primum calefaciens, ſicut primum alterans, & primum mouens, oportet illa paſſione, quam cauſam, uacare. Concludit Commentator

tex. cõ. 1.

cõ. 35.

tex. cõ. 139.

Digitized by Google

tator [neceſſe eſt igitur peruenire ad alterans non alteratum, ſicut ad mouens non motum,] id eſt neceſſe eſt igitur ex his, quæ diximus, ne fiat proceſſus in infinitum in cauſis agentibus, ut declarat Ariſt.
a tex. 5. uſq; ad tex. 13. 12. Metaphy. peruenire ad primum alterans non alteratum, ſicut ad mouens in loco non motum; maxima enim eſt ratio, ne fiat proceſſus in infinitum, cauſam non diſponi per modum effectus. nō enim eſſet maior ratio, atque neceſſitas in uno, quàm in altero. igitur corpora cœleſtia & ſi calefaciunt hæc inferiora, tamen non eſt neceſſe ipſa calefieri.

Tex. 88. Com. *Sed differunt, quia mouens in loco, &c.*

Poſtquam Commentator declarauit corpora cœleſtia calefacere ſicut alterans & mouens in loco; nunc oſtendit differentiam quandā inter hoc principium alterans & mouens; ad hoc ſcilicet oſtendendum, quòd unum eorum eſt magis ſimile corporibus cœleſtibus, quàm alterum] ſed differunt in hoc, quia mouens in loco non peruenit ad aliquod mouens ſe ſecundum totum, ſed ad mouens aliud,] ſed mouens & alterans differunt in hoc, quia illud mouens in loco, ſcilicet orbis moti, non peruenit ad aliquod mouens ſe ſecundum totum, ſed ad mouens aliud, quod non ſit motum ad motionem orbis, quia illud mouens in loco non eſt mouens ſe, ſed mouens aliud. Sequitur [in alterationibus autem peruenire poteſt ad alterans per aliquam diſpoſitionem, quæ non habet cauſam, & iſta ſunt corpora cœleſtia,] id eſt in alterationibus autem peruenire poteſt ad alterans quod alteratur illa diſpoſitione ſecundum totum, quia illud alterans alterat, & hæc eſt illuminatio & motus, ſed non alteratur illa alienatione, quæ cauſatur ab eis in iſtis inferioribus

bus habentibus cauſam alterationis, ſibi conſimilem; illud enim alterans licet alteraretur per alium modum alterationis; tamen illa alteratio non habet cauſam conſimilem in alteratione, cuiuſmodi ſunt corpora cœleſtia, quæ per aliquam diſpoſitionem in ipſis, ſcilicet alteratiuam, alterant iſta inferiora.

Sed illa diſpoſitio, quæ eſt in eis, forte eſt, &c. Tex. 89. Com.

Mouet Commentator quæſtionem, quam ei aliquis obijcere poteſt ad ſuperiora dicta, ſcilicet, quòd licet corpora cœleſtia per aliquam diſpoſitionem in eis, alterent iſta inferiora tamen illa diſpoſitio forte de genere eius, quod agit in aliud idest de genere qualitatum actiuarum agentium inferiorũ, quæ uirtutem habent, qua agunt in aliud, & forte non; quia calefactio, quam agit hæc diſpoſitio corporum cœleſtium in iſtis inferioribus, eſt à natura neque calida neque frigida, ſicut motus eius, à natura neque graui neque leui. Ac ſi dixiſſet Commentator, illa diſpoſitio, quæ exiſtit in corporibus cœleſtibus, uel eſt eiuſdem generis cum qualitatibus, quas induxit in iſtis inferioribus, uel non: ſi primũ, ergo corpora cœleſtia non poſſunt eſſe prima principia alteratiua horum inferiorum: ſicut enim qualitates actiuę horũ inferiorum, ſunt eiuſdem generis cum paſſiuis qualitatibus; ita illa diſpoſitio corporum eſſet eiuſdem generis cum paſſiuis; & ſic per conſequens corpora cœleſtia non poſſent primo alterare per illam diſpoſitionem hæc inferiora: non fuiſſent enim prima de genere alteratiuorum; quæ enim ſunt eiuſdem generis cum actiuis & paſſiuis non ſunt prima principia alteratiua per aliquam diſpoſitionem, neceſſe eſt enim deuenire ad quali-

tates

Digitized by Google

tates primas, quæ ſint tantum actiuę, & non paſſiuę: ſi autem eſt ſecundum, ſcilicet, quòd non ſit de genere eius, quod agit in aliud; tunc genus non poſſet dici analogice de eis, quod declarabitur infra.

Tex. 83. Com. *Et hoc eſt magis, quod apparet, &c.*

Soluit Commentator ſuperius motiuum, ſcilicet, quòd illa diſpoſitio corporum cœleſtium non ſit ex genere eius, quod agit in aliud in iſtis inferioribus [& hoc eſt magis, quod apparet cum æqualitates ſint inuicem actiuæ & paſſiuæ; neceſſe eſt peruenire ad qualitates actiuas, quæ non ſunt paſsiuæ,] ideſt & hoc eſt magis uerum, ſcilicet, quòd illa diſpoſitio per quam corpora cœleſtia alterant iſta inferiora, non ſit eiuſdem generis cum qualitatibus, quas induxit talis diſpoſitio in iſta inferiora: quia iſtæ qualitates horum inferiorum, ſcilicet primæ ut putà, frigitas, caliditas, ſiccitas, atque humiditas, ſunt inuicem actiuæ, atque paſsiuæ; propterea neceſſe eſt peruenire ad qualitates quæ ſunt actiuæ tantum. unde formatur ſic ratio Auerrois; illæ qualitates, quæ ſunt tantum actiuæ & paſsiuæ ad inuicem: neceſſe eſt quòd reducantur ad qualitates actiuas tantum. ſed iſtæ qualitates horum inferiorum ſunt actiuæ & paſsiuæ ad inuicem: ergo reducendæ ſunt ad qualitates actiuas tantum, ita quòd nõ ſint nullatenus paſsiuæ. maior probatur. in omnibus actiuis & paſsiuis deueniendum eſt ad aliquod actiuum, quod ſit tantum actiuum reſpectu patientis: aliter non proceſſus in cauſis agentibus poſſet fieri in infinitum. ſed in iſtis inferioribus habentibus materiam, non eſt poſsibile dari primum actiuum, quod ſit actiuum tantum impoſsibile: hæc enim actiua, & patiuntur ut in fine, & agunt ut

in principio, ut inquit Ariſt. 2. de Anima, & primo de Generat. Corrupt. ergo deueniendum eſt ad aliud, quod ſit in omnibus tantum actiuum qualitatum horum inferiorum; cuiuſmodi neceſſe eſt, quòd ſint qualitates in corporibus cœleſtibus non habentibus materiam. Ex his igitur conſtat corpora cœleſtia alterare iſta inferiora per aliquam diſpoſitionem, quę non ſit eiuſdem generis cum iſtis inferioribus. Sequitur[& apparẽtius eſt, & dignius ut iſtæ, quæ ſunt hic, non reducantur ad qualitates, quæ ſunt ſui generis,] ideſt iſtę qualitates horum inferiorum actiuæ, & paſſiuæ ſunt eiuſdem generis: aliter enim non poſſent inuicem agere atque pati, ut dicit Ariſt. & Auctor primo de Generat. & Corrupt. propterea ſi illæ qualitates ſuperiorum fuiſſent eiuſdem generis cum qualitatibus actiuis horum inferiorum, ſequeretur quòd fuiſſent eiuſdẽ generis cum qualitatibus paſſiuis; & ſic illæ qualitates corporum cœleſtium non eſſent tantum actiuæ, uerum etiam & paſſiuæ, quod repugnat corporibus cœleſtibus. ergo. tex. cõ. 49. tex. cõ. 50. tex. cõ. 56.

Et ſi ponantur, debent dici ſecundum prius & poſterius, &c. tex. 101.

Remouet obiectionem quandam, quam ei aliquis obijcere potuit[& ſi ponantur, debent dici ſecundum prius & poſterius; ſequeretur enim, ut de genere qualitatum paſſiuarum eſſent aliqua non paſſiua, quod eſt remotum,[ideſt & ſi ponantur; aliquis enim putare poſſet qualitates paſſiuas poſſe in corporibus cœleſtibus conſtitui; ita, quòd dicantur paſſiuæ tantum, ſecundum prius & poſterius cum qualitatibus paſſiuis horum inferiorum. tunc ſequeretur (ait) quòd illæ qualitates eſſent de genere Com.

 paſſiuo.

Digitized by Google

paſſiuorum, & tamen nunquam patientur, nec pati potuiſſent. de quibus enim genus poteſt dici ſecundum prius & poſterius, ea ſunt innata pati, ſi illud genus prędicatur in genere paſſiuo. ſed ea, quę ſunt impoſſibilia pati, huiuſmodi genus de eis non poteſt prædicari; qualitates autem ſuperiorum, nec patiuntur, nec ſunt natæ pati; ergo genus non poteſt dici de eis paſsiuę ſecundum prius & poſterius; aliter enim ſequeretur, quòd de genere paſsiuarum qualitatum eſſent aliqua non paſsiua, quod eſt remotum; nunquam enim natura operatur aliquid, quod non ſit poſsibile reduci ad actum. ex his habemus unũ notabile in uia Peripatetica, quòd poſſibile ſit aliquod actiuum abſque ſuo paſsiuo in eodem genere: impoſsibile autem eſt omnino ponere aliquod actiuum abſque ſuo paſsiuo in alio & alio genere.

Tex. 22. Com. *Apparet igitur ex hoc, quod ignis, &c.*

Infert concluſionem ex dictis [apparet igitur ex hoc, quòd ignis non ſit primum calefaciens, quia eſt paſsiuus,] ideſt ex prædicto apparet, quòd ignis non ſit primum calefaciens, quia eſt paſsiuus; habentia enim eſſe in materia ſunt paſsiua; materia tex. cō. 54. tex. cō. 53. enim eſt cauſa paſsionis, ut inquit Ariſt. & Auctor. primo & 2. de Generat. & Corrupt. [ſed neceſſe eſt ut primum calefaciens calefaciat per qualitatem non paſsiuam,] ideſt, ſed neceſſe eſt, quòd primum calefaciens ſit tantum actiuum calefactionis; ita ſcilicet, quòd ſit calefaciens per qualitatem non paſſiuam; quo modo neceſſe eſt corpora cœleſtia, ut corpora immunia ab omni qualitate paſsiua, proprie paſsiua eſſe. Sequitur [ſicut primum mouens mouet per diſpoſitionem non mobilem,] ideſt, ideo

dicitur

Digitized by Google

dicitur primum mouens eſſe primum, quia mouet per diſpoſitionem ideſt per uirtutem non mobilem. ergo ſicut dicitur primum mouens eſſe primũ, ita primum calefaciens debet dici primum. ſed illud dicitur, quia eſt impoſsibile ideſt mouens per uirtutem immobilem : ita primum calefaciens debet eſſe primum; ſcilicet calefaciens per uirtutem non paſsiuam.

Hoc eſt igitur, quod currit in hac quæſtione, &c. Tex. 93. Com.

Digreſsiuam perorationem Commentator facit in hoc ultimo textu, in quo tangit nonnullas dignitates rerum ſpeculatiuarum abſtrahentium à materia ſub differentia ſcientiæ naturalis; & hoc ad oſtendendum, quòd ea pauca, quæ ſcripſit in hoc breui ſermone de Subſtantia Orbis, ſunt digniora, atque eligibiliora, quàm multa, quæ ſcripſerat de rebus nobis propinquis, & ſenſatis in naturali Philoſophia. Hoc eſt igitur, quod currit in hac quæſtione 2. cap. curſu demonſtrationum ſcriptarum, ſecundum fundamenta, quæ adipiſcimur ab Ariſtotele Nichomachi filio perficiente hos ſermones ideſt ab Ariſt. a quo complemẽtum, atque formam hi ſermones habuerunt, ut in Phyſicis, Metaphyſicis, & in libro de cœlo. iſti enim tres libri ſunt ſicut forma atque perfectio omnium demonſtrationum ſcriptarum in hac quæſtione, in qua iam peruenimus ad loquendum de materia, & forma cœli; de natura denique corporis cœleſtis, quo pacto ſit ſimplex non compoſitum, non graue, leue, ac de pluribus eius accidentibus ſecundum menſuram, ad quam peruenit noſtra ſcientia naturalis in rebus diuinis remotis ab iſto loco inferiori. Compleamus igitur hunc ſermonem de Subſtantia Or-

Digitized by Google

bis,& gaudeamus de ſcientia,quæ accidit nobis,de iſtis rebus optimis Diuinis , remotis à ſenſibus noſtris;de quibus magis gaudendum eſt quàm de ſciẽtia rerum nobis propinquarum ut ſunt res ſenſatæ: quamuis enim ſcientia noſtra de eis prior ſit (ſcilicet prioritate generationis,& temporis,& non perfectionis & naturę;poſteriora enim generatione natura primo ſunt,& èconuerſo,ut inquit Ariſt.2. de Partibus Animalium & 8. Phyſicorum , & 9. Metaphyſicæ) ſcientia de illis ſcilicet remotis à ſenſibus noſtris;modicum tamen de re nobili, atque deſiderata, nobis nobilius eſt multo alio. Hæc aurea ſententia Ariſtotelis primo de Partibus Animalium, cogit nos parua potius perſcrutari de ente primo, quàm multa de rebus nobis propinquis , ac ſenſatis : ſicut enim minimum in Deo excedit omnia, quæ dependent ab eo;ita minimum cognitum à nobis de ipſo excedit omnes ſcientias , quas habemus de rebus nobis propinquis,ac ſenſatis.hanc ſenten tentiam Ariſtotelis conſiderans Auctor ibi de Partibus Animalium,ait:plus enim oblectamur minima portione,quam attingimus de ipſis , quàm ſi ingentem percipiamus, de his rebus propinquioribus exiſtentibus apud nos:quod amantibus eſt proprium,qui gratius habent,id minimum,quod diligunt,quàm aliquod aliud uberius. cauſa tamen, ob quam notitia generabilium, atque corruptibilium ſit facilis,& incorruptibilium difficilis , eſt quia genita,& caduca ſunt nobis familiaria,animiſque noſtris;ex his etiam ſumus geniti: res uero æternæ diſtant à nobis genere, & loco. Sequitur[*Deus igitur perducat nos ad ueram fœlicitatem humanam , quę eſt adeptio intellectus agentis,de qua ſi perſcru*

cap.1. tex.cõ. 38. tex. cõ.15.

cap.5.

tabitur

tabitur homo, uidetur nobilius omnibus hominibus: per hanc enim felicitatem aſſimilatur homo, non ſolum Dijs, uerum etiam Deo benedicto, ut inquit Ariſt. 10. Ethicorũ. Sequitur Auctor, [& Deus non ponat nos in eis; quorum impedimenta ſunt res] duplex enim accidit impedimentum in uia Auctoris, & Philoſophi 2. Metaphyſicæ in cognitione rerum, unum ex parte intellectus, ut ad cognitionem ſubſtantiarum abſtractarum: aliud ex parte rei, ut ad cognitionem materiæ primę, & formarum elementorum: ideo Auerroes deſiderat, quòd Deus non ponat eum inter eos; quorum impedimenta ſunt res materiales. Hæc igitur ſunt, quæ ad ſecundum caput ſpectant. cap. 2. tex. cõ. 1.

Quia declaratum eſt corpora cœleſtia componi, &c. Tex. 94. cap. 3. Com.

Poſtquam Commentator determinauit de ſubſtantia, & natura cœli, ut eſt compoſitum ex ſubiecto & ſua forma, ideſt ex motore, & moto, comparando ipſum ad compoſitionem rerum generabilium ex materia, ut mobili, & forma motrice, ita etiam de uarijs eius accidentibus in comparatione ad ipſa generabilia; determinat nunc de motore eius & moto in propria forma, ut putà formam cœli uirtutem eſſe non in corpore, ipſumque ſimplex eſſe non compoſitum, eiuſque uirtutem in actione finitam, infinito, æternoque tempore mouere, & primo de moto, ſecundum de motore; Propterea ad hanc rem tractandam primo ſumit concluſionem illam ſuperius probatam de mente Philoſophi, à qua intentum ſuum continuat; & hoc nulla alia de cauſa, niſi ad notificandum nobis, quòd ad declarandum hæc de motore & moto ſub propria forma, proceſſit ſecundum ordinem neceſſarium doctrinæ;

ctrinæ;ſcilicet à notioribus nobis ad notiora naturæ;totum enim ut eſt quid compoſitum, eſt notius nobis, quàm ipſa principia componentia ſub pro-
tex. cõ. 4. pria forma, ut inquit Ariſt. primo Phyſicorũ [quia declaratum eſt hæc corpora cœleſtia componi ex mouente & moto,] ideſt quia declaratum eſt in præcedenti capite corpora cœleſtia eſſe compoſita ex mouente & moto, quaſi dicat Commentator, quòd illud tractatum pręteritum erat nobis de præuia cognitione neceſſarium ad continuationem huius tertij capitis. propter inueſtigationem enim uirtutum cauſarum uniuerſalium neceſſarium erat nobis noſcere minus uniuerſalia. Et ſequitur [& motor in eis non eſt corpus, ſicut eſt diſpoſitio in cæteris motis ex ſe,] ideſt & quòd motor in eis non eſt corpus, ſicut eſt in motis ex ſe, ſcilicet in animalibus; proprie enim animalia mouentur ex ſe, ut di-
tex. cõ. 271 cit Ariſt. 8. Phyſicorum. Et animaduerte, quòd motor in animalibus non eſt uere corpus: aliter enim anima noſtra corpus eſſet, & ſic duo corpora in uno
tex. cõ. 4. loco, ut deducit Ariſt. 2. de Anima. ſed intelligit hic Commentator uirtutem corpoream pro corpore; anima enim noſtra mouens corpus intrat in corpore mediantibus dimenſionibus interminatis, ut declaratum eſt ſupra; quoniam fit diuiſibilis ad diuiſionem corporis: propter id igitur dicitur uirtus corporea propriè, ſeu corpus per accidens. Sequitur [& hoc in ultimo Phyſicorum, in quo etiam declaratum eſt, quòd motus, quo mouetur hoc corpus, eſt æternus, ingenerabilis, & incorruptibilis,]
tex. cõ. 78. 79. ideſt & hoc declaratum fuit in 8. Phyſicorum, ſcilicet quòd corpora cœleſtia non componuntur ex mouente, & moto, ſicut iſta animalia mota ex ſe; in

quo

Digitized by Google

quo etiam declaratum eſt, quòd motus quo mouetur hoc corpus, eſt æternus, ingenerabilis, & incorruptibilis, ſcilicet in generatione atq; in corruptione tertio modo dicta ab Ariſt. primo cœli:[Et quia hoc declaratum fuit illic, quòd iſtud mouens non eſt uirtus in corpore, ſicut eſt in animalibus, ſci licet, quòd mouentia ipſa ſunt uirtutes in corpore,] ideſt & quia hoc eſt, ſcilicet, quòd motus corporum cœleſtium ſit æternus, quodque iſta corpora non ſint compoſita ex mouente & moto, quemadmodum eſt diſpoſitio in animalibus, declaratum fuit illic, ſcilicet 8. Phyſicorum, quod iſtud mouens non eſt uirtus in corpore, ſicut in animalibus; motores enim eorum ſunt uirtus in corpore. tex. cõ. 116.

Et hoc fuit declaratũ ponendo duas propoſitiones, &c. Tex. 95. Com.

Declarat Commentator, quare motores corporum cœleſtium non ſunt uirtutes in corpore, quemadmodum ſunt mouentia in animabus: & hoc reſſumendo duas propoſitiones Ariſtotelis in 8. Phyſicorum: una eſt [& hoc fuit declaratum ponendo duas propoſitiones, quarum una eſt, quòd omnis uirtus in materia eſt finitæ motionis,] ideſt & hoc fuit declaratum, quòd mouentia corporum cœleſtium non ſunt uirtutes in corpore; ponendo Ariſt. duas propoſitiones; quarum una eſt, quòd omnis uirtus in materia ſit finitæ, atque terminatæ motionis; ita ſcilicet, quòd illa uirtus in materia nõ ſit durabilis in agendo atque operando, quod infra declarabit. Sequitur [altera autem eſt, quòd uirtus, quæ eſt maxima in corpore cœleſti, eſt infinitæ motionis] hęc eſt altera propoſitio, quòd uirtus quę eſt maxima in corpore cœleſti, eſt infinitæ motionis, ideſt continuæ, cui non poteſt interponi quies,

ſed

Digitized by Google

ſed ſit ab infinito in infinitum. Sequitur [ex quibus concluditur, quòd uirtus quæ eſt in corpore cœleſti non eſt in materia,] ideſt ex quibus propoſitionibus concluditur, quòd cum actio corporum cœleſtium ſit ab infinito, atque æterno, in infinitum, atque æternum, illam uirtutem, quæ eſt in corpore cœleſti cauſa huius actionis, non eſſe in materia. cuius rei formatur ſic ratio, in ſecunda figura; Nulla uirtus in materia eſt infinitæ motionis; Virtus quæ eſt in corpore cœleſti eſt infinitæ motionis, ergo Virtus in corpore cœleſti non eſt in materia. Sequitur [propoſitio autem dicens, quòd uirtus, quæ eſt in corpore cœleſti eſt infinitæ motionis, declaratur in 8. Phyſicorum per æternitatem motus & temporis,] ideſt declarauit Ariſt. in 8. Phyſicorum uirtutem, quæ eſt in corpore cœleſti eſſe infinitæ motionis per æternitatem motus & temporis; quia uirtus, quæ mouet infinito tempore, non poteſt eſſe niſi infinita. Sed dubitare poſſunt aliqui, utrum motus corporum cœleſtium, uſque nunc ſint finiti, uel infiniti: ſi primum, ergo motus corporum cœleſtiũ non oſtendunt uirtutem infinitam; ſi autem ſunt infiniti, motus uſque nunc ſunt in actu, ergo infinitum in actu. Pro hoc notandum eſt, motus corporum cœleſtium non eſſe infinitos reſpectu corporis mobilis, ſed eſſe infinitos à uirtute infinita: conſtat & hoc dupliciter uel à uirtute infinita abſolutè; ita quòd ab ea habeant immediate eſſe infinitum, uel à uirtute infinita; ita quòd eſſe infinitum in tempore infinito comparant. modo motus corporum cœleſtium conſiderando primo & ſecundo modo eſſe infinitos uſque nunc conſtat. primo, quia ſunt à uirtute, quæ in nullo tempore, atque in

ex c6. 78.79.

ſtanti

ſtanti habet principium atq; finem. nec ualet quod dicunt, ergo infinitum in actu; quia infinitas motuum corporum cœleſtium ſumitur ab hoc, quòd principia eorum nec initium neque finem in eorum natura comparant: ſecundo, quia ſunt infiniti à uirtutibus infinitis, quæ habent eſſe infinitum, quoquo modo in tempore infinito: ab ęterno enim in quo tempore inceperunt in illo deſinunt. nec ualet ergo infinitum in actu; quia infinitas eorum ſumitur ab eodem in idem dum ſemper fit: de hac tamen quæſtione uidere potes ſimplicium in digreſſionibus octaui Phyſicorum cõtra Ioannem Grammaticum. Sequitur [dicens uero, quòd omnis uirtus, quæ in materia eſt, finita eſt; manifeſtat per hoc, quòd omnis uirtus in corpore, ſcilicet corporalis, materialis, uidetur diuidi per diuiſionẽ corporis, ſecundum paucitatem & multitudinem] declarat illam ſecundam propoſitionem Ariſtotelis in 8. Phyſicorum, quòd uirtus, quæ eſt in materia eſt finita: ad oſtendendum ſcilicet illam uirtutem corporum cœleſtium, non habere eſſe in materia; illud enim quod habet eſſe in materia eſt finitę motionis, & eſt manifeſtum per hoc, quia omnis uirtus in corpore ſeu in materia diuiditur per diuiſionem corporis ſecundum paucitatem & multitudinem; ita ſcilicet, quòd maior uirtus ſit in toto, quàm in parte; maiorque ſit potentia totius, quàm partis; & huiuſmodi uirtus non eſt infinita: infinitio enim non eſt magis infinitum. ergo illa uirtus in materia eſt finita. Nota, quòd uirtus in materia dupliciter poteſt conſiderari eſſe infinita. uno modo, ut in materia appetibili: altero modo, ut in materia diuiſibili per dimenſiones interminatas. ſicut enim appetitus in

Digitized by Google

materia non contigit per dimenſiones interminatas, ita pari numero uirtus illa exiſtens in materia appetibili, non eſt finita per dimenſiones interminatas; ſed ratione appetitus materiæ dicitur finita: cōſiderando autem uirtutem in materia ſecundo modo, dico, quòd non ſolum eſt finita primo modo, uerum etiam & ſecundo; quia materia eſt multa ratione eius appetitus, propter quem accidunt dimenſiones in ea, ut declaratum eſt ſupra im primo cap. cuius rei gratia Commentator declarat Ariſt. uoluiſſe uirtutem in materia eſſe infinitam per diuiſionem corporis tanquàm per rem potiorem, atque efficaciorem. Sequitur [ſi igitur omne corpus eſt finitum, ut declaratum eſt 3. Phyſicorum impoſſibile eſt uirtutem infinitam eſſe in corpore finito; & hoc manifeſtum eſt per inductionem [Proſequitur oſtendere corpora cœleſtia non poſſe habere uirtutem infinitam in materia: ſi igitur omne a tex. 24. vſq; in finē. corpus eſt finitum, ut declaratum eſt 3. Phyſicorum impoſſibile eſt uirtutem infinitam eſſe in corpore finito, & hoc manifeſtum eſt per inductionem ab tex. cō. 78. Ariſtotele deductū in 8. Phyſicorum ſcilicet, quòd potentia quanto eſt maior, tanto in minori tempore mouet; & hoc etiam habitū eſt in 6. Phyſicorum & quanto eſt debilior, tanto in maiori tempore mouet; propterea ſi corpus finitum uirtutem infinitam in mouendo haberet; tunc ſequeretur, uel quòd illa uirtus moueret illud corpus in inſtanti, uel moueret in æquali tempore cum uirtute finita; inter eorum enim tempora caderet proportio: hæc eſt igitur breuis inductio Ariſtotelis in 8. Phyſicorum, uirtutem infinitam non poſſe eſſe in corpore finito, quam ſequitur Commentator declarando [&

Ariſt.

Digitized by Google

Ariſt.laborauit in 8. Phyſicorum ad declarandum hoc ex fundamẽtis declaratis ab ipſo; ſcilicet quòd omnis motus eſt in tempore. ex quo intulit, quòd ſi uirtus infinita eſſet in corpore finitio, contingeret iſtud moueri per illam in non tempore,]ideſt & Ariſt. laborauit in 8. Phyſicorum ad declarandum corpus finitum uirtutem infinitam non poſſe habere ex fundamentis declaratis ab ipſo 4.Phyſicorum & 6.Phyſicorum, quòd omnis motus ſit in tempore,ex quo intulit, quòd ſi uirtus infinita eſſet in corpore finitio,contingeret tale corpus moueri in non tempore; quia illi motui non eſſet poſſibile dare tempus menſurans; quanto enim eſt maior uirtus, tanto ei de tempore in motu producto minoratur. ſed infinitio non datur maius, ergo ibi non datur tempus, in quo mouere illa uirtus poſſet[corpora enim non excedunt ſcilicet in uelocitate,& tarditate,niſi in exceſſu eorum in uirtutibus motiuis materialibus, & exceſſus uirtutum, ſequitur exceſſum corporum,ſcilicet quòd corpus,cuius uirtus eſt maior,eſt uelocioris motus]declarat, cur illam uirtutẽ infinitam contingeret mouere illud corpus in non tempore,quod manifeſtum eſt per ſe. Sequitur[ex quo ſequitur,quòd ſi aliquod corpus habuerit uirtutem infinitum, ut moueatur in non tempore] ideſt ex prædicto ſequitur, quòd ſi aliquod corpus habuiſſet uirtutem infinitam, non haberet tempus in quo mouere poſſet; niſi enim moueret, moueret in inſtanti, quod eſt impoſſibile; quia declaratum eſt omnem motum fieri in tempore; in omni enim motu neceſſe eſt dare prius & poſterius ſecundum, quæ tempus menſurat motum.

tex. cõ. 139.

tex. cõ. 29. 30. 36.

Digitized by Google

Tex. 96. *Et cum ita ſit, & eſt declaratum, quòd corpus cæli componitur, &c.*

Com. Continuat Commentator intentum ſuum in his, ex quibus mouet quæſtionem ad ſequentia dicens [& cum ita ſit, & eſt declaratum, quòd corpus cœli componitur ex motore & moto, & quòd iſte motor non conſtituitur per remotam, neque exiſtit in ea, ſed eſt abſolutus ab omni materia.] ideſt ſtantibus iſtis terminis declaratis in ſecundo capite, quòd corpus cœleſte non componitur ex motore, & moto; quodque ille motor non conſtituitur per rem motam; ita ſcilicet, quòd non ſubeat in eſſe per rem motam, neque exiſtit in ea, ſcilicet ſecundum eſſe, ſed abſolutus ab omni materia, ſcilicet tranſmutabili ad formas ſubſtantiales, & tranſmutabili ad formas accidentales. Sequitur [quærendum eſt de hoc, quòd mouetur ab eo ſcilicet de corpore cœleſti, utrum ſit compoſitum ex materia & forma, ſicut eſt diſpoſitio corporum, quæ mouentur apud nos ex ſe à primo motore qui eſt in eis, ſcilicet corporum animalium, quæ mouentur ab anima] Hæc eſt quam mouet Commentator ex ſuperioribus ab eo declaratis de ſubſtantia cœli & natura eius & ex ſuo ſubiecto & ſua forma, comparando illum ad compoſitionem rerum generabilium ex materia & forma. ideo dicit quærendum eſt de hoc corpore cœleſti ſub propria forma, utrum ſit compoſitum ex materia & forma circumſcripto motore, non conſtituente eſſe per ipſum corpus, nec exiſtente in eo ſicut eſt diſpoſitio corporum animalium mouentium ex ſe à primo motore, qui conſtitutus eſt in eis; ac ſi dixiſſet Commentator, utrum illud corpus ſit compoſitum ex materia & forma circumſcripto

motore,

motore, ſicut animalium corpora compoſita ex materia & forma, quæ eſt anima, circumſcripto intellectu. Sequitur[an ſit ſimplex & non eſt potentia in eo omnino, nec forma à qua prouenit actio præter formam mouentem, quæ eſt non conſtituitur per ipſam ſcilicet formam, quæ largitur ei motum continuum, ſcilicet mouere in infinitum,] ideſt ſi autem non ſit compoſitum ex materia & forma, quemadmodum eſt diſpoſitio corporum animalium; an ſit ſimplex; ita quòd non ſit in eo potentia omnino ad formas eſſentiales, nec ad formas accidentales, ſicut eſt diſpoſitio materiæ horum inferiorum, ac ſuperiorum; nec quòd ſit in eo forma, à qua prouenit actio aliqua præter formam mouentem, non conſtitutam in eſſe per corpus, ſed tantum, ut forma largiens motum continuum, ac infinitum.

Dicamus, ergo quòd ſi fuerit conceſſum, &c. Tex. 97. Com.

Soluit quæſtionem ſuperiorum, an corpus cœleſte ſit compoſitum ex materia & forma præter formam ſuam aſſiſtentem. Ad notitiam cuius rei ſumit Commentator unum principale, ſcilicet, quòd ſi corpus cœleſte habet uirtutem agentem infinitam, & uirtutem recipientem hanc actionem infinitam, ſcilicet motum infinitum; neceſſe eſt ipſum non eſſe compoſitum ex materia & forma, tãquàm ex duobus principijs finitæ actionis, ac finitæ receptionis prohibentibus corpori cœleſti, non poſſe recipere motus infinitos; propinquior enim ei eſſet materia & forma, ut intrinſeca principia compoſiti, quàm forma matrix aſſiſtens. Sequitur[dicamus ergo, quòd ſi fuerit conceſſum, quòd omnis uirtus im materia eſt finita, nulla differentia eſt in hoc, quòd ſit actiua, aut paſſiua,] dicamus ergo ad hoc Idē 8. Phyſicorum cō. 79.

quæſi-

quæſitum ex una de propoſitionibus poſitis, ac declaratis ſuperius, quòd omnis uirtus in materia exiſtens, eſt finita; ſiue ſit actiua, ſiue paſſiua, ideſt receptiua nihil refert: occurrit enim Commentator, ne aliquis exiſtimet uirtutem paſsiuam in materia, ut eſt forma præter motorem eſſe tantum finitæ actionis; non autem motore primum eius qui eſt actiuus exiſtens in materia; ideo dicit, quòd nulla eſt ad hoc differentia illam uirtutem eſſe, aut actiuam, aut paſſiuam; exiſtentia enim formæ in materia præfigit eam ad finitam actionem; magis enim eſt eſſe in materia, quam agere in ea ideſt plus repugnat huic uirtuti eſſe in materia, quàm agere in ea; hoc eſt illud, quod habemus apud Ariſt. & Auct. omnesque Peripatetici concordant in hoc, præter Alexandrum

tex. cõ. 19. 3. de Anima, quòd intellectus poſsibilis, ſeu receptiuus, & ſi ſit de uirtutib. receptiuis, nihilominus ex hoc, quia non habet eſſe in materia, eſt infinitus: cuius rei pulcherrimam rationem aſsignat ibi Au-

cõ. 11. 13. 14. ctor, & 2. Metaphy. & 12. Metaphy. per ipſum enim iudicamus in propoſitione uniuerſali; ergo nulla differentia eſt in hoc, quòd illa uirtus, aut ſit actiua aut paſsiua; quælibet enim ex eo, quod eſt in materia eſt finita. Sequitur [ſi igitur corpus cœleſte recipit mouere infinitum, ut declaratum eſt neceſſe eſt ut non ſit compoſitum ex materia & forma, & ut ſit ſimplex, ſcilicet ſubiectum ſimplex primo motori, qui eſt forma ipſius,] ideſt ſi igitur corpus cœleſte ſit de potentijs receptiuis motus infinitos, ut declaratum eſt paulo ſupra per æternitatem motus & temporis, neceſſe eſt ipſum non eſſe compoſitum ex materia & forma, ergo ibi non eſt forma præter motorem; illud enim quod non eſt compoſitum ex

materia

Digitized by Google

materia & forma non habet formam ut partem cõpoſiti, ſed illud tale ſubiectum in actu ex ſe ſimplex primo motori, qui eſt forma ipſius aſsiſtens conſtat eſſe. Animaduerte, qòd quando Auerroes dicit, illud corpus cœleſte eſſe ſubiectum ſimplex primo motori non eſt intelligendum, Commentatorem tantum intellexiſſe, motorem primum Deum Bene dictum, & illud corpus primum mobile; ſed quemlibet motorem immediatum ſuo orbi. Sequitur[omne enim compoſitum ex materia & forma eſt finitæ receptionis, ſicut finitæ motionis in aliud] hæc eſt ratio oſtendens, ſi cœlum compoſitum fuiſſet ex materia & forma, poſsibile non eſſet infinitos motus recipere; omne enim compoſitum ex materia & forma eſt finitæ receptionis. materia enim recipiẽs formas eſſentiales non eſt innata ex ſua imperfectione, quamlibet formam perpetuo conſeruare, ſed modo ſub una, modo ſub alia in eſſe: propterea compoſitum ex huiuſmodi materia eſt finitæ receptionis, ſcilicet motus prouenientis à forma finita in ea. Amplius compoſitum huiuſmodi eſt finitæ receptionis: forma enim ut eſt in materia mouetur per accidens, inquit Auctor. 9. Metaphy. 4. cœli, & cõ. 2.
3. cœli. ſed mouentia huiuſmodi mota ad motio- cõ. 22.
nem mobilis non ſunt neceſſaria ut inquit Ariſt. 8. 28. tex cõ.
Phyſicorum, ergo compoſitum ex materia & forma 36.
eſt finitę receptionis. Sequitur[eſt igitur proprium iſti moto ex ſe, quòd eſt corpus cœleſte, hoc uidelicet, quòd motor ipſius non eſt in materia, & quòd iſtud, quod mouetur ab eo, eſt ſimplex, non compoſitum] Concludit Commentator quid proprium ſit corpori cœleſti, poſtquam declarauit, compoſitionem ex materia & forma ei repugnare: propriũ

igitur

igitur eſt iſti moto ex ſe, quòd eſt corpus cœleſte, hoc uideliceſicet, quòd motor eius non ſit uirtus in corpore, & quòd illud quod mouetur ab hoc motore, ſcilicet corpus, ſit ſimplex, ita quòd eius materia ſit in actu ex ſe nullo alio recipiente, nec conſtituẽte ad eius eſſe, quodque illud corpus non ſit compoſitum ex materia & forma, ſicut hoc inferius. Sequitur[& ſic intendimus uerificare propoſitionem, in qua poſſumus, quòd cuiuslibel uirtutis in corpore, ſuum mouere eſt finitum, & ſuum moueri eſt finitum,]ideſt ex his igitur apparet uerificatio propoſitionis noſtræ, quòd cuiuslibet uirtutis in corpore ſuum mouere eſt finitum: maior enim eſt uirtus in toto, quàm in parte; & quòd illius corporis moueri ſit finitum.

tex. 98. Com. *Et ſi conceſſerimus, quod in corpore cœleſti, &c.*

In hoc textu ducit Commentator illud, quod in præcedenti textu dixerat, atque probauerat ad aliquod impoſsibile admittendo opinionem exiſtimantium in corpore cœleſti formam ſeu animam præter motorem primum eſſe[& ſi conceſſerimus, quod in corpore cœleſti eſt uirtus finita alia a uirtute motiua] ad notitiam perfectam præſentis textus notare debes illam famoſam opinionem Auicennæ, quæ talis erat, quòd motor propinquus cœli ſit anima imaginatiua, ut uirtus in corpore; motor autem remotus ſit intelligentia, uirtus abſtracta a corpore. ad demonſtrationem cuius rei induxit quaſdam rationes fatuas atque friuolas, ut omnibus recte philoſophantibus conſtare uidetur: quarum prima fuit hæc fortior apud ipſum præ cæteris; quia motus particularis eſt motus cœli & partium cœli, qui eſt ab A. in B. & a B. in C. & ſic continue fit do-

nec

Digitized by Google

nec perficiatur hic circulus; igitur iſte motus particularis eſt à motore habente cognitionem particularium de partibus huius motus ſingularis : cognitionem autem ſingularium de rebus non habet intelligentia illa uniuerſalis, abſtracta & ſimplex: igitur ille motus non eſt ab intelligentia, ſed ab anima habente ad minus imaginationem particularium. iſtæ autem animæ corporum cœleſtium ſecundum Auicenam formæ in materijs erant, ut teſtatur Auctor in primo cap. huius, acquirentes æter nitatem à formis immaterialibus, ipſasque creari chymerico quodam modo exiſtimauit 9. ſuæ Metaphy. ſcilicet, quòd Deus ab æterno intelligendo ſe ipſum produxit unum Angelum, & ille primus Angelus productus ab æterno intellexit tria. primo Deum, & per hanc intellectionem produxit Angelum inferiorem ſibi; ſecundo intellexit ſe ipſum, & ſic produxit per talem intellectionem animam ſui orbis, de qua præſens ſermo eſt; tertio intellexit ſuam poſſibilitatem, & ſic creauit primum mobile: & ita de alijs proportionabiliter dicebat: unde auream cathenam conſtituebat, cuius improbationem uidere potes apud Auctorem 12. Metaphy. ſed quomodocunque ſit de illa anima orbis producta ab Angelo intelligente ſe ipſum, illam dico ponere in corporibus cœleſtibus, ridiculum eſt; non poteſt enim Auicenna negare, quòd hæc imaginatio huius animæ imaginatiuæ non ſit alicuius ſenſibilis animæ, quod fatuum eſt credere corpora cœleſtia habere ſenſus: in nobis enim quando aliquis multum & arte, & exercitio perfectus inuenitur, operans ex intellectu ſine imaginatione, quæ mouetur à natura, dicitur. conſtat autem corpora cœleſtia

cap. 4.

cõ. 44.

Vuide Albertũ 11. Methaphy. tract. 3. cap. 4.

Cc eſſe

eſſe perfectiſſima;& ideo tali imaginatione non indigent. Amplius poſſibile eſt motus particulares corporum cœleſtium prouenire ab intelligentia uniuerſali, licet non intelligat eos, ut particulares, ſed tantum ut motus;motus enim iſti non currunt per uiam abſtractam, ſed per uiam magnitudinis particularis, ſeu per uiam compoſitionis. Amplius, ſi omnia à quo prodeunt actiones particulares neceſſe ſit habere imaginationes particularium, tunc uirtus informatiua, quæ eſt in ſemine, agens diuerſa in figura,& ſpecie,& multa inſtrumenta particularia non poſſent agere, niſi habeant imaginatiuam potentiam, quod eſt ridiculum. Vlterius, corpora cœleſtia mouentur propter deſiderium primi boni ſimpliciter, quod non eſt hic,& nunc;ſed boni ſimpliciter; & tamen mouentur hic & nunc: ita etiam intellectus intelligentiæ mouet hic & nunc, quamuis ipſa non ſit hic & nunc, per imaginationem; ignorabat enim Auicenna intelligentiam uniuerſalem cauſare motus particulares;ea de cauſa, quia ipſa eſt abſtracta à corpore mobili, quod intendit mouere infinito tempore. His habitis deueniamus nunc ad expoſitionem textus. [Etſi conceſſerimus, quòd in corpore cœleſti eſt uirtus finita, alia à uirtute motiua,] ideſt & ſi cõcedere uoluerimus, quòd in corpore cœleſti ſit uirtus finita, ſcilicet forma exiſtens in materia, cuiuſmodi apud Auicennam imaginatiua erat, alia à uirtute motiua, quæ eſt intellectus ſeu intelligentia. Et nota, quòd licet illa anima finita apud eum eſſet mouens propinquus corporis; nihilominus motum fluere in eo ab intelligẽtia, dicebat; unde à potiori illa uirtus ſeparata mouens appellabatur. Amplius illa uirtus recte apud

Auicen-

Auicennam eſſe finita arbitrabatur;quia illa uirtus erat partibilis, nec poſſibilis tempore infinito mouere, niſi influente intelligentia. Sequitur [quod non eſt in eo,nec conſtituitur per ipſum,]ideſt & ſi conceſſerimus, quòd illa uirtus finita in corpore cęleſti non eſt ſicut intelligentia mouens; quæ quidem non conſtituitur, ut forma materialis per ſuũ ſubiectum, ſed quòd ſit ut materialis forma conſtituta in eſſe per ſuum mobile[V.g. uirtus per quam cœlum dicitur habere motum circularem ſicut grauia ,& leuia per formam declinationis motum rectum;qua uidelicet dicitur eſſe neque graue neque leue;ita quòd iſta uirtus ſit in materia]explicat Cõmentator illam uirtutem Auicennæ, exiſtimantis, quòd in corpore cœleſti erat,per quam motum circularem,ſcilicet particularem,(ut explicauimus)ſibi comparabat,ſicut grauia & leuia motum rectum per formam materialem,quæ eſt forma declinationis, qua forma corpus cœleſte efficitur apud eum, neque graue neque leue,ſcilicet formaliter; non ſicut in uia Auctoris ab intelligentia aſſiſtente corpus illud neque graue neque leue efficitur, ut explicauimus ſupra. Sequitur[& quod aggregatur ex ipſa & materia ſit corpus cœleſte, ſicut dicit Auicenna,]ideſt & quod aggregatur ex materia & ipſa forma,præter illam formam aſſiſtentem,ſit corpus cœleſte, ut quid compoſitum iuxta intellectum Auicennæ.Subdit[ſequitur ut in æterno ſit poſſe ad corruptionem,abſque eo,quòd corrumpatur,quod deſtruitur in ultimo tractatu primi de cœlo,]ideſt ſequeretur unum imposſibile ex dictis eius; ſi illa uirtus eſſet in materia, ita quòd conſtituatur in eſſe per eam,ſcilicet corpus cœleſte ſecundum illam uir cap.2.

Digitized by Google

tutem eſſe corruptibile, & ſic non æternum. ſed uiſum eſt ex fundamentis Phyſicis corpus cœleſte eſſe ęternum. ergo ſequeretur, quòd in ęterno ſit poſſe ad corruptionem, abſque eo, quòd corrumpatur; hoc autem deſtructum eſt in ultimo tractatu primi de cœlo.

a textu 124. uſq; in finem.

Tex. 99. Com.

Eſſe igitur neceſſarium non eſt, niſi duobus modis, &c. Ponit Commentator diſtinctionem, qua uſus fuit Auicenna, immo Alexander in quibuſdam ſuis ſermonibus, & in hoc eius comes fuit Auicenna, ut teſtatur Auctor in Paraphraſi primi de cœlo. dico, quod hac diſtinctione uſus fuit Auicenna ſectator Alexandri, ad euitandum illud impoſſibile, quod oritur ex illa opinione eius, ſcilicet quòd poſſibile ſit aliquod corruptibile eſſe æternum, & ab aliquo neceſſario incorruptionem habere; quia duplex ſit neceſſarium, inquit: unum, quod ſit ex ſe, & hoc neceſſarium impoſſibile eſt habere aliquam potentiam contingentem ad non eſſe; qua conditione motores corporum cœleſtium apud eum erant neceſſarij, ut dicit Auctor. 8. Phyſicorum. Aliud autem erat neceſſarium ab alio, & poſſibile ex ſe; cuiuſmodi cœlum & animam eius materialem iuxta eum conſtat eſſe: ſed quomodocunque ſit, hæc diſtinctio non eſt poſſibilis in Schola Philoſophi eo modo, quo uſus fuit Alexander, & Auicenna, niſi tantum alio & alio modo: non primo; quia ſicut impoſſibile eſt aliquod corruptibile fieri æternum, & eſſe eiuſdem generis; ita impoſsibile eſt aliquod, quod contigit aliter ſe habere, non cõtingere aliter ſe habere: huiuſmodi eſt omne neceſſarium. neceſſarium enim non cõtingit aliter & aliter ſe habere 4. Metaphy. ideo illud quod eſt poſsibile ex ſe, non contingit

cap. ultimo.

cõ. 79.

tex. cõ. 25.

Digitized by Google

contingit eſſe neceſſarium: neceſſarium enim ens nullam habet poſſibilitatem, ut inquit Ariſt. 9. Metaphy. formetur igitur ſic ratio. ſicut ſe habet neceſſarium ex ſe, ita ſe habet poſſibile ex ſe; oppoſitorum enim eſt eadem ſcientia: ſed impoſſibile eſt neceſſarium ex ſe, fieri poſſibile ab alio, iuxta etiam mentem Auicennæ: ergo impoſſibile eſt aliquod poſsibile ex ſe, fieri neceſſarium ab alio: hæc ratio ducta eſt ex fundamentis Auicennę, quam cum ſuo Alexandro negare non poteſt; neceſſarium autem ex ſe, & neceſſarium ab alio conceditur in uia Philoſophi, non eo modo, quo diximus ſecundum doctrinam Auicennæ, ſed alio & alio modo; neceſſarium enim ex ſe dupliciter conſideratur iuxta doctrinam Philoſophi, uno modo neceſſarium ex ſe, & à ſe ſimul; cuius conditionis eſt Deus Opt. Max. ipſe enim nec extrinſece nec intrinſece habet aliquam cauſam ſuę neceſsitatis; hoc eſt etiam illud, quod dicit Ariſt. 5. Metaphy. primum eſſe neceſſarium ſimpliciter. Altero modo neceſſarium ex ſe dicitur, ſcilicet ex ſe, ſed non a ſe; cuius naturæ corpora cœleſtia, & formas motrices eorũ conſtat eſſe & cur ex ſe & nõ a ſe? dico, q̃a nõ habẽt cauſã formalem, atque materialem ſuæ neceſsitatis, ſed tantum cauſam efficientem, ſiue agentem; quem modum neceſſarij ignorabat eſſe Auicenna præter neceſſarium ſimpliciter, neceſſariumque ab alio; quod non erat neceſſarium ex ſe, ſed tantum poſsibile ſuapte natura, & neceſsitatẽ ſortiebatur ab alio; quod repugnare uidetur Scholæ Peripateticæ. Amplius bene admittitur in doctrina Philoſophi, poſsibile ex ſe, neceſſariumque ab alio: tamen illud neceſſarium non fit ab altero, ut aliquid poſsibile ex ſe deperdens

tex cõ. 6.

Digitized by Google

dens illam potentiam, uel ad eſſe, uel non ad eſſe, cuiuſmodi ſunt animalia hæc inferiora, neceſsitatem, atque permanentiam habentia à formis eorũ, ut inquit Auct. Deſt. Deſt. hæc autem neceſsitas dicitur in tempore. His habitis; deueniamus ad expoſitionem textus[eſſe igitur neceſſarium non eſt, niſi duobus modis; neceſſarium ſcilicet ex ſe, & neceſſarium ab alio, quod tamen eſt poſsibile ex ſe,]ideſt Auicenna ait ad euitandum impoſsibile, quod oritur ex opinione ſua, aliquod corruptibile ſuapte natura fieri incorruptibile ab alio neceſſario; quòd duplex ſit neceſſarium, ſcilicet ex ſe cuiuſmodi ſunt motores corporum cœleſtium, motores dico immateriales; & neceſſarium ab alio, quod tamen eſt poſſibile ex ſe: ideo dicebat, quòd poſsibile eſt aliquid fieri neceſſarium ab alio, ita quòd ſit poſsibile ex ſe; illud autem, quod eſt neceſſarium non eſt poſsibile habere aliquam poſsibilitatem, ſeu cõtingentiam. Commentator autem uerus imitator Ariſtotelis uult Deſtr. Deſtr. quòd in neceſſario quomodocunque poſito non eſt poſsibilitas omnino, quia non reperitur aliquod habens unam naturam, ut dicatur de hac natura, quòd ſit poſsibilis aliquo modo, & neceſſarium aliquo modo; neceſſarium enim nullum eſt poſsibile omnino: poſsibile enim contradicit neceſſario. Sequitur[ſic poteſt aliquis exiſtimare in corpore cęleſti, quòd ipſum ſcilicet habeat uirtutem finitam, & acquirat neceſsitatem à uirtute infinita,]ideſt ſic poteſt (dicebat Auicenna) aliquis exiſtimare in corpore cœleſti, quòd ſit uirtus finita acquirens neceſsitatem à uirtute infinita, quæ intelligentia ſeparata dicitur; ſed hoc impoſsibile eſt ut oſtenſum fuit. Sequitur[& ſuper hoc fundauit

Disp. 4. fol. primi dubii.

Disp. 8. fol. primi dubii.

Auicen-

Auicenna ſuam declarationem de eſſe primi principij ſine declaratione eius, quod eſt motum æternum eſſe, & eſt declaratio fundata ſuper propoſitiones inſtabiles, ſicut tu uides] Animauertendum eſt quod Auicenna, & nõnulli Arabum arbitrati ſunt uenari primum principium medio Metaphyſico, Ariſt. autem atque eius Commentator medio Phyſico, ut potiori, de primo principio cognitionem habere ſtuduerunt, quod eſt motus; omne enim quod mouetur neceſſe eſt ab alio moueri: Auicennę autem omne neceſſarium in eſſe neceſſe eſt, ut finiatur aut in neceſſarium in eſſe ex alio, aut in neceſſarium in eſſe ex ſe; ſi autem ad neceſſarium in eſſe ex alio, neceſſe eſt, (ut ait) quòd neceſſarium in eſſe ex alio ſequatur ex neceſſario ex ſe; ipſe enim exiſtimauit, ut ſcis, quòd illud neceſſarium in eſſe ex alio ſit poſsibile in eſſe ex ſe, & quòd poſsibile indiget neceſſario. ſed hæc uia Auicennæ eſt falſa in duobus. primo, non eſt neceſſe neceſſarium ab alio concedi, ita quòd ſit poſsibile ex ſe, ut oſtenſum eſt; ſecundo, quia illa uia non ducebat nos niſi ad cognoſcendum aliquod neceſſarium ex ſe, non autem ad cognitionem primi, nam & ipſe exiſtimauit quòd motores ſeparati corporum cœleſtium ſint neceſſarij ex ſe. quod autem dicebat motores eſſe productos, & primum tantum improductum; dico, quòd hoc non excludit neceſsitatem ex ſe: omnes enim motores iuxta eum erant neceſſarij ex ſe, illaque productio eorum ad inuicem non erat cognita per medium, ſcilicet Metaphyſicum. ut enim erant poſsibiles ex ſe, producebant animas orbium, non autem uirtutes abſtractas; ergo per medium Auicennæ non poterant Philoſophi naturales deuenire ad cognitio- obiectio.

Digitized by Google

gnitionem primi, niſi tantum ad aliquod, quod ſit neceſſarium ex ſe.

Tex. 100. *Sed eſt quæſtio de hoc, quia Ariſt. dicit, &c.*

Com. Poſtquam Commentator determinauit, quòd corpus cœleſte circumſcripto motore non ſit compoſitum ex materia & forma, in præſenti textu mouet quæſtionem ex his, quæ declarauerat, quòd corpora cœleſtia habeant uirtutem non in materia; & quòd illud, quod mouebatur ab illa, erat ſimplex, non compoſitum; quodque motor eius influebat ei motum cõtinuum, atque infinitum: ex quibus iam declaratis ortum fuit motores corporum cœleſtiũ eſſe uirtutis infinitæ; ideo mouet ad hoc quæſtionem, ſcilicet uirtutes corporum cœleſtium non eſſe uirtutis infinitæ: immo potius ſuapta natura, quòd finitæ actionis ſint. corpora enim cœleſtia ſunt finitæ quantitatis; manifeſtum autem autem eſt, quòd nulla magnitudo finita habeat uirtutem infinitam. hoc motiuum ab Auerroe perſępe, atque in multis locis eius operis motum, atque ſolutum fuit, ut putà in Paraphraſi primi de cœlo, & 12. Metaphy. & 8. Phyſicorum ſed non ita, quemadmodum eam hic mouet & ſoluit. Modo ueniamus ad expoſitionem textus [ſed eſt quæſtio de hoc, quia Ariſt. dicit in lib. de cœlo, quòd uirtutes corporum cœleſtium ſunt finitæ actionis, quia corpora cœleſtia ſunt finitæ quantitatis,] ideſt, ſed reſultat quæſtio de hoc, quod uirtutes corporum cœleſtium nõ ſunt uirtutis infinitæ, quia corpora cœleſtia eſſe finitæ quantitatis conſtat, & ratio manifeſta, quòd nulla magnitudo finita ſit infinitæ uirtutis. [& ex hac propoſitione declarauit, quòd corpora cœleſtia ſunt finitæ quantitatis,] ideſt ex hac propoſitione

cap. ultimo. cõ. 41. cõ. 79.

decla-

Digitized by Google

declarauit Ariſt. 2. cœli, corpora cœleſtia eſſe finitę quantitatis, quia corporum cœleſtium videtur eſſe finita actio, atque terminata in tempore. Sequitur [& dedit cauſam in hoc, quia corporum cœleſtium quædam mouent unam ſtellam, & quędam plures,] ideſt & dedit cauſam in hoc Ariſt. corporum cœleſtium uirtutes eſſe finitæ actionis atque motus; quia mouent quædam unam ſtellam, & non plures, & quædam plures; & cauſam huius rei non erat poſsibiles aſsignare, præter hanc. ſicut enim in multitudine aſtrorum, ita neceſſe eſt eſſe in uirtute corporum ferentium aſtra, ſcilicet, quòd non multiplicantur in corporibus aſtra, niſi à fortiori uirtute corporum ferentium aſtra; ideo ſicut ab una ſtella ad plures exiſtentes in corpore cœleſti non eſt proportio repugnans, ſicut finito atque infinito repugnare uidetur: immo proportio eorum eſt finita atque terminata; ita neceſſe eſt eorum, ſcilicet corporum cœleſtium uirtutes eſſe proportionabiles, & ſic finitas, quod declarat Commentator [& dixit, quòd ſi ſtellæ, quæ ſunt in orbe ſtellarum fixarum eſſent minores atque maiores, non poſſent mouere eas omnino,] ideſt, & dixit Ariſt. ſcilicet 2. cœli aſpiciēs unum corpus cœleſte ferre unam ſtellam, & aliud plures, quod natura eorum aſſortita eſt ſecundum uirtutes eorum: in corpore enim in quo reperitur una ſtella; credendum eſt, inquit, uirtutem illius corporis minorem eſſe præ cæteris uirtutibus, quorum corpora plures ſtellas ſortiuntur; ideo dixit, quòd ſi ſtellæ, quæ ſunt in orbe ſtellarum fixarum, ſcilicet non errantium eſſent minores numero: tūc illud corpus non moueretur in debita uelocitate, niſi in inſtanti, & ſic non moueret utique eas; ſi au-

tex. 71.

tex. cō. 71.

Digitized by Google

tem fuiſſent maiores nõ poſſent mouere eas omnino,quia excederent uirtutem corporis. Sed oritur hic unum dubium, quòd ſi in orbe ſtellarum fixarum eſſent maiores, uel minores ſtellę numero uel quantitate, quare non moueret eas omnino, cum grauitate atque leuitate unumquodque corporum cœleſtium careat? Soluitur. dicamus autem, quòd
tex. cõ. 39. motus cœli, ut inquit Ariſt. 2. cœli habet tempus terminatum minimum, ultra quod non cõtingit moueri, ſicut nec poteſt ambulans ambulare, neq; muſicus tangere chordam in minori tempore, eo, in quo fit ambulatio & tactus; quoniam omnis operatio habet tempus minimum terminatum, quod non pertranſit; ita motus cœli habet tempus modicũ, in quo mouetur ſuo motu circulari, ultra quod non procedit; & ſi hoc ſit in hoc mundo, impoſſibile eſt, ut motus eius habeat perpetuam flexibilitatem: cum igitur cœlum ſit perpetuum, & in perpetuis, quæ nunquàm exeunt in actum, omne illud ſit neceſſariũ eſſe in eis, quod poſsibile eſt eſſe in eis, eo quod aliter nõ eſſet perpetuum, oportet, quod tempus aliquod ſit minimum, in quo ſecundum actum expletur motus circularis eius, & hoc eſt tẽpus 24. horarum. Sed ſi poſsibile fuerit, ut motus cœli ſemper addat, ſcilicet in uigore, poſsibile eſt ut ſemper addat in flexione, poſsibile erit, ut ſemper addat in uigore. ſed quia cœlum eſt perpetuum & motus eius, ergo impoſsibile eſt hoc reperiri in perpetuis, ſcilicet addi, atque diminui ultra naturalem modum. hæc Ariſt. 2. cœli. modo ad propoſitum, cum motus cęli ſit regularis atque continuus; ſi in minori aut maiori tempore, tempore terminato ſecundum naturam corpus cœli moueretur,

tur, contigeret quòd uirtus cœli ipſum nõ moueat, nec ſit poſſibilis mouere; nam quod eſt poſsibile addi in uigore, poſsibile eſt etiam addi in flexione: ſed in perpetuis, quæ nunquam exeunt in actum, omne illud eſt neceſſarium eſſe in eis, quod poſsibile eſt eſſe in eis; ergo uirtus cœli non contingeret ipſum mouere: tanto magis, quia tempore, infinito moueretur cœlum uelocius, & tempore infinito remiſsius, quod eſt impoſsibile ſecundum naturam ſimul & ſemel moueri, ut inquit Ariſt. primo cœli. ideo quando dicit ipſemet Philoſophus 2. cœli; ſi ſtellæ, quæ ſunt in orbe ſtellarum fixarum eſſent minores, aut maiores, non poſſent mouere eas omnino; non quòd grauiora, aut leuiora illa corpora extitiſſent, abſit: ſed quia repugnat regularitati, atque continuitati motus addi atque diminui, uel in uigore, uel in flexione, ut diximus; ergo uirtus corporum cœleſtium non eſſet innata eas mouere omnino. iſte eſt fidelis ſenſus uerborum Philoſophi 2. cœli, in quibus non dubito. Et ſequitur [& declarauit illic uniuerſaliter, quòd ſi uirtutes, quæ ſunt in corporibus cœleſtibus eſſent in calefaciendo & mouendo uniuerſaliter infinitę, mouerent corpora, quæ ſunt apud nos in inſtanti,] ideſt & declarauit illic, ſcilicet 2. cœli quod ſi uirtutes, quæ ſunt in corporibus cœleſtibus eſſent in calefaciendo, atque mouendo, infinite mouerent, atque calefacerent utique corpora, quæ ſunt hic, ut puta elementa in inſtanti propter uigorem earum. ſed cernimus ipſa moueri in tempore primi motus. ergo.

cõ. 40.

Ad hoc dicamus breuiter, quòd infinitum dicitur duobus modis, &c. Tex. 101.

Soluit præcedens motiuum, poſitis tamen primo duabus diſtinctionibus [ad hoc dicamus breuiter, quod infinitum dicitur duobus modis; quorum unus eſt uirtus infinitę actionis & paſsionis in tempore, & eſt finita in ſe, ſcilicet in uelocitate & uigore,] ideſt ad ſolutionẽ huius motiui dicamus breuiter, qđ infinitũ duobus modis extat; quorũ unũ eſt uirtus infinitæ actionis & paſſionis. ſ. motus, qui eſt & actio, & paſſio, ut habemus 3. Phyſicorum, reſpectu diuerſorum; quæ quidem infinitas eſt ſine termino, ſcilicet in duratione, finita autem in uelocitate; terminata eſt enim ei menſura temporis, ſimiliterque finita eſt in uigore; uelocius enim atque tardius ſuum mobile non eſt nata mouere; præſcripta eſt enim ei proportio debita, atque menſura;

cõ. 71. hoc eſt illud, quod inquit ipſemet Commentator

cõ. 79. 2. cœli, & 8. Phyſicorum, infinitum dicitur uno modo, ſcilicet in tempore; corpora enim cœleſtia habent potentias finitas in qualitate, ſcilicet in uelocitate, quoniam omne motum habet uelocitatem terminatam neceſſario, ſiue habuerit formam naturalem, ſiue non; & ſimiliter omne motum operationem finitam in qualitate, cum omne motum habet magnitudinem finitam, iſtaque corpora cœleſtia mouentur, atque durant tempore infinito. Sequitur [ſecundus eſt uirtus infinitæ actionis, & paſſionis in ſe,] ideſt ſecundus autem modus infiniti, eſt uirtus infinitæ actionis & paſſionis in ſe, quod nihil aliud eſt, quàm infinitum in uigore; actio. n. atq; paſſio infiniti, declarãt infinitatẽ uirtutis ĩ uigore.

Tex. 102. *Virtus autem infinita in actione ſua, aut paſſione, &c.*

Com. Declarat membra diuiſionis applicando ea ad ſolutionem motiui [uirtus autem infinita in actione

ne

Digitized by Google

ne ſua, aut paſsione non exiſtit in corpore, ſiue fue rit cœleſte, ſiue generabile & corruptibile] declarat dico, primum membrum diuiſionis, ſcilicet infinitatem temporis, & finitatem uigoris: ſecundũ mem brum oſtendit non conuenire alicui corpori, ſiue fuerit cœleſte, ſiue generabile, quando dicit, quòd uirtus infinita in actione, & paſsione, ſcilicet in uigore, non exiſtit in corpore; ita quòd ſit uirtus corporis, & diuiſibilis ad diuiſionem corporis, ſiue illud corpus fuerit generabile & corruptibile, ſiue cę leſte. Sequitur [hæc enim non accidit corpori, niſi ſecundum quòd eſt corpus infinitum,] ideſt hæc enim uirtus in uigore nõ accidit corpori ut eſt corpus menſurabile atq; diuiſibile, niſi fuiſſet corpus infinitum; ſed impoſsibile eſt corpus infinitum eſſe, ut oſtenſum eſt. 3. Phyſicorum ergo. Animaduerte, quòd uirtus corporalis, & uirtus in corpore differre uidentur. primo uirtus corporalis exiſtens in ſubiecto, ſi ſubiectum eius erit maius, erit maior; ſi minus, minor: menſuram enim corporis uirtus corporalis ſequitur; ſi corpus illud fuerit infinitum, illa uirtus erit infinita; ſi autem finitum, minime: modo loquens Auerroes de hac uirtute corporali, neceſſe eſt ipſam habere corpus infinitum, ſi ipſa eſſet infinita in uigore; omnis enim uirtus corporalis ſequitur menſuram dimenſionis; uirtus autem in corpore non eſt maior in maiori corpore, neque minor in minori; quia non reſpicit ſubiectum in quantitate, ſed tantum harmoniam ſubiecti exigit, quæ ſi non ſit in ſubiecto, ſed ſit maior, uel minor, non mouebit ipſum; mouebitur autem à motore proportionato mobili, & non a maiori, uel minori. hæc uirtus reperitur in corporibus cœleſtibus, quæ

non

Digitized by Google

non exigit magnitudinem ſubiecti, ut prima; ſed tantum harmoniam ſubiecti exiſtentem in corporibus cœleſtibus, ſecundum quòd unus orbis mouet unam ſtellam & alius plures; ueruntamen ſi habuiſſet maiores ſtellas, non mouebitur utique niſi à motore proportionato mobili [& ideo orbes mouent, & mouētur in tempore, uirtutes uero in actione & paſsione infinitas in tempore neceſſarium eſt eſſe in corporibus cœleſtibus,] ideſt & ideo orbes & mouent, & mouentur in tempore terminato ſecundum prius & poſterius, ita ſcilicet, quod ſemper in eorum motu exigitur tempus; impoſsibile eſt enim motus eorum fieri in inſtanti, hæc omnia manifeſtant nobis corpora cœleſtia habere uirtutes corporeas finitas in uigore; nihil autem prohibet, corpora cœleſtia habere uirtutes in actione & paſsione infinitas non in uigore, ſed tātum in tempore; ipſa enim mouentur, ut inſtrumenta obedientiæ ſecundum naturam principiorum motus, quæ ſemper orbes mouent; igitur eorum motus durabit infinito tempore ſecundum naturam principiorum illius motus; quæ quidem principia ſunt infinitæ uirtutis in tempore infinito atque æterno. ex iſtis autem rebus colligimus quippe omnia corpora cœleſtia in hoc maxime ad inuicē cōuenire, quia ſunt infinita in tempore, & differre in motu, uel tardiori, uel ueloctori ſecundum diuerſitatem ſuarum naturarum, ut inquit Auctor 2. cœli. Sequitur
c6.71. [paſsione quidem, quia ſunt ſimpliciter ſimplicia] declarat, quid eſt illud, quod dicitur uirtutes corporum cœleſtium eſſe infinitæ actionis, & paſsionis, & primo de paſsione dicendo, quòd ſunt infinita paſsione ideſt uirtutis infinitæ in paſsione, ſcilicet

in dura-

Digitized by Google

In duratione motus & ſubiecti, quia ſunt ſimpliciter ſimplicia ideſt incorruptibilia, & æterna; recte igitur corpora cœleſtia habentia eandem ſemper habilitatem, ſunt maximę uirtutis infinitæ in paſſione temporis, ſcilicet durationis. Sequitur de actione [actione uero, quia ſuæ formæ non conſtituuntur per ſubiectum,] ideo ſunt uirtutis infinitæ in actione durationis, quia ſuæ formę, quę ſunt ſubſtantiæ ſeparatę non conſtituuntur per ſubiectum; hæc enim diſpoſitio eſt formarum finitarum in uigore. Propterea notandum eſt, quòd nō eſt impoſſibile motores corporum cœleſtium eſſe uirtutis infinitæ in uigore, licet ſubiectum earum ſit magnitudinis finitæ, quia ſunt ſeparati à ſubiecto mobili ſecundum eſſe; ita, quòd non conſtituuntur per ipſum; infinito enim tempore cœleſtia non poſſent moueri, niſi formæ eorum motrices eſſent abſtractæ à ſubiecto finito. ſed ad hoc aliquis dicere poteſt, arbitrari uirtutes ſeparatas corporum cœleſtium, eſſe infinitas in uigore, nihil aliud eſt, quàm credere eas eſſe infinitæ intēſionis in uigore, quod eſt expreſſę contra Auctorem 2. cœli; ubi inquit, infinitas intenſionis uigoris impoſſibilis eſt in formis, ut formæ ſunt. Soluitur, quòd Commentator nihil eſt contra nos; ibi enim excludit infinitatem intēſionis uigoris ī formis ut ſūt formę matrices. ſ. effectiuæ motus; aliter. n. non poſſet cadere, ut ibi ait, proportio inter potentiam motoris & moti; quēadmodum enim mobile eſt terminabile, ita motus motoris neceſſe eſt quòd ſit terminabilis, ueruntamen non excludit Commentator infinitatem uigoris in duratione in quantum ſunt formæ finales motus æterni, atque infiniti: huiuſmodi enim conſideran-

ſiderando motores corporum cœleſtium, non eſt impoſsibile diſproportionare potentiam motoris corporis cœleſtis à potentia moti [& utrunque eſt impoſsibile in corporibus generabilibus, atque cor ruptibilibus, quia ſunt compoſita ex materia & for ma,] ideſt utrunque iſtorum eſt impoſsibile in corporibus generabilibus atque corruptibilibus, ſcilicet habere uirtutes infinitas in duratione & uigore, quia ſunt compoſita ex materia & forma ideſt quia ſunt corruptibilia, unde nec agere, nec pati poſſunt per tempus infinitum.

Tex. 103. Com. *Infinitum igitur iu uigore, &c.*

Concludit ſolutionem ſuperioris motiui, dicẽs [infinitum igitur in uigore, cuius cauſa eſt corpus, ſecundum quòd corpus, impoſsibile eſt in corporibus, ſiue cœleſtibus, ſiue alijs,] ideſt infinitum igitur in uigore impoſsibile eſt corpora cœleſtia, ſiue alia habere, ſecundum quòd ſunt corpora finitæ magnitudinis; ſi autem illud infinitum ſit abſtractũ ab huiuſmodi magnitudine, nihil prohibet. ex quibus manifeſte patet non eſſe alienum corpora cœleſtia (licet ſint finitę magnitudinis) habere ſecundum quòd ſunt corpora ſimpliciter ſimplicia uirtutem infinitam in tempore ideſt, in duratione perpetua; & ſi in ſui natura illa uirtus, ſecundum quòd eſt corporalis, ſit finita in uelocitate & uigore. Sequitur [infinitum uero in tempore neceſſe eſt eſſe in corporibus ex diuerſitate motoris & moti in eis à corporibus generabilibus & corruptibilibus,] .i. infinitum uero in tẽpore neceſſarium eſt eſſe in corporibus cœleſtibus propter diuerſitatem motoris & moti in eis à corporibus generabilibus & corruptibilibus, quia motores eorum non conſtituuntur

tur

Digitized by Google

tur per ſubiectum mobile, quemadmodum formæ materiales horum inferiorum conſtitui uidentur, cum illud corpus mobile ſit perpetuum, atque æternum, non eſt impoſſibile ipſa corpora cœleſtia moueri tempore infinito ab illis motoribus abſtractis & ſi non caderet proportio inter potentiam motoris & moti. ſufficit. n. tantum corpora cœleſtia eſſe æterna, quemadmodum ſunt motores eorum. Sequitur. [& eſt impoſſibile in corporibus generabilibus & corruptibilibus, quia uirtutes eorum motiuæ ſunt materiales, & corpora ſua, quæ mouentur ab eis ſunt cõpoſita ex materia & forma,] ideſt, & eſt impoſſibile, ſcilicet, quòd infinitas actionis & paſſionis in tempore ſit in corporibus genitis & caducis; tum quia motores eorum ſunt materiales, tũ quia eorum corpora ſunt compoſita ex materia & forma, tanquam ex duobus principijs generationis & corruptionis.

Corpora igitur cœleſtia, & generabilia, & corruptibilia, &c. Text. 104.

Poſtquam Commentator ſoluit quæſtionem ſuperiorem de infinitate atque finitate corporum ſuperiorum; nunc ponit differentiam, atque conuenientiam inter corpora cœleſtia, & generabilia & corruptibilia; uidelicet, quomodo ad inuicem ſecundum uirtutes eorum conueniant, ac differant, [corpora igitur cœleſtia, & generabilia, & corruptibilia conueniunt in hoc, quòd actio & paſſio exiſtẽtes in eis ſunt finitæ in ſe; & propter hoc mouentur in tempore,] ideſt, quia uiſum eſt in ſuperioribus uirtutes motiuas corporum generabilium eſſe materiales, ipſaque corpora, quæ mouentur ab eis eſſe compoſita ex materia & forma; concluditur ex his corpora tam generabilia, quàm cœleſtia conuenire Com.

Digitized by Google

in hoc,quòd actio & paſſio ideſt, uirtutes actiuæ, & paſſiuæ exiſtentes in eis ſint finitæ in ſe, ſcilicet in vigore; & propter hoc mouentur in tempore, quia uirtutes eorum non excedunt mobile in uigore: in utroque.n. eorum motus tranſit in tempore menſurabili. Sequitur. [& quædā ſunt uelociora quibuſdam.] ideſt & quædam corpora ſunt uelociora quibuſdam, ſcilicet ſecundum quòd in maiori proportione virtus motiua vnius corporis mobilis excedit virtutem alterius mobilis. [& cum virtutes eorum motiuæ non ſint materiales; ideo recipiunt ex modo illo, receptione infinita in tempore, nō receptione finita.[declarat differentiam uirtutum inferiorum & ſuperiorum, quando dicit, & cum virtutes motiuæ corporum cœleſtium non ſint materiales, quemadmodum horum inferiorum cōſtat eſſe, propter id recipiunt corpora illa receptione infinita motus in tēpore infinito, nō receptione finita ideſt, paſſione finita; aliter enim repugnaret eis perpetuitas motus & ſubiecti. Sequitur. [quia uero uirtutes generabilium & corruptibilium ſunt materiales.[ideſt, ſed quia uirtutes corporum generabilium, ac corruptibilium ſunt materiales ideſt, conſtitutę per materiam, tanquam per cauſam generationis & corruptionis; ideo nullam infinitatem recipiunt, neque in uigore, neq; in duratione: generabilia enim & corruptibilia ſunt.

Text. 105. Com. *Et non ſequitur ex hoc, quòd in corpore cæleſti, &c.*

Remouet obiectiones, quæ poſſunt ei inferri ad præcedentia dicta eius, uidelicet poſtquam corpora cœleſtia non ſunt poſſibilia eſſe uirtutis infinitæ in uigore, quare ipſa met corpora neceſſario uirtutem infinitam in tempore ſortiuntur? uirtus enim

in

Digitized by Google

in tempore corporum cœleſtium correſpondet uirtuti in vigore; nullam enim uirtutem infinitam in tempore contingit eſſe abſque uirtute infinita in vigore: modo ſi ipſa corpora habent uirtutem infinitam in tempore; quare ipſis met corporibus non cõtingit uirtus infinita in vigore? Ad hanc primam obiectionem reſpondet Commentator. [& non ſequitur ex hoc, quòd in corpore cœleſti eſt uirtus finita in actione, & paſsione, ut in eo ſit uirtus finita in tempore.] ideſt non ſequitur ex hoc, licet corpora cœleſtia habeant uirtutem finitam in actione, & paſsione ideſt, in uigore, quòd in eis ſit neceſſe ponere uirtutem finitam in tempore. [neque ſequitur ex hoc, quòd ſit uirtus finitę actionis & paſsionis, ut ſit corpus poſsibile, ut corrumpatur, aut ut ſit compoſitũ ex materia & forma.] hęc eſt altera obiectio. ſi ipſa corpora non ſunt uirtutis infinitæ in uigore quare ipſa met corpora nõ ſunt poſsibilia corrũpi? de principijs enim generabilium, atque corruptibilium eſt, non habere uirtutem in uigore. Sequitur [poſsibilitas enim non debet eſſe niſi ex hoc, quòd uirtus finita in tempore ſit, & quòd ipſa ſit compoſita.] Reſondet ad hoc. non eſt neceſſe corpora cœleſtia, licet ſint uirtutis finitę in uigore, ut corrumpantur; poſsibilitatem enim ſcilicet huiuſmodi ad corruptionem, non cõtingit eſſe in corpore, niſi in quo uirtus ſit finita in tempore, & quòd illud corpus ſit compoſitum ex materia & forma, tanquam ex duobus principijs rerum generabilium, ac corruptibilium, quibus rebus corpora cœleſtia omnino carent ut oſtenſum eſt; ideo non eſt poſsibile ipſa corrũpi, & ſi careant uirtute infinita in uigore. propterea Commentator non ſine magno propoſito impugna

Digitized by Google

in hoc, quòd actio & paſſio ideſt, uirtutes actiuæ, & paſſiuæ exiſtentes in eis ſint finitæ in ſe, ſcilicet in vigore; & propter hoc mouentur in tempore, quia uirtutes eorum non excedunt mobile in uigore: in utroque. n. eorum motus tranſit in tempore menſurabili. Sequitur. [& quædã ſunt uelociora quibuſdam.] ideſt & quædam corpora ſunt ueলociora quibuſdam, ſcilicet ſecundum quòd in maiori proportione virtus motiua vnius corporis mobilis excedit virtutem alterius mobilis. [& cum virtutes eorum motiuæ non ſint materiales; ideo recipiunt ex modo illo, receptione infinita in tempore, nõ receptione finita. [declarat differentiam uirtutum inferiorum & ſuperiorum, quando dicit, & cum virtutes motiuæ corporum cœleſtium non ſint materiales, quemadmodum horum inferiorum cõſtat eſſe, propter id recipiunt corpora illa receptione infinita motus in tẽpore infinito, nõ receptione finita ideſt, paſſione finita; aliter enim repugnaret eis perpetuitas motus & ſubiecti. Sequitur. [quia uero uirtutes generabilium & corruptibilium ſunt materiales. [ideſt, ſed quia uirtutes corporum generabilium, ac corruptibilium ſunt materiales ideſt, conſtitutę per materiam, tanquam per cauſam generationis & corruptionis; ideo nullam infinitatem recipiunt, neque in uigore, neq; in duratione: generabilia enim & corruptibilia ſunt.

Text. 105. Com. *Et non ſequitur ex hoc, quòd in corpore cæleſti, &c.*

Remouet obiectiones, quæ poſſunt ei inferri ad præcedentia dicta eius, uidelicet poſtquam corpora cœleſtia non ſunt poſſibilia eſſe uirtutis infinitæ in uigore, quare ipſa met corpora neceſſario uirtutem infinitam in tempore ſortiuntur? uirtus enim

in

in tempore corporum cœleſtium correſpondet uirtuti in vigore; nullam enim uirtutem infinitam in tempore contingit eſſe abſque uirtute infinita in vigore: modo ſi ipſa corpora habent uirtutem infinitam in tempore; quare ipſis met corporibus non cõtingit uirtus infinita in vigore? Ad hanc primam obiectionem reſpondet Commentator. [& non ſequitur ex hoc, quòd in corpore cœleſti eſt uirtus finita in actione, & paſsione, ut in eo ſit uirtus finita in tempore.] ideſt non ſequitur ex hoc, licet corpora cœleſtia habeant uirtutem finitam in actione, & paſsione ideſt, in uigore, quòd in eis ſit neceſſe ponere uirtutem finitam in tempore. [neque ſequitur ex hoc, quòd ſit uirtus finitę actionis & paſsionis, ut ſit corpus poſsibile, ut corrumpatur, aut ut ſit compoſitũ ex materia & forma.] hęc eſt altera obiectio. ſi ipſa corpora non ſunt uirtutis infinitæ in uigore quare ipſa met corpora nõ ſunt poſsibilia corrũpi? de principijs enim generabilium, atque corruptibilium eſt, non habere uirtutem in uigore. Sequitur [poſsibilitas enim non debet eſſe niſi ex hoc, quòd uirtus finita in tempore ſit, & quòd ipſa ſit compoſita.] Reſondet ad hoc. non eſt neceſſe corpora cœleſtia, licet ſint uirtutis finitę in uigore, ut corrumpantur; poſsibilitatem enim ſcilicet huiuſmodi ad corruptionem, non cõtingit eſſe in corpore, niſi in quo uirtus ſit finita in tempore, & quòd illud corpus ſit compoſitum ex materia & forma, tanquam ex duobus principijs rerum generabilium, ac corruptibilium, quibus rebus corpora cœleſtia omnino carent ut oſtenſum eſt; ideo non eſt poſsibile ipſa corrũpi, & ſi careant uirtute infinita in uigore. propterea Commentator non ſine magno propoſito impugna

Digitized by Google

uit in ſuperioribus opinionem Auicennæ existimãtis corpora cœleſtia eſſe compoſita ex materia & forma; ſciebat enim quòd ad infinitatem corporum cœleſtium repugnare uidetur compoſitio ex materia & forma. Et animaduerte, quòd hæc reſponſio Commentatoris, ſatis commoda eſt etiam ad illud; quod primo obiecerat, ſcilicet, quòd non ſequitur, & ſi ipſa corpora cœleſtia ſunt uirtutis finitæ in uigore, neceſſario eſſe etiam finitæ in tẽpore, quia ad infinitatem temporis, ſcilicet durationis, tãtum requiritur perpetuitas illius corporis, non autem infinitas uigoris. Sequitur. [& eſt manifeſtum, quod ſi poſuerimus corpus cœleſte componi ex materia & forma, ſequitur in ipſo eſſe uirtutem finitæ actionis & paſſionis in tempore,] ideſt, & eſt manifeſtũ, quòd ſi poſuerimus nos, quemadmodum multi poſuerunt corpus cœleſte componi ex materia & forma, ſequeretur neceſſario ipſum corpus cœleſte eſſe finitæ actionis, & paſſionis in tempore, ſcilicet durationis; uerumtamen habemus, conſtatque ex fundamentis phyſicis ipſum non eſſe compoſitum ex materia & forma, ſed æternum eſſe & incorruptibile; ideo non eſt neceſſe, & ſi ſit uirtutis finitæ in uigore, quod etiam ſit uirtutis finitæ in tempore.

Text. 106. *Manifeſtum eſt enim quòd ſi in corpore ex materia & forma, &c.*

Com. Ducit ſuperiorem propoſitionem, ſcilicet ſi corpora cœleſtia eſſent compoſita ex materia & forma, ſimulque habuiſſent uirtutem infinitam in tempore, quid ſequeretur? [manifeſtum eſt enim quòd ſi in corpore compoſito ex materia & forma eſſet uirtus infinita in tempore, ſequeretur in ipſo eſſe uirtutem infinitam in ipſa actione & paſſione,] ideſt,

mani-

Digitized by Google

manifeſtum eſt enim quòd ſi in corpore aliquo cõpoſito ex iſtis duobus principijs rerum generabiliũ & corruptibilium eſſet uirtus infinita in tempore, dico in tempore infinito, atque æterno, ſequeretur hoc ipſum corpus habere uirtutem infinitam in uigore; non eſt enim maius impoſſibile aliquod corpus corruptibile durare in æternum ſecundum eũdem numerum, quàm corpus finitum habere uirtutem infinitam in actione & paſſione, ſcilicet in vigore; nam ſi illud, quod repugnat proprijs principijs poſſit manere ſemper, quare illud, cui repugnat uirtutem infinitam in uigore habere, non haberet? non eſt enim maior terminorum repugnantia in uno, quàm in altero. Sequitur [& eſt impoſſibile, quod Ariſt. intulit ex poſſe virtutum, quibus mouẽtur corpora cœleſtia in tempore] ideſt & hoc impoſſibile uiſum fuit Ariſtoteli, qui ex proportione uirtutum mouentium corpora cœleſtia in tempore ad uirtutem illam primi motus uelociſſimi intulit ipſorum corporum cœleſtium uirtutes abſtractas infiniti uigoris eſſe extenſiue.

Et eſt manifeſtum, quod non ſequitur: &c. Text. 107. Com.

Declarat, & ſi ipſa corpora cœleſtia habent uirtutem finitam in uigore, infinitamque in tempore, ideo non ſequi eſſe compoſita ex materia & forma. corroborando illud, quod in præcedenti textu dixerat, ſcilicet quòd non ſequitur, ſi illud corpus ſit finitæ uirtutis in actione & paſſione, quod ſit poſſibile ut corrumpatur, aut ut ſit compoſitum ex materia & forma. [Et eſt manifeſtum, quod non ſequitur etiam ex hoc, quòd corpus recipit paſſionem finitam in ſe, infinitam in tempore, ut ſit compoſitũ ex materia & forma.] Animaduerte hic primo, quòd

quòd Commentator à textu. 105. uſque ad præſentem, uidetur ponere quoquo modo differentiam inter corpus corruptibile, & inter corpus compoſitum ex materia, licet corruptibile ſit compoſitũ ex materia, & è conuerſo, tamen hoc non erat omnibus manifeſtum, ut putà Alex. & Auic. ſicut uiſum fuit ſuperius; ideo reſpiciendo quaſi eos, declarat, quòd corpus cœleſte, & ſi finitæ uirtutis in uigore ſit, nihilominus non eſt poſſibile ut corrumpatur, aut ut ſit compoſitum ex materia & forma, quando dicit, & manifeſtum eſt, quòd nõ ſequitur etiam ex hoc (ſuperius enim declarauit, quòd manifeſtum ſit & ſi ipſa corpora cęleſtia ſunt finita in uigore, non ſit neceſſe eſſe finita in tempore, aut cõpoſita ex materia et forma) quòd ſi corpus cœleſte recipiat uirtutem finitam in uigore, & infinitam in tempore eſſe compoſitum ex materia & forma. Sequitur. [ſicut ſequeretur cum actio & paſſio eius fuerit finita in tempore] ideſt ſequeretur enim quòd uirtus illius corporis fuiſſet finita in tempore, omne enim cuius uirtus eſt finita in tempore, non eſt durabile; quod non eſt durabile non eſt æternum; quod non eſt æternum eſt corruptibile; quod eſt corruptibile eſt compoſitum ex materia & forma, ergo nõ ſequitur illud corpus, quod eſt uirtutis finitæ in uigore, & infinitæ in tempore, eſſe compoſitum ex materia & forma, ſicut ſequeretur ſi illud corpus fuiſſet uirtutis finitæ in tempore. [primum enim contingit ei ſecundum quòd eſt corpus tantum] ideſt primũ enim ſcilicet finitas in uigore contingit corpori ſecundum quòd eſt corpus tantum; nulla enim magnitudo finita habet uirtutem infinitam in uigore. Sequitur. [ſecundum autem quod eſt corpus, non compoſi-

compoſitum.] ideſt ſecundum autem, ſcilicet infinitas in tempore contingit corpori ſecũdum quod illud corpus non ſit compoſitum ex materia & forma.

Modus deceptionis in hac quæſtione, &c. Tex. 108. Com.

Declarat multos æquiuocationem de finitate, atque infinitate corporum cœleſtium decepiſſe in Schola Philoſophi, [modus deceptionis in hac quæſtione, & quod fecit putari Ariſt. contradicere ſibi ipſi, eſt æquiuocatio iſtorum duorum nominũ finitum, & infinitum,] ideſt Quid eſt illud, quod multos Ariſtotelicæ doctrinę profitentes decepit in hac quæſtione de infinitate & finitate corporum cęleſtium? nihil aliud niſi falſa imaginatio, ſcilicet exiſtimare Ariſtotelem contradicere ſibi ipſi, dicendo modo uirtutes corporum cœleſtium eſſe finitas, modo infinitas. unde æquiuocatio iſtorum duorum nominum fecit eos, & maxime Ioannem Grammaticum, & nonnullos Arabes falli. Sequitur. [quoniã cum non diſtinguitur finitas & infinitas contingẽtes in tempore à finitate, & infinitate contingentibus in actione & paſſione contigit iſta ambiguitas. [illis enim qui neſcierunt diſtinguere inter finitatem & infinitatem contingentem in tempore à finitate & infinitate contingente in uigore, accidit iſta æquiuocatio in modo reſoluendi hanc quęſtionem in doctrina Philoſophi. multi enim exiſtimarunt Ariſto. uoluiſſe uirtutes corporum cœleſtium eſſe finitas in uigore & in tempore; nonnulli infinitas, & in uigore, & in tempore; alij eſſe infinitas in uigore & finitas in tempore, Auerroes autem fidelisſimus, ac ſubtilisſimus Commentator, poſt lõgam perſcrutationem tribuit fidelem ſenſum huius rei Ariſtotelicæ

Digitized by Google

telicæ Scholæ, ſcilicet uirtutes abſtractas corporum cœleſtium eſſe finitas in uigore intenſiuo, & infinitas in tempore perpetuo; mouent enim corpora cœleſtia per tempus infinitum. Sequitur [et ex hac finitate, in qua conueniunt corpora cœleſtia, & materialia, declarauit Ariſt. uniuerſaliter corpus omne eſſe finitum] ideſt hanc autem finitatem in uigore in qua conueniunt corpora cœleſtia & generabilia declarauit Ariſ. 3. Phyſicorum, & primo cœli, dicendo uniuerſaliter omne corpus eſſe finitum; nulla. n. magnitudo finita habet uirtutem infinitam in uigore. Sequitur. [non ex finitate, quæ accidit corpori ſecundum quòd componitur ex materia & forma.] quia hoc eſſe compoſiti oſtendit finitatem in tempore, & per hæc abſcinduntur dubitationes contra Ariſt. Hic oritur unum dubium in dictis Auerrois; dicit enim Ariſtotelem putare ſibi ipſi contradicere, fuit ęquiuocatio iſtorum duorum nominum, &c. & tamen manifeſte oppoſitum habemus. 2. de Anima. 4. Metaphy. quod in ſcientia demonſtratiua nō utitur æquocatione. Soluitur. æquiuocorum duo ſunt genera, unum eſt, quando definitiones ſunt diuerſæ uoce & ratione; huius æquiuocationis genere non utitur in ſcientia demonſtratiua, aliud autē eſt, cuius definitiones ſunt æquiuocæ, ſicut & nomina; & hæc ęquiuocatio potius dicitur ambiguitas, ut inquit Auctor hic, & 7. Phyſicornm. quo æquiuocationis genere non eſt prohibitum uti in ſcientia demonſtratiua.

tex. co. 24. tex. co. 33. com. 30. com. 11. com. 26.

Et poteſt aliquis dicere, quòd cum omne corpus. &c.

Tex. 111. Com. Mouet quæſtionem in hoc textu poſtquam ſatis atque copioſe determinauit de finitate, & infinitate corporis cœleſtis, uidetur ipſum corpus compoſitum

Digitized by Google

tum eſſe ex materia & forma. omne enim corpus agit per aliquod, & hoc neceſſe eſt eſſe formam; forma enim eſt, per quam actio enti, ſeu agenti primitus attribuitur, ut habetur. 2. de Anima, & 2. Phyſicorum; & patitur per aliud, & hoc neceſſe eſt materiam eſſe; materia enim eſt cauſa paſsionis, vt inquit Ariſt. 2. de Generatione, & Corruptione, ergo cum omne corpus agat per formam, & patiatur per materiam neceſſe eſt eſſe compoſitum ex materia & forma.

Et ad hoc dicamus eſſe uerum, &c. Text. 110. Com.

Solutio prædictæ quæſtionis ſatis manifeſta eſt per multa quæ diximus in hoc tractatu, ideo non indiget alia expoſitione, ſenſus enim uerborum patet.

Et ex hoc uidetur, quòd corpus dicitur de eis æquiuoce. &c.

Infert concluſionem ex prædictis. [& ex hoc uidetur, quòd corpus dicitur æquiuoce] ideſt, & ex hoc uidetur, quòd hoc nomen corpus, quod dicitur de corruptibili, atque incorruptibili ſit nomen ęquiuocum. poſtquam enim corpus corruptibile compoſitum eſt ex materia & forma, quemadmodum æternum; (licet illud non conſtituatur per materiã) neceſſe eſt, ut materia & forma dicatur de eis æquiuoce; itaque compoſitũ corpus ex iſtis duobus principijs, neceſſe eſt quòd æquiuoce dicatur. hoc eſt illud, quod inquit ipſe met Commentator 10. Metaphy. qui loquitur de corpore ſimplici, non loquitur niſi de nominibus, quoniã hoc nomẽ corpus, quod dicitur de corruptibili & incorruptibili eſt nomen æquiuocum. Et ſequitur. [quia æternum & non æternum nõ communicãt in aliquo omnino,] ideſt,

Digitized by Google

quia corpus æternum, & corpus corruptibile non communicant in aliquo omnino, ſcilicet nec in genere Phyſico, nec in genere Logico: non in primo; quia huiuſmodi ſunt habentia materiam; non in ſecundo, quia huiuſmodi ſunt habentia genus prædicabile de pluribus differentibus ſpecie in eo, quod quid eſt, ut inquit Porphyrius; habere autem genus æquiuocum, aut analogum, non eſt habere genus prędicabile in eo, quod quid eſt; quia quod quid, eſt proprium ei cuius eſt; ſed analogum non eſt proprium ei cuius eſt, quia eſt ordinatū ſecundū prius & poſterius; ergo æternum, & non æternum, non conueniunt in aliquo genere omnino, nec deniq; in ſpecie, & numero, vt manifeſtum eſt. Sequitur [apparet etiam ex hoc corpus cęleſte non habere ſubiectum, niſi tantum propter motum localem.] Hæc eſt altera concluſio, quam infert Commentator ex præcedentibus dictis eius, quòd corpus cœleſte apparet ex hoc, ſcilicet, ex primo membro compoſitionis, ſubiectum eius non eſſe ordinatum ad aliud, niſi propter motum localem; materia enim corporū cœleſtium non eſt in actu per formam ſubſtantialem. [corpora autem generabilia & corruptibilia habent materiam propter generationem & corruptionem.] ideſt corpora autem generabilia, atque corruptibilia non habent materiam ut ſubiectum tātum motus localis, ſed materiam propter generationem & corruptionem ſortiuntur, quia eorum materia eſt in potentia ad actum eſſendi. Sequitur [datur autem ei forma propter actionem.] ideſt, ſed datur eis ſcilicet tam corporibus cœleſtibus, quàm generabilibus, forma quomodocūque ſit, ſiue conſtituta per materiam, ſiue non, propter actionem compoſito-

rum;

rum, forma enim eſt unde actio enti primitus attribuitur. ex quo colligitur, quòd forma ſiue ſit in materia, ſiue abſtracta ab ea, nũquã denudatur ab actione cuius eſt cauſa; maxime enim in hoc conueniũt tam materiales, quam immateriales formæ, quòd propter actionem ordinantur. [ſed differenter, quia in altero eſt tempore infinita in altero uero finita.] ideſt, ſed differenter ordinantur formæ eorum propter actionem, quia in corporibus cœleſtib. eſt infinita forma in duratione; in iſtis autem inferiorib. finita. Concludit; hanc quæſtionem de finitate, atque infinitate corporum cœleſtium, quamdiu ignoraui ante longam perſcrutationem, eo modo, quo diximus intelligere debemus.

Cum declaratum eſt ab Ariſt. quòd motus cœli eſt primus motus &c. Text. 112. Cap. 4. Com.

Poſtquam Commentator determinauit de corporibus cœleſtibus ſecundum ſe, ſcilicet ſecundum quòd ſunt ſimplicia, non compoſita; eorumque uirtutem eſſe non in corpore; finitamque eſſe in actione, & infinito, æternoque tempore mouere; nunc in hoc quarto Cap. determinat de motoribus cœlorũ appropriatis, quo pacto ſit neceſſaria eorum continuatio cum iſtis inferioribus. [Cum declaratũ eſt ab Ariſt. quòd motus cœli eſt primus motus.] ideſt, cum ab Ariſt. fuit declaratum, ſcilicet in 8. Phyſicorum motum cœli eſſe primum motum, quia cœteri motus non poſſunt eſſe, niſi præexiſtente motu locali, ut patet de diſpoſitione agentis appropinquãtis paſſo, deinde motus localis dicitur ab Ariſt. primus quia omnes tam tempore, & natura, quàm perfectione præcedit. primo, enim hunc motum æternum eſſe cognoſcimus: æterna autem caducis atque genitis a text. 54. vſq; ad tex. 61.

nitis priora ſunt tempore. ſecundo, natura non po teſt cæteros motus inſtituere ſine motu locali; motum autem localem ſine cæteris perſpicuum eſt, ipſum autem eſſe perfectione priorem, hoc perſpicue cognoſcimus quia eſt pulcherrimis abſolutisſimis corporibus, deputatus, & nobis accidit perfectis cum firma inceſſu membra habemus. Sequitur [& fuit etiam dictum, quòd motus eſt in moto.] ideſt, & fuit declaratum etiam ab Ariſt. motum neceſſario eſſe in ſubiecto, ipſumq́ue non poſſe eſſe abſque ſubiecto, ut propria pasſio ſine proprio ſubiecto, neque natura, neque ui; motus enim eſt actus eius rei, quæ eſt in potentia, inquit Ariſt. 3. Phyſicorum. Sequitur. [ex hoc, ut hoc, quod mouetur hoc motum ſit æternum.] ideſt, & cum declaratum fuit motum cœli eſſe primum, ita quòd non ſit aliquis motus prior eo, quodq́ue motus ille, quemadmodũ cæteri motus non ſit posſibilis eſſe niſi in ſubiecto; modo, ſequitur ex hoc, ut hoc corpus cœleſte quod mouetur hoc motu primo, ſit æternum; aliter enim non fuiſſet primum, niſi eſſet ęternum; ęterno enim nihil eſt prius; itaque illud quod hoc motu mouetur, eſt æternum; motus enim eſt in ſubiecto moto. Sequitur Commentator afferendo rationem ex oppoſito antecedentis inferendo oppoſitum concluſionis. [ſi enim eſſet generabile & corruptibile, ſic motus eius non eſſet primus motus,] ideſt ſi illud ſubiectum motus cœli eſſet generabile, atque corruptibile, motus eius non eſſet primus motus: nihil enim generatur niſi præexiſtente motu: unde ſi cœlum fuiſſet genitum, ante ipſum pręexiſteret motus aliquis. ergo iſte motus localis nõ eſſet primus. hoc autem eſt falſum; nihil enim generatur niſi præcedente

dente

dente aliquo motu locali, ergo iſte motus cœli eſt primus motus, ſubiectumque eius eſt æternum.

Et cum conſiderauit res poßibiles in motu & quiete. &c.

Declarat Commentator naturam motorum appriatorum, non ſecundum aliquam comparationẽ atque reſpectũ ad motores horum inferiorum, ſed tantum ſecundum naturam eorum appropriatam ad corpora cœleſtia. [& cum conſiderauit res poſſibiles in motu & quiete; fuit neceſſe etiam propter hoc, quòd motus eius eſt motus primus ante omnẽ motum, ut eius motus ſit æternus.] ideſt & cum Ariſto. conſiderauit in 8. Phyſicorum res poſſibiles in motu, ideſt, res, quæ erant in motu poſſibiles, ac in quiete ideſt, in priuatione motus, uidelicet, quæ poterant accidere corporibus cœleſtibus non motis; fuit ei neceſſe concludere motum cœli eſſe motum primum, ita quod quies atque motus alius ante ipſum regularitati, continuitatique eius repugnare uidetur, motumque eius eſſe motum æternum continuum inreflexibilem in ſubiecto æterno. Sequitur [& cum declarauit iſta, ſcilicet corpus eſſe æternum & motum etiam perſcutabatur primo de motu cœli, & inuenit iſtum à uirtute neque graui, neque leui.] ideſt & cum declarauit iſta Ariſto. 8. Phyſicorũ corpus cœleſte unà cum motu ęternum eſſe, perſcrutabatur primo de motu cœli, mediante quo inuenit ipſum fieri à uirtute neque graui, neque leui. Et quare primo? quia motum æternum eſſe, neceſſe eſt ut inquit Philoſophus. 8. Phyſicorum; id quoque, quod ſit huiuſmodi motus cauſa æternum eſſe, & ꝑpetuum, conuenit ab omni mutatione, conuerſioneque liberum. ſed uirtus grauis, aut leuis non eſt

libera

libera à mutatione mobilis. ergo fuit neceſſe primò perſcrutari de motu cœli, quem inuenit fluere à uirtute neque graui, neque leui; cuius rei proſequitur rationẽ. [cum enim omnis uirtus, aut leuis, aut grauis exiſtit in corpore generabili, atque corruptibili aut natura generabili & corruptibili, aut anima exiſtente in materia, neceſſe fuit, ut hæc uirtus, quæ neque eſt grauis, neque leuis ſit in corpore ſimplici, non habens ſubiectum nec contrarium.] nam omnis uirtus, aut grauis, aut leuis exiſtit in corpore generabili aut corruptibili, quemadmodum inſpicimus in mixto, atque elemẽto uirtutes exiſtere; ideo uirtus grauis, aut leuis habens ſubiectum generabile atque corruptibile non poteſt exiſtere in corpore cœleſti: uirtus enim iſta eſt præcipue elementorum & ſequentium elementa. ergo, ſi autẽ illa uirtus fuiſſet anima exiſtens in materia, neceſſe eſſet ipſam exiſtere in corpore generabili atque corruptibili: omnis enim uirtus huius conditionis exiſtit in ſubiectis elementatis. corpus autem cœleſte conſtat ex fundamentis Phyſicis eſſe ingenerabile, & incorruptibile; ideo neceſſe eſt, quòd illa uirtus ſit neque grauis, neque leuis. illa autem uirtus, quæ nec grauis nec leuis extat, neceſſe eſt, quod ſit in corpore ſimplici, æterno, ingenito non conſtituente ſibi materiam primam in potentia, nec formas contrarias ſuccedentes in ſubiecto in potentia. Sequitur, [& ut ſit anima neceſſario non admixta materiæ, ſed anima corporis æterni.] ideſt neceſſe eſt etiam, ꝙ illa uirtus exiſtens in corpore non generabili ſit anima non admixta materiæ conſtituenti formam, ſed in corpore æterno: nulla enim anima corporis æterni admixta eſt potentiæ materiæ. [ita ut iſta anima

non ſit abſtracta à corpore.] ideſt ita quòd non ſit abſtracta à corpore, ſcilicet loco, atque ſubiecto: nō loco, quia non habet circumſcriptionem dimenſionum; non ſubiecto, quia caret potētia materiali, ex quo colligitur, quòd intelligentiæ ad inuicem non diſtinguūtur nec loco, nec ſubiecto; q̃a ſunt ſimplices eſſentiæ. [& cum hoc ſeparata ab ipſo, inquantum illud corpus non indiget ipſa, quia eſt permanens per ſe, ſicut eſt diſpoſitio in animalibus, quæ ſunt cum uirtutibus naturalibus, ut illa anima ſit in eo] ideſt, ſimiliter neceſſe eſt, quòd illa anima corporis æterni ſit anima non abſtracta loco, & ſubiecto, a corpore, ſed tantum ſecundum eſſe, in quantum illud corpus non indiget, ipſa in ſuo eſſe, quia eſt permanens per ſe non compoſitum ex materia in potentia & forma in actu, ſicut iſta animalia inferiora, generabilia, atque corruptibilia, recipientia eſſe, atque permanentiam à uirtutibus ſuis naturalibus, ideſt, à formis ſuis materialibus componi uidentur.

Et cum conſiderauit in iſtis uirtutibus, &c. Tex. 114. Com.

Iu hoc autem textu declarat naturam motorum appropriatorum, quo ad ſuas eſſentias! [& cum cōſiderauit in iſtis uirtutibus declaratum, fuit ipſi, ipſam eſſe uirtutem appetitiuam de uirtutibus animæ tantum.] ideſt & cum conſiderauit Ariſt. maxime 12. Metaphy. naturas, eſſentiaſque motorum appropriatorum, notum fuit ipſi uirtutem motiuā corporum cœleſtium habere uirtutem appetitiuam ideſt deſideratiuam de uirtutibus animæ intellectiuę. hoc eſt illud, quod inquit ipſemet Commentator 12. Metaphy. & 2. de Anima, corpora cœleſtia ſunt animata, & non habent de uirtutibus animæ com. 36.

nisi

niſi intellectum, & uirtutem deſideratiuam. Sed unde inſurgit appetitus in corporib. cęleſtibus? dico, ratione propriæ eſſentiæ, & proprij obiecti ratione eſſentiæ, quia omnes eſſentiæ, præter Deum Benedictum ſunt ſuſceptiuæ perfectionum: propterea omnes mouentur ex propria natura, ad aſſimilationem ſuæ perfectionis; nihil autem mouetur ad aliquid, niſi inſurgente appetitu. Appetitus etiam uiget in corporibus cœleſtibus, ſeu intelligentijs, ratione corũ obiecti, quod eſt Deus Benedictus, ſummum bonum præcipue micans ipſis, ut animabus denudatis ab omni defectu materiæ; ideo intelligẽtiæ habentes obiectum Deum Opt. Max. intelligentesque ipſum ita bonum eſſe, ultra quod aliud bonum maius inuenire non eſt poſſibile, illud obiectũ inſurgit, ac informat appetitum quendam ſui delectabiliſſimum in intellectu earum, & ſic uincens totum deſiderium earũ, motus ſtatim fit, ut actio eius in eo, quod mouetur ad ipſum intellectuale bonũ, ſicut dixit Pythagoras. Amplius, illud agens, quod cauſat dilectationẽ in intellectuali natura, cauſat ẽt appetitum in ea; delectatio enim cauſat appetitum ut inquit Ariſt. 2. de Anima: ſed Deus Benedictus cum ſit obiectum quoddam maximè bonum, & delectabiliſſimum, nimiam delectationem in intellectu intelligentiarum cauſare uidetur: unde nimia uehementiſſima amoris flamma conflagrant, uigore cuius mouent orbes nec vnquam laborant, vel laſ-

tex. co. 36. ſantur. hoc eſt illud, quod inquit Ariſto. 12. Metaphy. delectatio qualis nobis paruo tempore optima illi eſt, ſiquidem ita ſemper illud eſt nobis ante profecto; id impoſſibile eſt, quoniam & delectatio actus eius eſt, & ab hoc uigilatio ſenſus intellectio maxi-

mè

me delectabile eſt; ſpes autem, ac memoria propter hæc; ipſa uero intellectio ſecundũ ſe eius eſt, quod ſecundum ſe optimum eſt. igitur à primo ad ultimum, ille motus æternus continuus corporum cœleſtium, euidentisſimum ſignum eſt, quòd animæ illæ corporum cœleſtium habent appetitum de uirtutibus animæ.

Et cum conſiderauit de iſtis uirtutibus appetitiuis cœleſtibus, &c.

Determinat in hoc textu aliquid de motore primo, & proponit, quod præter motores iſtos appropriatos orbium inferiorum, extat aliquód mouens nobilius, ac perfectius cæteris motoribus. [& cum conſiderauit de iſtis uirtutibus appetitiuis cœleſtibus.] ideſt & cum conſiderauit Ariſt. 12. Metaph. de prędictis uirtutibus appetitiuis corporum cœleſtium. [inuenit eas moueri ad appetibile nobilius ipſis.] ideſt inuenit uia naturali ipſas moueri ad aliquod appetibile, quod eſt Deus Opt. Max. nobilius ipſis, omne enim quod mouetur neceſſe eſt moueri propter aliquod appetibile, quod habet rationẽ finis, & ſic propter aliquod nobilius ſe: finis enim nobilior eſt his, quæ ſunt ad finem, propterea intelligentias mouẽtes orbes neceſſe eſt moueri propter aliqđ nobilius ipſis: hoc eſt illud, quod dicit Ariſto. 12. Metaphy. primus motor mouet ſicut deſideratũ & amatũ, deſiderant enim intelligentiæ ipſum, quia intelligunt ipſum eſſe bonum per ſe, unde hoc bonum ſemper eſt uincens deſiderium eorum, & ideo ſemper mouet eas, quia eſt nobilius ipſis. nos autẽ ut dicit Commentator, ibi mouemur propter aliquod, quia uidemus ipſum eſſe bonum, uel quia uidetur bonum, & non eſt bonum in ſe, ſed uidetur

Digitized by Google

bonum, ideo quia deſideramus ipſum, propterea illud tale non eſt ſtatim principiũ motus ad ipſum, ſed continemus nos ne moueamur ad ipſum; deſiderabile autem intelligentiarum optimum, atque perfectum, ut eſt Deus Benedictus nõ exiſtimatum, apparet ex continuo uelociſſimo, æternoque motu earum ipſum eſſe bonum per ſe. hoc eſt illud, quod inuenit Ariſto. eas moueri ad appetibile nobilius ipſis.

Et cum conſiderauit in uirtutibus appetitiuis cæleſtibus, &c.

Tex. 15. com. Poſtquam Com. determinauit uirtutes corporũ cœleſtium habere de uirtutibus animæ potentiam deſideratiuam, quodque appetibile earum ſit nobilius ipſis; nunc in hoc textu continuat illud, quod ſuperius propoſuerat, uidelicet appetibile earum eſſe perfectius, atque nobilius; ita, quòd ipſum ſit cauſa continuationis motus earum quodque ipſæ non ſint ſufficientes omnino ad continuationem motus. [& cum conſiderauit in uirtutibus appetitiuis cœleſtibus, inuenit eas eſſe finitarum potentiarum,] ideſt & cum conſiderauit Ariſt. de uirtutibus iſtis appetitiuis, atque appropriatis corporum cœleſtium inuenit eas eſſe finitarum potentiarum; tum quia ſunt effectiuæ motus in tempore ſemper terminato: impoſſibile eſt enim aliquam partem motus imaginari ſubito fieri, tam ex parte ſubiecti mobilis quam ex parte uirtutis motiuæ, tum quia nullum ens creatum ſit infinitæ potentiæ in uigore: tum ét, quia quælibet intelligentia habet dependentiam à primo: dependentia autem arguit finitatem uigoris in ſubiecto, Sequitur. [& cum conſiderauit in continuatione motus eorum, fuit declaratum, quòd

cauſa

Digitized by Google

cauſa continuationis in motu earum nõ eſt iſta uir tus qua mouetur.] ideſt,& cum conſiderauit Ariſt. continuationem motus eorum, quem intelligentiæ illæ motrices corporum cęleſtium cauſare uidetur, manifeſtum fuit ei, quòd cauſa continuationis motus non ſunt ipſæ, quarum uirtute mouentur corpora illa, ipſæ enim ſunt tantum effectiuæ motus, il lud autem, quod cauſat continuationem motus, neceſſe eſt appetibile optimum, atque æternum eſſe; quo res collimant omnes, & cuius cauſa iſtæ intelligentiæ inferiorum orbiũ inſtituunt omnia, rectiuſque eſt inſtitui ipſum eſſe cauſam continuationis motus; tanquam illud, quod eſt magis appetibile, atque optimum; cuius gratia omnia ordinãtur, quàm intelligentias ordinatas ſub eo, & in diuinis, atque perpetuis, illud quod eſt rectius id eſt neceſſarium nõ datur enim in eis aliquid abſque neceſſitate. Sequitur [ſed illud, quod largitur ei continuationem eſt aliquod appetibile] ideſt, ſed illud, quod largitur ei continuationem eſt aliquod appetibile optimũ, cuius gratia ordinantur illi motus continui corporum cęleſtium, hoc autem eſt Deus Benedictus; hoc eſt quod ait. 12. Metaphy. motus componuntur ex duobus motoribus, quorum unus eſt finitæ motionis, & eſt anima exiſtens in eo; & alter eſt infinitæ motionis, & eſt potentia, quæ nõ eſt in materia; qui quidem forte eſt Deus Opt. Max.

Et quia continuatio non prouenit, niſi à motore non moto, &c. Text. 112. Com.

Oſtendit, qualis ſit primus motor, accipiendo eũ ſecundum ſe, quò ad propriam eſſentiã & perfectionem eius [& quia continuatio non prouenit, niſi à motore non moto,] ideſt & quia dictum eſt, quòd

Digitized by Google

largiens continuationem motus eſt aliquod appetibile. nunc dico, quòd hæc continuatio non prouenit niſi a motore non moto ideſt immobili tanquã ab obiecto appetibili, ac optimo. omnia enim, quæ mouẽtur propter ipſum neceſſe eſt moueri; eſt enim electum ut inquit Auctor. 12. Metaph. per ſe, & amatum omnibus; tale autem eſt perfectum ſecundum finem: ideo cum ipſum ſit in vltima rerum perfectione, omnia neceſſe eſt moueri ab ipſo ſecundum deſiderium, ut aſſimilentur ei, quantum uiribus eorũ ſpectat, ſicut amans mouetur, ut aſſimiletur ſuo amato; propterea cùm ipſum ſit ſummè perfectum, non indiget motu, vt aſſimiletur ſibi ipſi. omnia. n. deſiderantur propter eum. hoc eſt igitur quod hic dicit Commentator. & quia continuatio non prouenit niſi à motore nõ moto; cuius naturę eſt Deus Optim. Max. quem non iniuria centrum appellarũt Platonici, fixum, atque ſtabile, circa quod omnia circumaguntur atque ambigunt, eo permanente fixo, atque immobili. Animaduertendum eſt Deum Benedictum dici mouens non motum, ipſe enim eſt, cuius gratia omnes motus inſtituuntur, & ipſe ad aliud non eſt ordinatum; propterea illud, quod nõ mouetur ad aliquod aliud nobilius ſe, eſt penè immobile non motum, aliter enim Deus haberet deſiderium ſui ipſius, quod eſt falſum, nihil enim eſt in potentia eorum, quæ ſunt in ipſo. intelligentiæ autem dicuntur motrices orbium non motæ, quia ſunt abſtractæ à ſubiecto ſimpliciter, ueruntamen, quia ipſæ non ſunt cauſæ finales finaliter dictæ motuum inferiorum, quemadmodũ Deus Benedictus dicitur eſſe, ideo non omnino immobiles dicuntur. [Sequitur, quòd iſtud mouens neque eſt corpus,

pus neque uirtus in corpore, & quòd eſt intelligen tia abſtracta] id eſt, poſtquam illud appetibile primũ eſt mouens non motum, ſequitur, quòd non ſit cor pus, neque uirtus in corpore: omne enim quod nõ mouetur ad motionem eorum, quæ ſunt ordinata ante ipſum non eſt corpus nec uirtus in corpore, & illud mouens non motum neceſſe eſt quòd ſit intel ligentia abſtracta, omnis enim forma abſtracta in eſ ſe a corpore, eſt intelligentia. [quod etiam declara tum eſt in libro de Anima ſcilicet omne quod eſt tale eſt intelligentia abſtracta] id eſt quod etiam de claratum eſt in libro 3. de Anima, omne quod non eſt corpus nec uirtus in corpore, neceſſe eſt intelli gentiam abſtractam eſſe. ex quibus Commentator imaginatus eſt intellectum poſſibilem eſſe intelligẽ tiam abſtractam. [& quod iſtud corpus cœleſte intel ligit hanc intelligentiam, intelligentia enim tranſ mutat ipſum ſecundum hoc deſiderium] id eſt & ẽt declaratum eſt, quòd iſtud corpus cœleſte intelligit hanc intelligentiam, intelligentia enim eius appro priata influit intellectionem ſui ipſius in corpore, unde corpus intelligendo illam intelligentiam, eiuſ que deſiderium ad primum mouetur ſecundum de ſiderium intelligentię, niſique hæc intelligentia in funderet intellectionem ſui ipſius in corpore cœle ſti, corpus cœleſte profecto non moueretur ſecun dum hoc deſiderium intelligentiæ omnino, intelli gentia enim non mouet orbem manu, aut pede, aut aliquo corporeo inſtrumento, ſed ſolo intelligere & uelle, iuxta Auct. 12. Metaphy. & 8. Metaphy.

Et cum conſiderauit etiam de cauſa æternitatis cœ li, &c. Text. 110. Com.

Poſtquam Commentator declarauit cœlum eſſe ingene-

ingenerabile, atque in corruptibile, naturamque appropriatorum mouentium, & aliqua de motore primo. Nunc recapitulat omnia, quæ dixerat in ſuperioribus, [& cum conſiderauit etiam de cauſa æternitatis cœli declarauit in ultimo primi de cęlo & mundo, in eo non exiſtere potentiā omnino] ideſt & cum conſiderauit Ariſt. etiam in primo libro de cœlo de cauſa æternitatis cœli, declarauit ibi non exiſtere in eo potentiam ad non eſſe uel eſſe omnino, omne enim in quo eſt potentia, non eſt potentia niſi ad duo contradictoria; ſcilicet potētia in ſubſtantia, ut inquit Auctor in capit. ſecundo, huius. Sequitur [& declarauit etiam de uirtute, qua mouetur cęlum localiter, ſcilicet anima appetitiua, ipſam non habere materiam niſi materiam, quæ eſt in potentia in loco tātum. [& declarauit etiam fere in tota Philoſophia eius, non ſolum de cauſa æternitatis cœli, ut corporis mobilis, uerum etiam de uirtute eius, qua mouetur cœlum localiter, quæ anima appetitiua eſt, non habere materiam, quæ ſit in potentia ad duo contradictoria, niſi materiam, quæ eſt in potentia in loco tātum. [cum igitur ſciuit has tres cauſas compleuit ſcientiam de cœlo.]. ideſt cum igitur ſciuit Ariſt. has tres cauſas, ſcilicet ſubiectum ęternitatis cœli, uirtutemque eius, qua cœlum mouetur localiter, primumque motorem immobilem, abſolutumque ab omni materia, compleuit ſcientiam de cœlo. Sequitur [& eſt declaratum ex hoc toto, quod dixit in 2. cœli, & mundi, ſcilicet, quòd ſi in cœlo eſſent plures ſtellæ, aut maiores, ceſſaret motus eius, aut ſi eſſent minores, & ſic ceſſaret continuatio motus. [ideſt, & hoc totum ſcilicet de ſubiecto cœli carente potentia omnino, de uirtute eius appetitiua,

de

Digitized by Google

de motoreque eius appetibili declarauit ex hoc toto, quod dixit in 2. cœli, quòd ſi in cœlo tam in ſuperiori primo, quàm in inferiori ſub ipſo ordinato eſſent plures ſtellæ numero, aut maiores quantitate uel è contrario, ceſſaret vtique motus eius, nulla alia de cauſa, niſi quia potentia moti ex eo addet ſuper potentiam ſuam naturalem. ſed quia repugnat regularitati, atque continuitati motus addi, atque diminui, uel in uigore, uel in flexione, ut diximus ſupra; ideo impoſſibile eſſet, uel motu cœli fieri, uel factũ cõtinuari. cuius rei ſequitur ratio. [motus enim eſt neceſſarius quo ad continuationem.] ideſt, motus enim cœli non eſt neceſſarius, niſi quo ad continuationem. & hoc nulla alia de cauſa, niſi quia motus eſt inſtitutus gratia eius appetibilis æterni, atq; optimi à quo recipit continuationem; ipſum enim largitur ei continuationem, quemadmodum oſtenſum eſt ſupra: ſecundum quod infundit deſiderium æternum ſui in uirtutibus mouentibus cœlum.

Et fuit declaratum ex his omnibus, quòd datur continuationis motus, &c.

In hoc textu oſtendit Commentator, qualiter ille primus motor ſit cauſa totius entis, nimiamque continuationem atque connexionem motuum ſuperiorum cum iſtis motib. inferioribus declarat eſſe. [& fuit declaratum ex his omnibus, quod dator continuationis motus, eſt dator motus cœli.] ideſt, & fuit declaratum ex his omnibus, quæ diximus, ſi ceſſaret motus, ceſſaret vtique & cõtinuatio motus, quia illud mouens, quod largitur continuationem motus cœli, largitur motum cœli; motus enim cœli eſt neceſſarius, quo ad continuationem. Sequitur, [quia niſi ipſe eſſet, deſtrueretur motus; & ſi motus,

tiam

Digitized by Google

etiam cœlum.] Hæc eſt ratio, qua Commẽtator oſtẽdit, quòd dator cõtinuationis motus cœli, eſt dator motus cœli. poſito enim non reperiri in eſſe primũ motorem, dico, ſi non eſſet, deſtrueretur motus; motus enim eſt inſtitutus ſecundum deſiderium intelligentiæ ad primum: ſi autem deſiderabile nõ eſſet, nec eſſet utique deſiderium, finem enim deſtruens deſtruit etiam ea, quę ſunt ante finem, ut inquit Au-
:o. 27. ctor. 8. Phyſicorum. propterea ſi primus motor non eſſet, nec denique motus eſſet; & ſi motus non eſſet: nec continuatio motus eſſet; motus enim eſt neceſſarius quo ad continuationem, & ſi illud deſiderabile eſt æternum, ille motus erit æternus, & ſic deniq; continuus; motus enim eſt neceſſarius quo ad continuationem: ergo dator continuationis motus eſt dator motus cœli. formatur ſic ratio. omne illud, ad cuius eſſe ſequitur aliquod primum, quod ſimul eſt cum poſteriori, neceſſario ſequitur & poſterius. hoc eſt manifeſtum. ſed ad eſſe primi appetibilis, atque mouentis ſequitur continuatio motus: ergo ſequitur & motus. impoſſibile eſt autem imaginari continuationem motus abſque motu, igitur dator continuationis motus eſt dator motus cęli. quòd autem ad eſſe eius ſequatur continuatio motus, probat Cõmentator quando dicit, niſi ipſe eſſet deſtrueretur motus, & ſic continuatio eius. motus enim eſt neceſſarius quo ad continuationem. & ſubdit, & ſi motus deſtrueretur, etiam cœlũ deſtrueretur: non ſubſtantia cœli deſtrueretur, ſed tantum potentia cœli conſeruatiua horum inferiorum: cœlum enim conſeruat iſta mediãte motu; ideo ſi motus cœli deſtrueretur, ipſum cœlum deſtrueretur. Sequitur afferendo huius rei rationem. [cœlum enim eſt propter

motum

motum ſuum.] ideſt, pp id cœlũ deſtrueretur, ſi motus eius deſtructus fuerit; quia cœlum eſt, ut quid cõſeruans hæc inferiora per motum ſuum; nõ autem cœlum captum ſecundum ſubſtantiam ſuam. impoſſibile eſt enim ſecũdum Peripateticos, quòd diſpoſitio entis neceſſarij, ſit propter actionem ſuam, imo actio eius eſt propter ipſum. & ſequitur. [& ſi motus cœli deſtrueretur, motus entium inferiorũ deſtrueretur] ideſt, & ſi motus cœli deſtrueretur, motus entium inferiorum generabilium atque corruptibilium utique deſtrueretur. apparet enim ut inquit Auctor 8. Phyſicorum. & 2. cœli, quod conſtitutio entium naturalium eſt illud, quod eſt in eis quaſi uita, & eſt motum eſſe, principium enim motus de omnibus mobilibus eſt ſicut anima de rebus uiuis. Sequitur [& ſic mundus. ex quo uerificatur, quòd dator continuationis motus, eſt dator eſſe omnibus alijs entibus.] ideſt, & ſic mundus deſtrueretur deſtructo motu. ſi motus enim eſt æternus, cœlũque & hæc omnia inferiora, neceſſe eſt æterna eſſe; unde Ariſt. 8. Pyſicorum, ad probandum mundum eſſe, æternum proceſſit primo probare motum cœli eſſe æternum; motus enim cœli conſeruat hęc omnia inferiora. ex quo uerificatur, quòd dator continuationis motus eſt dator eſſe omnibus alijs entibus mediante motu: motus enim eſt quaſi uita omnibus, quæ conſtituuntur per naturam. propterea Deus Benedictus, quia eſt cauſa effectiua omnium rerum ſemper dat aliquid cauſato, in quo aſſimiletur cauſæ, uidelicet alicui eſſentiam, alicui uitam, nõnullis ſcientiam. Deus igitur eſt dator eſſe omnibus entibus, ipſe enim eſt omnium principium, & & cauſa ex procemio Metaphyſicæ. ipſe compleuit

com. 1. co. 64.

Hh diminu-

diminutionem contingentem in iſtis; ſecundum quod generatio facta eſt continua, ut habetur. 2. de Generatione, & Corruptione, & 3. de Anima, & primo cœli. dator igitur continuationis motus, eſt dator motus cœli.

tex. co. 59. tex. co. 34. tex. co. 98. Tex. 120. Com.

Demonſtratio autem, qua uſus eſt in ultimo Phyſicorum, &c.

In hoc ultimo textu quarti Cap. redit ad declarandum de natura corporis cœleſtis in comparatione ad primum motorem. [demonſtratio autem, qua uſus eſt in ultimo octaui Phyſicorum, probans ſcilicet, quòd uirtus infinita non exiſtit in corpore finito ſiue fuerit materialis, ſiue non, plures induxit ad errorem.] ideſt, demonſtratio autem, qua Ariſt. uſus eſt in 8. Phyſicorum, uirtutem infinitam in uigore non exiſtere in corpore finito, ſiue fuerit materialis ſcilicet corporea, ſiue non, plures induxit ad errorem, ſcilicet ad exiſtimandum corpora cęleſtia non habere uirtutem, qua poſſint moueri motu æterno; ex qua demonſtratione arbitrati ſunt, quòd non ſit neceſſe ponere datorem in corporibus cœleſtibus continuationis motus. Sequitur. [& multoties locuti fuimus de diſſolutione quæſtionis contingentis in ea] ideſt, & de hac re multoties locuti fuimus, ut putà in præcedenti capite in 12. Metaphy. & in multis alijs locis ubi diſſoluimus copioſe hanc quæſtionem. [& ſimiliter locuti fuimus de hoc, quod cõtingit ex hoc, quòd uidelicet primum motũ ex ſe & ex alio eſt motum per accidens, per naturam motoris ſui] ideſt, & ſimiliter locuti fuimus in ſuperioribus, & in multis alijs locis, quid ſequatur ex hoc, ſcilicet prius dicto, quod primum motum ex ſe mouetur, & quod ex alio eſt motum per accidens ideſt ab

tex. co. 78. 79.

alio,

aliò, ut putà per naturam motoris, nõ quod ex alio ſit uere motum per accidens; quod enim mouetur per accidens non contigit ſemper moueri, ſed dicitur per accidens ideſt per aliud, quia natura moti diſtinguitur à natura motoris in animatis. Sequitur. [& hoc intendebamus declarare.] ideſt, & hoc intendebamus declarare in ſuperioribus, ſcilicet quomodo cœlum ſit motum ex ſe & ab alio, ut à motore appropriato mobili. [& eſt manifeſtum, quòd qui deſtruxit, ſcientiam cauſarum illorum trium quæſitorum, non complebitur in eo ſcientia cœli.] ideſt, & manifeſtum eſt, quòd qui uoluit ſcire has tres cauſas, ex notitia quarum completur ſcientia de cœlo, ſcilicet ſubiectum æternitatis cœli, uirtutẽque eius appropriatam, primumq́ue mouens omnium mouentium appropriatorum, non compleuit ſcientiã de cœlo. hæc Commentator dicit, quia ad conficiendum hunc ſermonem de ſubſtãtia orbis, ſecutus eſt Methodum, quam Ariſt. ſecutus fuit in libris de cœlo & mundo.

Perſcrutandum eſt de hoc, quod dicunt, &c. Text. 112. Com.

Poſtquam Commentator determinauit in præcedenti capite de motoribus appropriatis cœlorum, quo pacto ſit neceſſaria eorum continuatio cũ iſtis inferioribus, undeque ſit eorum continuatio, & aliqua denique de motore primo, quantum ſpectant ad perfectionem intelligentiarum, & ad continuationem motus earum; nunc in præſenti capite declarat cœli ſimplicitatem, ac ſpiritualitatem, quantum ſpectat ad habitudinem eius in ſuo moueri ad primum motorem, & ad pertractandum de iſtis rebus ſumit declarare, primo, cœlum non habere materiam proprie eiuſdem rationis cum materia gene

Digitized by Google

rabilium, atque corruptibilium. ſecundo ipſum habere materiam, quę eſt in potentia ad ubi. quibus rebus notis, ac manifeſtis, uerificabitur intentum ſuũ quomodo corpora cœleſtia ſint ſimplicia, ac ſpiritualia, & qua habitudine in eorum moueri ad motorem primum comparantur. [perſcrutandum eſt de hoc, quod dicũt, quòd corpus cœleſte eſt ſimplex, ac ſpirituale,] ideſt, perſcrutandum eſt de hoc, quod dicunt ueri Philoſophi, corpus cœleſte eſſe ſimplex, ideſt, non compoſitum ex materia in potẽtia, & forma in actu; ac ſpirituale, quia corpus illud eſt, in materia cuius dimenſiones interminatæ non ſituãtur. [intendunt enim in ipſo eſſe dimenſiones non in materia] ideſt, ex hoc enim quod ipſi dicunt corpus cœleſte eſſe ſimplex & ſpirituale, intendunt in eo eſſe dimenſiones non in materia ideſt, dimenſiones interminatas non reperiri in materia, ubi enim materia in potentia non extat, ibi etiam intendunt nõ exiſtere accidentia inſeparabilia materiæ. corpus enim cœleſte cum non ſit compoſitum ex materia in potentia, neceſſe eſt in eo non exiſtere dimenſiones interminatas. Sequitur [& ideo non recipit alterationem in qualitatibus, nec in ſubſtantia,] ideſt, & propter id corpus cœleſte, q͏̨a eſt corpus ſimplex non habens dimenſiones in materia non recipit alterationem in qualitatibus paſſiuis quatuor elementorum, nec in ſubſtantia, quæ dicitur tranſmutatio. caret enim materia, quæ eſt cauſa alterationis paſſiuæ, ut habetur. 8. Metaphy. & primo cœli. materia enim prima primo habet habilitates ad recipiendũ primas contrarietates, ſcilicet formas omnium quatuor elementorum, ut inquit Auctor. 12. Metaphy. Sequitur. [& eſt ſicut dixit Themiſtius, quòd ſol & luna,

luna,& aliæ ſtellæ, aut ſunt formæ ideſt, dimenſiones non in materia ideſt,corpora ſpiritualia, aut habent materiam æquiuoce cum iſtis materijs.] ideſt, & eſt hoc ſicut dixit Themiſtius,quòd ſol & luna,& aliæ ſtellæ,aut ſunt formæ ſine materia, aut habent materiã æquiuoce cum materijs horum inferiorũ, quia conſiderauit,quòd accidentia in iſtis corporibus cœleſtibus non ſunt qualitates paſſiuæ, quæ faciunt tranſmutare ſubiectum, & alterari ex contrario in contrarium. iſtius enim alterationis cauſa eſt verè materia. Sequitur.[nullus autẽ dubitat in hoc, quod ſunt corpora quæ mouentur.] Reſpondet Cõmentator ad illud quod dixit Themiſtius, aut ſunt dimenſiones non in materia,ideſt,corpora ſpiritualia,quod nullus dubitat in hoc, quòd ſunt corpora, quia mouentur,nihil enim mouetur niſi corpus, ut inquit Ariſt. 6.Phyſicorum. Sequitur.[& etiam nullus dubitat,quòd corpora non recipiunt alterationem,& trãſmutationem in ſubſtãtia, niſi quia ſunt in materia.] ideſt,& etiam manifeſtum eſt omnib. quòd corpora inalterabilia,& intranſmutabilia in ſubſtantia carent materia in potẽtia, materia enim eſt cauſa alterationis,& tranſmutationis in ſubſtantia; unde tranſmutatio fecit cognoſcere materiam, inquit Auctor.4.Phyſicorum. Sequitur.[& ideo inuenitur in eis pluſquam unum numero, & ſunt ſpecies & genera.] ideſt,& propter id inuenitur in eis, ſcilicet corporibus cœleſtibus,differentia pluſquam numero,quæ dicitur ſpecie,& genere.omnia enim, quæ ſunt unius ſpeciei,ſcilicet uniuoce, ſunt compoſita ex materia & forma.ergo ipſa non contigunt eſſe unius ſpeciei uniuoce.quod autem ea,quæ ſunt unius ſpeciei uniuoce,ſint compoſita ex materia & forma,

Digitized by Google

forma, probatur: omnia uniuoca ſpecie ſunt unius formę, ſunt etiam unius materiæ: ſed materiam non cõtingit eſſe unam, niſi in potentia: ergo ea compoſita, quę ſunt unius formę, ſunt cõpoſita ex materia & forma: corpora autem cœleſtia ſunt materiæ in actu ex ſe per propriam eſſentiam, & non in potentia ad recipiendum formam uel unius ſpeciei, uel differentię. ergo ad inuicem differunt pluſquam numero. Amplius nullus dubitat, quòd indiuidua, quę ſunt unius ſpeciei, ſi uni aliquid eſſentialiter cõuenit, conuenit eſſentialiter omnibus indiuiduis eiuſdem ſpeciei, nos autem cernimus oppoſitum in corporibus cœleſtibus aliquid eſſentialiter uni conuenire, quod alteri repugnat, ut puta motum ab oriente ad occidens; ergo ipſa ſunt plura indiuidua & ſpecie, in præſenti textu colligimus tria in corporibus cœleſtibus ex parte materiæ non in potentia, unum, quòd ſunt inalterabilia, & intranſmutabilia, alterum, quòd non ſunt unius ſpeciei, nec generis; tertium, quòd ſunt abſoluta ab omni materia.

Text. 122. Com. *Sed fuit dubitatum de eis utrum habeant materiam, &c.*

Declarat Commentator in preſenti textu cœlũ habere materiam, quæ eſt in potentia tantũ ad ubi; & hoc per modum dubitationis, ſcilicet utrum corpora cœleſtia habeant aliquam potentiam, & ſi potentiam, ergo materiam, omnis enim potentia exiſtit in materia. Sed animaduertendum eſt primo, Commentatorem ſuperfluũ non eſſe, & ſi hæc, quæ nunc oſtendit multoties in ſuperioribus, & præcipue in primo cap. huius oſtẽdiſſe uidetur, uidelicet cœlum non habere materiam, quæ eſt in potentia

ad

ad formas, alio enim & alio intento, atque propoſito; in præcedentibus hanc materiam pertractaſſe cõſtat, ſcilicet cœlum eſſe cõpoſitum ex materia & forma, ſecundum quòd iſta duo principia ſunt differẽtia ab iſtis inferiorum, numero, ſpecie, & genere: hic autem, ſecundum habitudinem eorum in moueri ad primum motorem. Et ſequitur. [ſed tamen fuit dubitatum de eis, utrum habeant materiã propter potentiam, quæ eſt in eis ad ubi.] ideſt, ſed tamen dubitatum fuit de corporibus cœleſtibus utrum habeant materiam, quæ ſit in potentia tantum ad ubi. Sequitur. [omnis enim potentia exiſtit in materia. ideſt omnis enim potentia ſiue actiua ſiue paſſiua, exiſtit in materia, paſſiua dico ut in proprio ſubiecto, actiua ut in ſubiecto circa quod multiplicatur actio agentis. cælum igitur cum habet potentiam ad ubi, neceſſe eſt quòd habeat materiam. Sequitur [ſed forte uidetur, quòd iſta materia habet eſſe medium inter materiam, quæ eſt omnino in potentia & inter actum purum, ſcilicet tres dimenſiones, in quibus non eſt potentia omnino] ideſt, ſed forte iſta materia cœli habet eſſe medium inter materiã, quæ eſt in potentia omnino, ut corporum inferiorum, & inter actum purum, ſcilicet formam, & tres dimẽſiones, in quibus non eſt potẽtia omnino ad terminum. & dicit forte, quia materia corporum cœleſtium melius dicitur ſubiectum, quam materia. Et Animaduerte, quòd illud medium, quod materia illa inter materiam in potentia pura, & formam in actu puro ſortitur, eſt medium negatiuum, illa enim nec eſt materia, quæ eſt in potentia omnino, nec eſt forma, quæ eſt actus purus; purus enim actus non habet potentiam, ipſa autem habet potentiam ad ubi.

ubi. Sequitur. [& ſic potentia habebit gradus, & materia gradus,] ideſt, ex hoc apparet, quòd cum materia & potentia ſuperiorum & inferiorum non ſint eiuſdem rationis; & cum materia ſuperiorum ſit medium inter potentiam & actum purum, neceſſe eſt, quòd potentia materiæ atque materia ſuſcipiat gradus: potentia enim alia eſt pura potentia, ut eſt potentia materiæ primæ; alia eſt potentia ſecundum quid, & eſt potentia materiæ corporum cœleſtium. ita ſimiliter quædam eſt materia in pura potentia: quædam ut medium quoddam inter puram potentiam, ac purum actum. Sequitur. [& per hanc potentiam indigent corpora cœleſtia motore, in quo non eſt potentia omnino.] ideſt, & per hanc potentiam ad ubi corporum cœleſtium ipſa corpora indigent motore primo, in quo non eſt potentia omnino, nec
co. 5. In genere logico, nec Phyſico, ut inquit Auctor. 3. de Anima. hæc igitur eſt habitudo corporum cœleſtium in moueri ad primum motorem, ipſa enim corpora cauſa potentiæ materię indigēt ſemper motore primo: ſecundum enim deſiderium eorum ad primum, ſemper ſunt in potentia ad ubi: talis eſt igitur habitudo materiæ corporum cœleſtium ad primum, qualis eſt eius habitudo ad ſemper ubi.

Tex. 123. Com. *Ioannes autem dedit quæſtionem, &c.*

Inducit ad illud, quod dixit in præcedenti textu in fine, quæſtionem quãdam quam mouet Ioannes Grammaticus contra Peripateticos, uidelicet cœlũ indigere ſecundum Philoſophum motore primo, per hanc potentiam materiæ eius ad ubi. ſed quia Ioannes dicit, quòd cum corpus cœleſte ſit finitum debet habere potentiam illam ad ubi finitam; nullum enim finitum habet potentiã infinitam, Ariſt. 8. Phy-

Digitized by Google

8. Phyſicorum. ergo ſecundum hanc rationem mundus apud Philoſophum eſt generabilis, ac corruptibilis. cœlum igitur non habet potentiam ſemper ad ubi. hanc queſtionem non tantum hic ſoluit, quantum in multis locis eam ſoluiſſe apparet, ut puta. 12. Metaphy. in Paraphraſis de cœlo, & 8. Phyſicorum. co. 41. cap. 7. co, 78.

Et ad hoc dicendum eſt, &c.

Soluit motiuum Ioannis Grammatici inducendo ad hoc, duo principalia, quorũ primum eſt quod caret cauſis motus, non eſt neceſſe in eo ponere potentiam, ſeu habitum motus (intelligitur hic habitus motus, pro habitu corruptionis) aliud autem eſt quòd non eſt impoſſibile corpus finitum, quod caret cauſis motus, habere cauſam infinitam, quæ eſt priuatio motus & non potentia in corpore mobili. ex quibus duobus concludit, quòd non eſt neceſſe, & ſi corpus cœleſte ſit corpus finitum, quòd ſit corruptibile: quia caret cauſis agentibus motum. finitas enim corporis mobilis non arguit neceſſitatem principiorum eſſentialium compoſitionis, ac reſolutionis in corpore mobili. ſubtiliter ac copioſe hęc quæſtio ſoluta eſt, à ſimplicio. 8. Phyſicorum in digreſſionibus contra Ioannem Grammaticum]. unde dicit Ariſt. in libello de animalium motu, quod terra debet habere quietem infinitam, quę eſt priuatio motus, quia caret agente motum in ea infinitũ; quodque tantã oportet eſſe uirtutem terræ in quieſcendo, quantam cœlum uirtutem & mouens ſuum in mouendo habet. ſi enim uirtus motus excedat terræ quietem, mouebit ipſam a medio. ergo.

Text. 124. Com.

cap. 2.

Et ideo uidemus loquentes in hac quæſtione quærere, &c. Text. 125

Com. In hoc ultimo textu huius ſermonis infert Commentator dubium quoddam ad ea, quæ dixit in ſuperiori textu, uidelicet cœlum habere quietem, quæ eſt tranſmutatio motus in ſubſtantia, & non habitũ motus; & quòd illa priuatio non eſt potẽtia, ſed priuatio potentiæ; quodque illa priuatio in corporib. cęleſtibus ſit per priuationem uirtutis, & non per priuationem, quæ eſt habitus. propterea dicit. multi dubitauerunt loquentes de hac quæſtione pręcedenti, utrum cœlum habeat permanentiam per ſe, aut permanentiam additam illi. Quod ſoluit, dicẽdo, quòd quies illa corporum cœleſtium eſt permanentia per ſe, quia permanentia eſt priuatio motus, & priuatio hæc nõ accidit corpori cœleſti, niſi quia caret corpus cœleſte in ſua eſſentia, agente motum in ſubſtantia.

Atque hæc erant quæ nobis in libello de ſubſtantia orbis, obſeruatione digna occurrebant.

Laus Deo & Virgini.

Digitized by Google

NICOLAI VITI GOZZII,

PATRITII REIPVB.

RAGVSINAE COMMENTARIA,

In propoſitiones authoris de cauſis.

PROPOSITIO PRIMA.

OMNIS cauſa primaria plus eſt influens ſuper cauſatum ſuum, quàm cauſa ſecunda uniuerſalis.

Quanta ſit utilitas ex adepta cognitione ſubſtantiarum abſtractarum, quanti ſit ornamenti ad humanam uitam contemplatio actionum earũ circa hæc inferiora gubernanda, intellectus noſter, qui ſummam perfectionem in his cogitandis ſibi comparat facile agnoſcere poteſt, qui per eas (quantũ ad eius uires ſpectat,) tanquam per ſpecula quędam, dilectiſſimum, ſummumque obiectũ intuetur, in eis enim tanquam in ſubſtãtijs propinquioribus primo, magiſque purgatis a defectu materiæ bonitas, eſſentia que eius plus luceſcit. hoc eſt illud, quod dicit hic Auctor prop. 6. & non narratur niſi per cauſas ſecũdas, quæ illuminantur a lumine cauſæ primæ, narrat intellectus noſter diuinam bonitatem, eſſentiam

que per fluxum quendam ſpiritualem a prima cau-ſa, quæ influit ſpecies, rationesque diuinorum effe-ctuum in eo mediantibus cauſis ſecundis immedia te illuminando eum, ipſe enim eſt lux, quæ illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundũ. quis enim ſpecies, ſiue innatas, ſiue acquiſitas ad obiecta reflectere põt ſine lumine? in lumine enim eius uidebimus lumen, dictum eſt a Propheta: Deus enim quemadmodũ eſt cauſa in ſphæra intellectua-li intellectualium ſubſtantiarum per ſimplicẽ ema-nationem, ita eſt cauſa primarum ſecundariarum-que operationum intellectualium per emiſsionem ſplendoris; illud enim quod dat rebus eſſe, dat etiã conſequentia res: igitur Deus, qui tota ſubſtãtia en-tium eſt, plus influit in ſui rerumque cognitionem, quàm cauſæ ſecundæ; cauſa enim primaria plus eſt fluens ſuper cauſatum ſuum, quam cauſa ſecunda uniuerſalis. quod enim eſt cauſa cauſæ, eſt magis cauſa cauſati, licet in alio & in alio ordine. tamen quemadmodum omnia entia creata referuntur ad aliquam cauſam uniuerſalem, ſiue per eſſentiam, ſi-ue per intellectum; ita illud, quod magis uniuerſa-le cauſatum eſt in eis, uniuerſaliorem cauſam requi rit, quæ cum minus uniuerſali nullam reciprocatio nem ſortitur: illud enim quod eſt cauſatum à cauſa poſteriori, cuius totum eſſe dependet à cauſa prio-ri, excellentiori modo cauſatum eſt a cauſa prima, quam a cauſa ſecunda; neceſsitas enim eſſendi rerũ ad unam ſolam naturam refertur; quę hic ab Auct. cauſa primaria dicitur. & quare primaria? quia ad eſſe eius omnia ſequuntur; cuius conditionis, atq; naturæ præcipue eſt Deus Benedictus: exiſtente .n. eo omnia exiſtunt, quemadmodum nihil in defectu

eius

ctus eſſet, ut inquit Auguſtinus ſuper Geneſim, imo aliquantulum uerificari poteſt, opinio Zenonis quam recitat Themiſtius primo de Anima, quòd Deus per omnem ſubſtantiam permeat & in intellectuali eſt intellectus, in animali eſt anima, in naturali natura, in affectu eſt affectio, & habitus: ac ſi diceret, nihil ſiue ſit intellectuale, ſiue animale, ſiue naturale, ſiue morale, ſine eo exiſtere poteſt, tota enim ſubſtantia eſt rerum: igitur plus eſt influens ſuper intellectum, quam intellectus, plus influit ſuper animale, quam anima: cauſante enim eo omnia cauſata ſunt, quod enim extra eſt, ipſe Deus exiſtit, inquit Plotinus lib. 8. cap. 16. & bene, nihil enim exiſtere poteſt, ut dixi, nullamque uirtutem influendi accipere, niſi exiſtente, influenteque prima. cauſa igitur primaria plus eſt influēs ſuper cauſatum ſuū, quàm cauſa ſecunda uniuerſalis: ne autem imagineris cauſam primariam ſemper cauſam primam eſſe. prima enim una ſola eſt, quæ nec comparem habet, nec cōtrarium, ipſa enim eſt ſola principaliterque influēs non influente enim ſecunda influit prima: primariæ autem multæ ſunt, prima autē ſola eſt, ut inquit Albertus. tamen cauſa primaria, quam hic tangit Auctor, cauſa prima eſt: quia cauſa illa, quæ plus influit, quam cauſa uniuerſalis, eſt potior, uehemētior maiorque, quam omnis cauſa uniuerſalis: ergo erit cauſa uniuerſaliſſima, una atque prima. Amplius illæ cauſæ, quæ ſunt primariæ multæ, non ſunt primæ, extrema enim non ſunt plura, inquit Ariſt. 10. Metaphy. ſed illud quod eſt magis, quàm uniuerſale, eſt extremum atque primū, ergo. & licet pro qualibet cauſa primaria hæc ꝑpoſitio omnis cauſa, &c. intelligi poſſit, tamen una ſola, atque prima intelligenda

cap. 26.

eius ne ad. 6.

ligenda eſt. omnes enim cauſæ primariæ ad unam ſolam cauſam referendæ ſunt, quę plus influit ſuper cauſatum ſuum, quàm cauſa ſecunda uniuerſalis, quocunque modo ſit uniuerſalis: ideo nō dixit omnes cauſæ &c. ſed omnis. plura enim non intendit, ſed unum. primum enim ſolum influit uniuerſaliter. Vlterius intentio Auctoris eſt tractatum ſuum incipere à ſummo rerum principio, & aliqua oſtendere de ſubſtantiis intellectualibus, quæ ſupra cœlū ſunt, ut de miniſtris Regis ſuperioris, cauſę enim ſecundæ comparantur ut miniſtri ad Regem. unde ratio ſemper eſt, qui de regno aliquo ſermonem intendit facere, ex obuio manifeſtare Regē Imperii: ipſe enim eſt ordinans, conſtituens omnia, quæ ad ſtructuram Regni ſpectant. Deus autem influendo ſuper res creatas eſſentiam, bonitatem, intelligentiamque, omnia in ordine quodam conſtituit, influere enim eius nihil aliud eſt, quàm ſui naturā in omnibus rebus imprimere, atque ſigillare, quibus per modum eſſendi, quibus per modum intelligendi, nonnullis infimo modo, aliquibus excellentiori, quæ omnia intellexeris ſi intellectu tuo gradieris à materia prima uſque ad ſupremam intelligentiā, quæ inter formas creatas nobiliorem gradum obtinet: ergo.

Propoſitio. II.

Omne eſſe ſuperius, aut eſt ſuperius æternitate, & ante ipſum, aut eſt cum æternitate, aut eſt poſt æternitatem, & ſupra tempus.

Quoniam autem ut diximus, a ſummo rerū principio Auctor intentum ſuum incepit, tanquam ille,

le, qui de ſphæra aliqua notionẽ uult tradere, neceſſe eſt primo centrum ſupponere, circa quod ſphæra circumagit, a quo uim habet, & quaſi centralem, ut ita dixerim more Platonico. Deus autem, ut centrũ quoddam in hac ſphæra intellectuali cõſtituitur, inquit Plotinus libro 8. cap. 18. ideo neceſſe ei fuit exordium ſumere à principio, quod eſt ante omnem æternitatem. omne enim eſſe ſuperius, aut eſt ſuperius æternitate, & ante ipſam, quemadmodum eſt Deus Benedictus. ipſum enim eſt ſummum eſſe magis commune, quàm æternitas, quia non omne eſſe eſt æternitas, igitur eſt ante æternitatem. & licet Deus Benedictus ſummopere ſit ęternus per eſſentiam ſecundum Auguſt. in libro de Fide ad Petrum & Hieronymum in Epiſtola ad Damaſum, hoc ẽt conſtat apud Ariſt. & Auer. 12. Metaphy. & 9. Metaphy. & 3. de Anima. quod æternum proprie, eſſentialiterque ſit illud, quod caret potẽtia omnino, cuius naturæ atque conditionis eſt Deus Benedictus. nihilominus Deus per comparationem ad ea, quæ cum æternitate ſunt, & poſt æternitatem, ipſe ſolus uere eſt ante æternitatem. ſicut enim datur hoc extremũ poſt æternum, & medium cum æternitate ita neceſſe eſt dare eſſe ante æternum, medium enim eſt inter extrema. unde Auctor hic nihil aliud intendere uidetur, quàm quod ſit aliquod eſſe, nullo modo æternitatem in ſui natura ab altero conſtituens, ſuperius, hac de cauſa, æternitate, non erat ignarus Deum Benedictum eſſe æternum per eſſentiam, ſed per comparationem ad ea, quæ æternitatem ſortiſtur. ipſe ſolus eſt ante æternitatem. & quodam eſſe ſuperius eſt cum æternitate, cuius naturæ, ac conditionis ſunt intelligentiæ beatæ, quæ ſimul cum æternitate

Enne- ad. 6.

cap. 6.

tex. co. 32. tex. co. 17. com. 5.

nitate

nitate naturam eſſendi poſſidēt, tum quia eſt interminabilis uita eorum, tum quia carent mutatione, tum etiam quia futurū & præteritum ſimul poſſident: ęternitas enim ſecundum Boetium in lib. de Conſolatione, & Isaac in libro definitionum. nihil aliud eſt, quàm interminabilis uitę ſimul tota & perfecta poſſesſio: propterea intelligentię quia ſunt entia creata non ſunt ante ęternitatem, & quia carent omnino mutatione, ſunt enim primi propinquioresque effectus Dei immutabilis, non ſunt poſt ęternitatem: ergo ſimul cum ęternitate uitam poſſident. hoc autem æternum a perpetuo differt, ęternum .n. eſt quod nō habet principiū neque finem, ut Deus: perpetuum autem quod habet principium, ſed non habet finem, ſicut intelligentię, & Anima noſtra. aliquando ęternum pro perpetuo capitur, accipiendo perpetuum, ut continuum quoddam uſque ad terminum perſcriptum, cuiuſmodi ſæpe dictum inuenitur apud uetus Teſtamentum a Deo populo dilecto, ſeruabis hæc mandata in ęternum, quod ęternū apud Hebræos ſella dicitur cū termino pręſcripto; olla autem proprie ęternum eſt ſine principio atq; fine. nihilominus licet intelligentiarum Deus Benedictus ſit principium atque cauſa, tamen uere æternum non perpetuum nomen ſortiuntur, quia & ſi habent principium atque cauſam, tamen non uere, atque proprie ſed ſecundum ſimilitudinem, ut dicit Commētator 4. cęli. & Deſtr. Deſtr. apud Theologos autem intelligentię, quę ſemper cum æternitate non fuerunt, potius perpetuę, quam ęternę nuncupantur, niſi quodam largo modo æternę dicantur ut ſępe in ſcripturis diuinis capitur propter diuturnitatem durationis, ſicut in pſalmo dicuntur mon-

libr. 5. Proſa. 6.

com. 1. Diſp. 3. ſol. 8. dubii.

tes

Digitized by Google

tes æterni, & Deut. de pomis collium æternorum. Aliquod eſſe ſuperius, aut eſt poſt æternitatem & ſupra tempus, cuius conditionis ſunt animæ corporũ cœleſtium poſt æternitatem, quia ſubiectæ ſunt mutationi; mouentur enim una cum corporibus cœleſtibus. ſunt ſupra tempus, quia non ſunt corruptibiles, ſed permanentes, immo proprie menſurantur æuo, differentia enim eſt inter æuum & tempus ſecundum Beatum Thomam. tempus enim mẽſurat omnia, quorum eſſe ſubiectum eſt tranſmutationi, uel in tranſmutatione conſiſtit, ſicut omnis motus & etiam eſſe omnium corruptibilium, æuo autem menſurantur omnia, quorum eſſe licet in tranſmutatione non conſiſtat, nec eſt ſubiectum tranſmutationi, tamen habent tranſmutationem adiunctam, uel in actu, uel in potentia, ſicut patet in corporibus cœleſtibus, & ſecundum Auctorem in animabus eorum, quorum eſſe ſubſtantiale eſt intranſmutabile, tamen eſſe intranſmutabile habet cum tranſmutabilitate ſecundum locum. hæc Thomas. ſecundum autem Auctorem noſtrum patet differentia æui à tẽpore: æuum enim medium eſt inter æternitatem & tempus, ſcilicet eſt poſt æternitatem & prius tempore; quo æuo menſurantur animæ corporum cœleſtium. Vtrum autem ſit neceſſe has animas in corporibus cœleſtibus ponere, longus eſt ſermo. in maximo enim diſcrimine ſunt duo excellentiſſimi uiri Plato, & Ariſt. quorum unus animas corpora cœleſtia habere omnino negauit, non eſt enim inquit ponenda pluralitas ſine neceſſitate, quanto enim ad altiora aſcendimus, tanto magis inſpicimus Deum atque Naturam, maiora exercere per pauciora. Pla-

to autem, qui ſex gradus entium intellectualium poſuit, ut inquit Apuleius in libro de Deo Socratis, in quarto, animas corporum cœleſtium conſtituit quæ licet ſecundum eorum naturã ſint intellectuales, tamen ut colligatæ corporibus cœleſtibus naturam eſſendi ſortitæ ſunt: imaginatus eſt enim Plato mundum ſuperiorem, ut mundum inferiorem, quem ſępe hominem appellat: quemadmodum .n. corpus humanamque naturam indigere præter intellectum, anima animante conſtat, ita corpora cœleſtia præter intelligentias animabus, quibus animãtur corpora excellentiori modo, quam hæc corpora noſtra inferiora indigere uidentur. unde cœlum, ut inquit Plotinus in libro de motu cœli, tanquam corpus animatum, atque uiuens eſt, adeo, ut agitatio talis ex motione corporea ſimul & animali ſit mixta quippe cum corpus quidem ſuapte natura feratur in rectum, anima uero contineat, atque ita ex utriſque conficiatur motio quędam, in qua ferri ſimul ſit atque manere, unde uidemus lationem circularem ſecũdum Platonem in Timeo, animam influere, in principio enim animam recta latione fuiſſe motam aſſeruit, poſtea inquit flexiſſe in gyrũ, & talis eſt quę proprie mouet corpus cœleſte. quid autem ſit ueritatis in hac materia non audeo iudex eſſe inter hos excellentiſſimos uiros.

Propoſitio. III.

OMnis anima nobilis habet tres operationes, nam ex operationibus eius eſt operatio animalis, & operatio diuina.

com. Quia Auctor non dubitat cœlum animatum eſſe

more

Digitized by Google

more Platonico, ideo cõtinuat loqui de anima eius, quam in tertio gradu poſuit ad differentiam Platonicorum, qui animas corporum cœleſtium in quarto gradu poſuerunt, ueluti quartam circunferentiã diſtantem a centro mundi intellectualis, quod Deũ pro certo cõſtituimus. in primo gradu atque ſupremo Deus Benedictus eſt, cuius bonitas atque unitas non dependet ab alio quoquam. in ſecundo gradu Dij ſecundi conſtituti ſunt, quos ſecundas bonitates & unitates Plato dixit eſſe. in tertio ſubſtãtias ſeparatas poſuit, quas intelligentias Philoſophi dicunt eſſe: in quarto animam cœli quamquidem animam tres operationes nobiles proponit Auctor habere: quarum una eſt operatio animalis, eo quòd uiuificat, mouetque corpus cœleſte, inter reliquas .n. operationes animales animę eſt proprium mouere: immo antiqui, ut Democritus, & Anaxagoras forſitan & Plato, ut recitat Themiſtius primo de Animæ arbitrati ſunt animam ſingulariter ex motu definire, anima enim eſt fons & origo omnium motuum ſecundum Anaxagoram, cui non contradicit Ariſt. qui in principio de anima inquit, naturæ uero & mundi contemplatores, qui eſſe poterimus, ſi nobis ignorabitur ea natura, quæ fons & initium eſt omnium motuum? prima autem hæc eſt operatio animæ, eo quòd anima ſecundum quòd eſt anima reddit ſubiectam materiam ad animantem naturam, quæ proprie animalis dicitur: quanto enim anima immergitur ſubiecto eius perfectibili, tanto magis nomen animæ ſortitur, & quanto magis elongatur ſecundum ſui naturam, uel operationem a materia ſubiecta, tanto magis aliud nomen ſibi comparat, quam nomen animæ, ut puta, mentis, intellectus,

Digitized by Google

uel ſpiritus hoc etiam uiſum fuit Origeni in ſuo Periarchon, quando ait, mens de ſtatu ſuo, ac dignitate declinans effecta, uel nuncupata eſt anima, quæ ſi reparata fuerit & correcta, redit in hoc, ut ſit mens, idem in Epiſtola ad Romanos. propter quod Platonici, qui ſummam diligentiam, ſummũque ſtudiũ in inueſtigatione rerum diuinarum, mundique ſuperioris poſuerunt, ſubſtantiam illam intellectualẽ, quæ ſortita eſt tantum corpus cœleſte uiuificare, atque mouere, animam nuncupari, eo quòd magis immerſa eſt materiæ corporum cœleſtium, quanto.n. natura intellectualis elongatur a ſummo principio, tanto magis immergitur materię refrigeraturq.; a feruore diuini ignis; unde anima pſyche appellata eſt, ut inquit Origenes in præallegato libro. ſecunda autem operatio animæ nobilis eſt intellectualis, quia illa anima cum ſit ſubſtantia intellectualis, effectuſque propinquus intelligentiæ diuinæ, non uacat cognitione rerum inferiorum, ſuperiorumque; immo plena eſt formis. intelligentiæ enim producunt animas orbium ſecũdum quod contẽplantur ſui naturam, & per modum contemplationis producũt hos effectus; modus autem contemplationis eſt modus intellectus, ergo effectus ab eis producti non uacant operatione intellectuali: operatio autem intellectualis atque diuina, è conuerſo (ſaluo meliori iudicio) in ſubſtantijs ſuperioribus intellectualibus, quam in hac ſubſtantia noſtra intellectuali, quam ſubſtantiam animam dicimus, reperitur: una enim eſt operatio huius animæ, uiuificare, mouereque corpus ſibi ſubiectum, hæc autem operatio nimis eſt immerſa materiæ: altera eſt operatio intellectualis, quæ in duas portiones di

uiditur

Digitized by Google

uiditur,quarum una eſt portio inferior intellectus altera ſuperior, ſecundum inferiorem portionem intellectus intelligit hæc inferiora, miniſtrat, guber natque ea; quæ quidem portio à Philoſophis huma na dicitur, à quibuſdam inferior: ſecundum autem portionem ſuperiorem intellectus, anima noſtra in tuetur diuina, cõtẽplaturq. ea, in eis ſummum gau dium adipiſcitur; quã quidem Philoſophi diuinã appellant, in ſuperioribus autem eſt è conuerſo; nã illa anima nobilis, quæ tres operationes habet ſecũ- dum illam diuinam operationem, quæ ſuperior eſt regula eſt horum inferiorum, ut proponit Auctor propoſitione. 23. eo, quia ſecundum illam operatio nem gubernat, miniſtratque iſta, quę in hoc mundo continentur, influitque ſuper ea ex uirtute impreſ- ſa à primo; illam enim animam cœli ex Deo manen tem iudicamus, ut inquit Plotinus libro primo, & ſupple ſecundum analogiam. ſecundum autem opẽ rationem illam intellectualem, quæ in ſecundo gra du conſtituitur, & eſt operatio inferioris portionis intellectus animæ nobilis, ipſa intelligit tantum ſu periora, inferioraque ſecundum ſpecies ei influxas ab intelligentia aſſiſtente ſuo orbi. poſtquam autem cauſa prima creauit eſſe animæ per proceſſum uirtu tis diuinæ ipſo ordine naturæ ad intellectualitatem formans eam, poſuit eam ſicut ſtramentum intelli- gentię, ut inquit Albertus in lib. de cauſis quod per cap. 16. influxum luminis intelligentiæ efficiat, & operetur operationes intelligentię & hæc eſt cauſa, quod ani ma ſit intellectiua, igitur anima nobilis tres ope- rationes habet, quæ talem ordinem adinuicem ha- bent, quemadmodum apud Mathematicos trigo- num in tetragono.

Propo-

Propoſitio. IIII.

PRima rerum creatarum eſt eſſe, & nõ eſt ante ipſum creatum aliud.

Com. Superius Auctor aliqua propoſuit de prima cauſa, nonnullaque de cauſis ſecundis. ſed quia intellectus noſter, qui in infimo atque ultimo gradu inter ſubſtantias intellectuales locum obtinet, nõ eſt poſſibilis recte de ſummo, atque primo obiecto cernere niſi intelligat primum creatum entium, inter primam enim cauſam, atque primum cauſatum nõ cõtingit medium; mediũ enim eſt inter extrema, illud autem primum cauſatum nõ eſt extremum, ſed fundamẽtum quoddam uniuerſale in omnibus rebus creatis, quod eſt eſſe dictum, quia præter eſſe nihil remanet, ipſum enim eſt primum creatũ nihil ſupponens, omnia autem alia non ex nihilo ſed ex aliquo producta ſunt. v. g. ſi intellectus corrumperetur, nihilominus entia non fuiſſent ad nihil reducta, remaneret enim ſenſus, corrupto autem ſenſu pars uegetalis remaneret, quæ ſi corrumperetur eſſe tãtum in entibus ſubſideret; præter autem eſſe nihil eſt; hoc eſt illud, quod primo in rerum creatione fluit a prima cauſa, quæ minus indiget in ſui actione, quã agens naturale, atque ſecũdarium, quia eſt nobilius: illud autem in ſui actione materiam primam, quæ propè nihil eſt, ſupponit; ergo Deus, qui prima cauſa eſt, atque nobiliſſima, nihil ſupponere uidetur, igitur primum creatum eſt eſſe, quia ante ipſum nihil eſt; ex hac propoſitione ſecundum Philoſophos creatio manifeſtari poteſt, in qua creans natura nõ tempore creata pręcedit, eſſe enim eſt primum effectum in rebus, ergo primam cauſam requirit, ſed ul

tra

Digitized by Google

tra primam cauſam non eſt alia, ergo ultra primum effectum non eſt aliud, creatio enim nihil aliud eſt ſecundum Scotum, quã productio totius creati in eſſe non prępoſita aliqua parte eius, & tertio Diſt. 11. quęſt. prima, ſic definit, creare eſt dare eſſe prima cauſalitate poſt non eſſe, hoc etiã conſtat apud Philoſophos; quia datur primum agens, quod præcedit effectum natura iuxta Auer. in libro de Subſtantia Orbis. inter quod agens & effectum eſt tantum præceſſio naturæ creantis ad creatum, ut inquit Auicẽna. 11. Metaphy. differentia autem eſt inter Philoſophos & Theologos, illi enim creationem concedunt uniuerſi; tamen illud æternaliter cum ſua cauſa exiſtere, illudque primum eſſe ſemper exiſtere cũ ſua cauſa creante arbitrati ſunt, tam Ariſtoteles, quam Plato, ſicut de ipſo declarat Plotinus Platonicus libro 2 ubi inquit, quoniam uero mundum hũc arbitramur eſſe quidem ſemper, nunquam uero nõ eſſe, merito prouidentiam conſequenter mundo aſſignare debemus, hoc ipſum, quod ſecundum mentem ſit, menſque ſit ante ipſum, non quaſi præcedẽs tempore, ſed quoniam hic eſt a mente, priorque natura mẽs eſt &c. unde falſo imaginati ſunt nõnulli ſecundum Platonem, mundum a Deo factum, ita quod prius non erat, de Ariſt. autem omnibus Peripateticis manifeſtum eſt: Theologi autem aſſerunt (& hoc ueraciter) omnia non ſemper fuiſſe, ſed tantum ſolũ Deum ſemper eſſe, propterea ante creationem poſſibile eſt nihil eſſe, fecit enim ut eſſet, quod ante non erat, in ipſo enim uiuimus, & mouemur, & ſumus, inquit Paulus, hoc eſt omnia in Deo ſunt, quia ubique eſt, ante omnia ſolus ac æternus, inuiſibilis omni creaturæ, ut exponit Auguſt. in Quæſtionibus

In ſecũdo Diſt. 1. quęſt. 4. ſol. 5

cap. 2

cap. 6.

Enneađ. 6.

nibus ex ueteri Teſtamento, nihil autem prohibet hanc propoſitionem communem eſſe tam Philoſophis, quam Theologis, quia creare eſt dare eſſe poſt non eſſe, unde eſſe eſt primum creatum, ante quod non eſſe erat. hoc eſt illud quod dicit Beatus Thomas prima parte. creatio eſt emanatio totius eſſe ex non ente, quod eſt nihil, ideo prima rerum creatarũ eſt eſſe, quod creatum eſt ex non ente, quia ante ipſum nihil aliud creatum eſt.

Propoſitio. V.

INtelligentiæ ſuperiores primæ, quæ ſequuntur cauſam primam, imprimunt formas ſecundas ſtantes, quæ non deſtruuntur, ita ut non ſit neceſſe iterare eas alia uice, intelligentiæ autem ſecundæ imprimunt formas decliues, & ſeparabiles ſicut eſt anima,

Vtrum autem hæc propoſitio ſit cõformis Scholę Theologorum, atque Philoſophorum, qui Ariſtotelis, ac platonis Academiam ſectantur, nimiam dificultatem profecto parit intellectui noſtro, magnum enim caos, ut ita dicam, de lõge in ſpicimus, prima enim fronte Theologi, qui de rebus diuinis infallibilem ueritatem attulerunt, huic propoſitioni non aſſentiũt omnino. ſi intelligentias enim ad inuicem Auctor intendiſſet creari, ut ſuperior inferiorem, illis ni fallor cõtradicit qui ſolius Dei ſit creare arbitrati ſunt; inquit enim Auguſt. libro 3. de Trinitate Dei. non ſolum malos, ſed nec bonos angelos fas eſt credere creatores, ſi pro ſubtilitate ſui ſenſus & corporis ſemina rerum iſtarum nobis occultiora nouerunt, & ea per congruas temperationes elementorum latenter ſpargunt, qua propter inquit

Digitized by Google

ita non poſſunt dicere angelos malos magicis artibus euocatos, creatores fuiſſe ranarũ, atque ſerpentium, ut habetur in Exodo. huiuſq; rei manifeſta ratio eſt, quia Deus, qui cauſa totius entiſ eſt, nullam autem creaturam eſſe cauſam totius entis conſtat; quia cõpoſita, perſcriptaque eſt ex potentia & actu omnis creatura, ergo impoſſibile eſt creaturæ habere naturam creandi. Amplius, creans neceſſe eſt, quod habeat tria, quę ad potentiam creantem requiruntur, uidelicet ſummam ſtabilitatem, ſummam ſimplicitatem, & ſummam infinitatem, quæ omnia repugnant creaturæ; propterea creatura, ut bene D. Thomas arbitratus eſt, nec ex uirtute propria, nec ex uirtute à ſummo ei impreſſa poſsit creare. & hoc confirmatur. quemadmodum enim Deus Benedictus non poteſt facere creaturam eſſe omnipotentẽ, ut docet Magiſter in tertio Sent. omnipotẽtia enim requirit infinitam uirtutem, tam intenſiue, quam extenſiue; ita non poteſt creaturæ communicare potentiam creãdi. nulla enim creatura ſit infinitæ uirtutis intenſiue, atque extenſiue, quod ad potẽtiam creantem ſpectat. quod enim eſt creans, pręter ſui naturamnon præſupponit aliquid, potentia autem nihil ante ſe ſupponens eſt cauſa totius entis. quod eſt cauſa totius entis, infinitæ uirtutis atque omnipotentiæ eſt, ergo impoſſibile eſt creaturã poſſe creare. Amplius, impoſſibile eſt Deo cauſam aliquam priorem ſibi anteponere, nõ eſſet enim Deus: Deus enim eſt ante omnem æternitatem, ut ſuperius oſtẽdimus. ergo impoſsibile eſt ei potentiam creandi creaturæ communicare, potentia enim creandi nihil ante ſe ſupponit; quemadmodũ enim primum creatum eſt eſſe, ante quod nõ eſt creatum aliud; ita

Digitized by Google

potentia creandi nullam cauſam priorem ante ſe ſupponere poteſt. hoc eſt illud; quod Doctor ſubtilis aſſerit 2. Sententiarum. creatio eſt actio non cõcurrente alia cauſa alicuius generis, niſi tantum primo efficiente, & primo fine; unde manifeſtum eſt, quod creatura quando crearet, crearet non ex ſui natura, ſed ex uirtute ſibi impreſſa, quod eſt impoſſibile potentiæ creanti. Auctor autem noſter, qui Auicẽnam uidetur imitari. 9. Metaphy. arbitratur, quod prima ſubſtantia ſeparata, creata à Deo creat aliam poſt ſe, quæ ſecunda dicitur, ſecundã autem animas creare, quod eſt impoſſibile, tamen uidetur mihi eſſe quædam differentia inter Auicennam, atque Auctorem, in creatione harum ſubſtantiarum. Auicenna enim imaginatus eſt, quod quemadmodum Deus Opt. Max. primo creaſſet primam intelligentiam, quæ propinquior eſt ei, (ab uno enim inquit, non prouenit niſi unum;) ita illa intelligentia, quę ſupra ſe cauſam habet, à qua non tantum eſſe, ſed pmanentiam ſortita eſt ſicut in ſui natura poſſibilitatem, ſecundum has conditiones primo intelligentiam inferiorem ſibi, ſecundo animam cœli, tertio ipſum cœlum creaſſe, ita ſimiliter quamlibet intelligentiam inferiorem ſibi creaſſe, quas ſecundas intelligentias appellat orbem, animaſque eorum, & hoc uirtute propria, & non inquantum inſtrumentum primæ cauſæ, cuius contrarium nititur oſtendere Auerrois 12. Metaphy. ubi omnes intelligẽtias oſtendit ad cauſam primam eſſe reducendas; quam quidẽ cauſam Deũ Op. Ma. arbitratur eſſe. Auerrois n. opinatur, qđ prima ſit cauſa proxima reſpectu ſecundæ tantum, & cauſa uniuerſalis tertiæ, cuius ſecunda eſt proxima cauſa; quæ quidem opinio ſuſtinenda

nenda eſt ratione; omnis enim ſubſtantia intelle-ctualis creata, neceſſe eſt, quod ſuam felicitatem in ſui cauſa conſtituat; immo tunc totam felicitatem ſibi comparat, cum uniuerſali eius cauſæ pro uiribus aſsimilatur: ſi igitur quartæ intelligentiæ tertia ſit cauſa, tertiæ ſecunda, quęlibet in ſua intelligentia ſuam felicitatem conſtitueret: ſed impoſsibile eſt ſubſtantiam creatam eſſe totam felicitatem cuiuslibet intellectus, quod enim habet ueritatem, entitatemque participatam non facit intellectum perfectum ultima perfectione, quia ei reſtaret aliquid, quod eſt per eſſentiam appetendum atque contemplandum. ergo bene opinatur Auer. ad differētiam Auicēnę, Deum Benedictum eſſe cauſam cuiuslibet intelligentiæ, ultimo autem Auicenna arbitratus eſt intelligentiam agentem eſſe, quam colcodeam appellat, ſeu datorem formarum, eo quod credidit omnes formas poſitas eſſe in materijs ab hoc agente extrinſeco, quod ſæpe intelligentiam agentem, ſępe datorem formarum appellat, eamque ſituauit ſub concauo orbis lunę. imaginatus eſt enim quod quē admodum quilibet orbis, ſeu ſpæhra ſuperior ſuam intelligentiam ſortita eſt, ita neceſſe eſt inquit, hāc ſphæram actiuorum ac paſsiuorum motore indigere, qui formas naturales in materijs ponit, Auerrois autem ſummus Peripateticus 7. & 12. Metaphy. omnes formas contineri actu in primo motore, & potentia in prima materia iudicat. formæ enim illæ, quæ deducuntur de potentia materiæ, continentur in Deo Benedicto in actu uirtuali, tanquam in cauſa uniuerſaliſsima, nihil enim producitur niſi uirtute eius, & ſi formæ naturales ab extrinſeco fluerent, ita quod non præexiſtant tantum in potentia mate

riæ, generatio in entibus non eſſet; illud enim quod generatur, generatur ex ente in potentia ad ens in actu, agensque proprie facit ex alio aliud, & non facit aliud in alio: facit enim ex materia formatum, & non formam in materia. ut igitur ad propoſitum reuertam à quo diſceſſimus, in quo differt Auctor in hac propoſitione ab opinione Auicennæ (ambo enim Arabes fuiſſe cernitur) in creatione intelligẽtiarũ, dico quod in duob. mihi uidetur hi uiri adinuicem differre: auctor enim aſſignat intelligentias adinuicem creari non uirtute propria, ſed uirtute primæ cauſæ, ſecundo, quod ſecundæ intelligentiæ imprimunt formas decliues & ſeparabiles, præter colcodeam, quam ſub concauo orbis lunæ ſituauit. quoad primum manifeſtum eſt ſecundum Auctorem, intelligentias adinuicem creari uirtute Dei in eis impreſſa, res enim omnes habent eſſentiam, motum, uitam, atque intelligentiam à primo, ſecundũ Auctorem Prop. 18. proculdubioque ſecundum eũ ens primum dat cauſatis ſuis eſſe. Amplius, nullus ex Philoſophis, & præcipue qui Peripateticam Doctrinam ſecuti ſunt, unquam exiſtimauit plures eſſe intelligentias, ſuperiores, atque primas, ordo enim intelligentiarum eſt ſecundum ordinem corporum
tex.co. 44. cœleſtium, ut inquit Ariſt. 12. Metaphy. & ordinatio eorum à primo eſt pręciſa, ait ibi Auerrois, ideo non eſt intelligendum ſecundum Auctorem plures eſſe intelligẽtias, ſuperiores. atque primas, una enim eſt intelligentia in ordine prima, ſicut unus orbis, ſed quęlibet eſt prima reſpectu inferioris, quã creat, unde quælibet eſt creans ſecundum quod ſit prima: prima autem eſt in eo, quia ſequitur cauſam primã, ergo eſt creans ſecũdum quod ſequitur cauſam pri-

mam;

mam;& propter id ſecundum Auctorem in hac propoſitione ſuperiores primæ imprimunt formas ſecūdas, quæ non deſtruuntur, quia ſequuntur cauſam primam, ſecundæ autem, quæ magis elongantur à ſummo, imprimunt formas decliues, atque ſeparabiles, in quorum numero eſt anima noſtra; cuius actus intelligendi in declinatione conſiſtit, ideſt, in motu, quia uenatur ſcientiam ex ſenſibus & continuo exercitio, & multæ res in hoc mortali ſeculo impediunt intellectionem eius, ne ſemper & actu intelligat, ideo eſt maioris ſeparationis ideſt, interruptionis, quo ad actum intelligendi, quam ſuperioris animæ. Diuinus autem Plato, qui tam ſuperiores ſubſtantias intellectuales, quam hanc noſtram, quæ in hoc mortali corpore clauditur, arbitratur, à Deo vnico procreari, licet Plotinus, & Proclus Platonici animam noſtram ab angelo fieri: Dioniſius autem Arepogita, Origenes, & Aurelius Auguſtinus excellentisſimi Platonici à Deo Benedicto putant fieri, formas enim ſimplices non generari ſed creari arbitrantur. creari autem ſolius Dei eſt, ut diximus, omnia autem alia, quę corporalia, miſcibilia, cōpoſitaque ſunt, mandat Architectus mundi, animabus, & angelis, ut ab eis fiant hæc omnia: propterea non eſt Auctor noſter cum hac ſua propoſitione conformis illis, qui Scholam Platonis ſectātur, vt vides, nec qui Ariſtotelis; quia Ariſt. poſuit ſummum principium eſſe cauſam entitatis & ueritatis in omnibus, & non indigere ad tranſmutationem materialium, niſi materialibus, ut habetur. 7. Metaphy. in omnique genere cauſarum inquit, deueniendum eſt ad unā cauſam, quę ſit cauſa aliorum. igitur Deus eſt cauſa aliorum, tanquam cauſa ſuprema omnium cauſarum; tex. co 28.

cuius

cuius excellentiam declarat Auctor in hac ſequenti propoſitione.

Propoſitio. VI.

Com. *Cauſa prima ſuperior eſt omni narratione, & non deſiciunt linguæ à narratione eius, niſi propter narrationem eſſe ipſius, quoniam ipſa eſt ſuper omnem cauſam, & non narratur niſi per cauſas ſecundas, quæ illuminantur à lumine cauſæ primæ.*

Quanta ſit excellentia Dei Benedicti, quantumque ſit obiectum improportionabile propter excellentiam eius intellectui noſtro, tam in hoc ſtatu in quo ſumus, quam in alio ad quem Chriſtiana fide, & operibus, Diuinaque gratia peruenire ſperamus; in hac propoſitione breuiter Auctor declarat, quando ait, cauſa prima ſuperior eſt omni narratione. quod enim narratur cognoſcitur; cognitio autem noſtra fit per ſimilitudinem rei cognitæ ad cognoſcentem. quod autem increatum eſt, ſuperque omnes abiſſos nulli creaturę perfectæ aſſimilari poteſt, igitur eſt innarrabile, & deficiunt linguę à narratione eius propter narrationem eſſe ipſius, intellectus enim noſter nō eſt cognoſcitiuus niſi exiſtentium, ſed Deus non eſt exiſtens, ſed ſupra exiſtentia, ut inquit Dyoniſius de Diuinis Nominibus; ergo eſſe eius non eſt narrabile, & deficiunt linguę a narratione eius; eius autē eſſe eſt ipſe Deus; Deus aūt eſt quiditas abſoluta, & omnia alia entia quiditatē habēt, ut inquit Auerrois Deſt. Deſt. ſed quod narratur à nobis, a nobis cognoſcitur, modus autem cognoſcēdi eſt per modum eſſendi, ergo Deus cognoſcitur per modum intellectus noſtri; intellectus autem noſter

[Margin notes: cap. 1. — Diſp. 6. in Sol. 4. dubii.]

ſter eſt creatus, ergo per modum creati, ſed Deus ut dixi eſt quiditas abſoluta increata, ergo impoſſibile eſt eum cognoſci, & ſic deficiunt linguæ a narratione eius eſſe, ad notitiam cuius eſſe per cognitionem rerum creatarum peruenimus, inuiſibilia enim Dei per ea, quæ facta ſunt intellecta conſpiciũtur, inquit Paulus primo ad Romanos. quia lumen inuiſibilis Dei effunditur ſuper res creatas, quod quidẽ lumen manuducit intellectum noſtrum ad id unde lumen effunditur. Duæ autem opiniones fuerunt de cognoſcendo Deo, eorum qui Peripateticam Doctrinam ſectarunt, una D. Thomę in multis locis, qui arbitratus eſt impoſſibile eſſe intellectui noſtro corpori cõiuncto quiditatem ſummi principij cognoſcere, altera fuit Auerrois 3. de anima, qđ intellectus poſſibilis per adoptionem intellectus agẽtis ſummi principii quiditatem agnoſcere poteſt, rationesque amborum uidere potes in pręallegatis libris, & eas ſuſtineri ab eorum ſequacibus, ut a Gaietano Cardinali ſuper librum de ente & eſſentia D. Thomæ, & a Iãduno, qui ſecutus fuit doctrinam Auer. in ſuis quæſtionibus tertii de Anima, quæſtio. 37. quas recitare ſuperfluum eſt. quid autem ego ſentio circa ueritatem huius quęſtionis, dicã breuiter, quod tam Auerrois, quam D. Thomæ, & eorum ſequacibus opinio ſuſtineri poteſt, ſed diuerſomodo: nam illis, qui ſecundum Ariſtotelem arbitrantur alium ſtatum animę noſtræ poſt mortem, poſſibile fuit etiam arbitrare animã humanã corpori coniunctã, non intelligere quiditatem ſubſtãtię abſtractę, nobiliſſima enim operatio eius circa abſtracta, quam Ariſt. poſuit primo & 10. Ethicorum non fruſtraretur, ſoluta enim a grauamine corporis, rediret ad ſuum actum, ſed illi,

1. parte. q. 12. q. 88. & 2. Methaphy. co. 1. co. 36.

ca. 9. ca. 8.

Digitized by Google

illi, qui alium ſtatum ſecundum mentem Ariſtotelis negarunt, impoſsibile eſt ſecũdum eos, quod anima humana non intelligat abſtractorum quiditatẽ, deficeret enim à ſua nobilisſima operatione; immo poſſibile eſſet aliquid otioſum in natura, quod eſt abſurdum, ſed magis conſonum eſt Ariſto. negaſſe alium ſtatum; contẽplatio enim, qualis nobis pauco tẽpore optima illi eſt inquit 12. Metaphy. & late patet nunquam Ariſt. poſuiſſe hominem felicem qui beneficiis corporalibus, atque fortuitis careat; immo ſemper hominem felicem, in quantum hominem arbitratus eſt: propterea licet anima humana in ſtatu iſto non eſt innata *Dei* quiditatem cognoſcere, quia in cognitione ad phantaſmata ſe conuertit; & corporalibus incorporalia apprehendi non poſſunt, inquit Dyoniſius in libro de Diuinis Nominibus, nihil autem prohibet ei in ſtatu alio quiditatem Dei cognoſcere, inquit enim Ioannes, uidebimus eum ſicuti eſt, tamen illi, qui *alium* ſtatũ ſecundum Scholam Peripateticam negarunt, nõ eſt impoſsibile eis Dei quiditatem in hoc ſtatu cognoſcere; non per phantaſmata, ſed per adeptionem intellectus agentis cum intellectu poſsibili, quemadmodum arbitratus eſt Auerrois, anima enim noſtra innata eſt *Deum* videre, ideſt, poſsibilis eſt eum videre per eſſentiam, (licet indigeat aliquo agente, quod lumen gloriæ eſt ſecundum Theologos; tamen poſt exitum a corpore non mutatur in aliam formam, quia ſemper poſsibilis erat,) unde Paulus dum anima eius corpus informabat, uidit Deum per eſſentiã, ut inquit Auguſtinus in libro de Videndo Deo, ad Paulinam, ita etiam de Moyſe aſſerit: legitur. n. quod gloriam Domini uidit: ergo *illi*, qui arbitrati

(margin: tex. co. 39. — cap. 1. — cap. 3. — cap. 12. nu. 13.)

ſunt

ſunt ſecundum Doctrinā Ariſtotelis, non eſſe alium ſtatum, non erit impoſſibile intellectui eorum (cum poſſibilem naturā habet, ut uides de Paulo & Moyſe) intelligere Dei quiditatem; & Beatus Thomas ab ipſa tandem ueritate coactus hoc idem fatetur. 9. Metaphy. inquit enim quod ſecundum ſententiam Ariſtotelis, humanus intellectus poteſt pertingere ad intelligendum ſubſtantias ſimplices, quod uidetur ſub dubio reliquiſſe 3. de Anima. & hoc mihi uidetur efficaciori modo per continuationem intellectus agentis cum intellectu poſſibili; intellectus enim agens eſt quodammodo intelligentia in ſphæra humana, & eſt ſicut cauſa ſecunda, quæ intelligentia orbis dicitur, unde lumen cauſæ primæ cū in ſuis cauſis ſecundis altiori, atque eminentiori modo micat, neceſſe eſt per cauſas ſecūdas ſemper efficaciori modo eſſe cauſæ primę narrare; in eis. n. magis micat, magisque luceſcit; quam quidem cauſam ſecundam in hac ſequenti propoſitione declarat.

Propoſitio. VII.

INtelligentia eſt ſubſtantia, quæ non diuiditur.

Non diuiditur intelligentia, quia non ingreditur opus materiæ, intelligentia enim eſt ſubſtantia abſtracta a materia; quod autem non habet materiā eſt ſimplex, inquit Auerrois 12. Metaphy. & quod eſt ſimplex non habet materiam; intelligentiæ autē cum ſint formæ ſimplices non habent materiam, ergo non ſunt diuiſibiles; diuiſibilitas enim contingit a materia apud Philoſophos ex libro Deſt. Deſt. propter dimenſiones, quas in ſui natura habet, ſed Diſp. 1 dubii. Sol. 2

Mm formæ

formæ corporum cœleſtium prius rceipiũtur in ma teria, quam dimenſiones eius, igitur ſunt in mate-ria ante diuiſionem materiæ, ut oſtendit Auerrois in libro de Subſt. Orb. ergo intelligentiæ eſt ſubſtã-tia, quæ non diuiditur. Amplius, diuiſio non acci-dit intelligentiæ, eo quia eſt purus intellectus, pu-rus autem intellectus non eſt diuiſibilis, quia non eſt materialis; materialis non eſt; ſi enim intellectus intelligendo, neceſſe eſt quod rem intellectam à ma teria abſtrahat, obiectũ enim intellectus eſt uniuer-ſale, ergo eminẽtiori modo neceſſe eſt qđ illa ſubſtã tia intellectualis ſit abſtracta à materia omnino; in-tellectus. n. nõ apprehẽdit res ſecũdũ modũ rerũ, ſed ſecundum modum ſuum. ergo quilibet intellectus eſt immaterialis, tum quia caret materia; tum etiam, quia in intelligentijs ſeparatis intelligibile eſt unũ ſecundum Philoſophos: remanet igitur intelligen tiam eſſe ſubſtantiam, quæ non diuiditur; tamen nõ eſt neceſſe intelligentias ſuperiores non diuidi in duo, ſcilicet in eſſe, & eſſentia; quorum unus habe-tur loco materiæ, ſeu potentiæ, alter loco formæ ſeu actus: in Deo enim quia nõ eſt creatura, identifica tur eſſe & eſſentia ſecundum Philoſophos, & Theo-logos; in creatũris autem, quia habent cauſam ſui eſſe, minime identificatur: ideo quando ait Auctor in propoſitione, quod intelligẽtia ſit ſubſtantia, quę non diuiditur, intelligitur reſpectu materiæ indiui ſibilis eſſe, quia omnino non caret diuiſione, immo Dyoniſius dicit 2. de Angelica Hierarchia, qđ An geli diuiduntur in ſubſtantiam, uirtutem, & opera tionem; quia aliud eſt in eis ſubſtantia, & aliud uir tus, & aliud operatio.

Propo-

Digitized by Google

Propoſitio. VIII.

Omnis intelligentia ſcit quod eſt ſupra ſe, & quod eſt ſub ſe ueruntamen ſcit, quod eſt ſub ſe, quoniam eſt cauſa ei, & ſcit quod eſt ſupra ſe, quoniam acquirit bonitates ab eo.

Cum declaratum ſit naturam intelligentiæ non eſſe materialē, eo quia non diuiditur, cōſequens eſt eſſe intellectiuam; potentia enim intellectiua deducitur à ſeparatione materiæ, quanto enim potentia magis elongatur à natura materiæ, tanto magis conſequitur naturam intelligendi: immo ualet ratio, hoc eſt intellectiuum, quia eſt immateriale, ſecundum Ariſtotelem. cum igitur natura intelligentiæ ſit ſubſtantia intelligibilis, neceſſe eſt, quod intelligat per modum ſuæ ſubſtantiæ, ſed ſubſtantia eius eſt cauſa & cauſatum, ergo intelligit quod eſt ſupra ſe, & quod eſt ſub ſe; unum per modum cauſæ, aliud per modum cauſati: non quod ſubſtantia eius ſit ratio intelligendi res, eo quia intellectus angelicus intelligit plura, ad quæ eſſentia, atque ſubſtantia eius non extenditur, quia eſt preſcripta, atque finita; Dei autem proprium eſt, omnia per ſuam eſſentiam intelligere, eo quia infinita eſt, & in ſe ſimpliciter omnia comprehendit; ergo dicendum eſt, intelligentias non intelligere res per ſubſtantiam eorum; ita quod ſubſtātia earum ſit ratio intelligendi res. Sed quid eſt illud, quod dicitur, intelligentia ſcit res per modum ſuæ ſubſtantiæ? Dico, quod illud intelligendum eſt, quod uirtus cognoſcitiua, quæ conuenit angelo, conuenit ſecundum modum ſuæ naturæ, unde per modum ſuæ naturæ cognoſcit res, cognoſcit quod eſt ſupra ſe, quoniam acquirit ab eo boni-

tates. quælibet enim intelligentia ſuſcipit è ſumma earum cauſa, eſſentiam, uitam, intellectum, atque lumen uniuerſale; adinuicem autem illuſtrantur atq; purgantur, ut inquit Dyoniſius in libro de Cœleſti Hierarchia. angeli enim ſecundæ Hierarchiæ purgantur illuminantur, & perficiuntur per angelos primæ hierarchiæ, ac ſi diceret, ſuperiores angeli, quos intelligentias Philoſophi appellant, inferiores illuminant, unde inferior ſcit quod eſt ſupra ſe, quia ab eo acquirit bonitates. & licet quælibet intelligentia immediate intueatur Dei eſſentiam, a quo ſuſcipit immediate omnes bonitates; tamen ſuperior illuminat inferiorem, quia propinquior eſt Deo; quod autẽ eſt propinquius, primo uerius eſt; inquit Ariſt. ideo ſuperior plura in Deo de rationibus in diuinorum operum cognoſces, quam inferior, de his inferiorem illuminat. hoc eſt illud, quod inquit Dyoniſius de Diuinis Nominibus, angeli exiſtentium illuminantur rationibus; ſcit igitur inferior ſuperiorem, quia a ſuperiori per illuſtrationem multorum, quę in ſummo intuetur, acquirit bonitates; ſcit quod eſt ſub ſe, quoniam eſt cauſa ei; quidquid enim intelligentia producit, per modum intelligibilem producit. unde neceſſe eſt, quod intelligat ea, quorum cauſa eſt. unaquæque etiam cognitio fit per ſimilitudinem rei cognitæ in cognoſcente; unde cauſa intelligens, neceſſe eſt quod cognoſcat cauſatum ſuum intelligibile ratione ſimilitudinis, inquantum cauſa, & cauſatum ſunt ſimilia, aliter enim angelus ſuperior non cognoſceret inferiorem, quoniam non eſt proprie cauſa effectiua atque creans eius, ut ſuperius declarauimus, & in hac ſequenti propoſitione Auctor declarat: non eſt multum

cap. 12.

tum

Digitized by Google

tum diſtans Auerrois ab hac præſenti propoſitione Auctoris in Paraphraſis Metaphy. tract. 4. quando ait, in intelligentijs ſeparatis iſta duo conuertũtur. v.g. quod quæcunque comprehendit aliquid aliud, illud quidem aliud erit eius cauſa, & quodcunque eſt eius cauſa, concipitur a cauſato, & impoſſibile eſt ut cauſatum intelligat eſſentiam ſuã, præter hoc, quod concipiat, id quo extat ſua eſſentia, ſed iã fuit declaratum quod quodlibet ipſorum comprehendit eſſentiam ſuam, ergo neceſſe eſt, quod cauſatum ab ipſis concipiat ſuam cauſam, hæc Auerrois.

Propoſitio. IX.

Omnis intelligentiæ fixio, & eſſentia eius eſt per bonitatem puram, quæ eſt per primam cauſam.

Quod una intelligentia non ſit cauſa alterius, declarat Auct. in hac propoſitione; in cauſis enim agẽtibus deueniendum eſt ad primam cauſam, quæ ſit cauſa aliorum: omnis igitur intelligentiæ fixio id eſt, eſſe, & eſſentia eius, eſt per bonitatem puram, quæ eſt prima cauſa, a primo enim communicatum eſt eſſe in omnibus, inquit Ariſt. primo de cœlo. intelligentiæ igitur fixio ideſt, eſſe, eſt a primo; eſſe .n. quod loco formę in ſubſtãtijs ſpiritualibus habetur reducitur in genere cauſarum formalium ad primã formam, quæ ſit cauſa aliarum formarum: fixio igitur intelligentiæ dicitur eſſe, quod loco formæ in ſuperioribus habetur, quia forma eſt cauſa permanentiæ, & terminus omnium motuum; habitibus enim præſentibus ceſſat motus; propterea patet, quod intelligentiæ ſunt compoſitæ ex actu & potentia. omne enim quod recipit, ait. D. Thomas in libro de tex. c. 100.

Ente,

Digitized by Google

Ente,& Eſſentia,aliquid ab alio eſt in potentia reſpectu illius,& hoc quod receptũ eſt in eo eſt actus eius;ergo oportet quod illa forma,uel quiditas, quæ eſt intelligentia,ſit in potentia reſpectu eſſe, quod a Deo recipit: & illud eſſe receptum eſt per modum actus;qui quidem actus non præſupponit ante ſe eſſentiam,quemadmodum in generabilibus ante introductionem formæ ſubiectum prius ſuppoſitum erat; poſſe enim in iſtis inferioribus caducis, & eſſe differt ualde;in ęternis autem poſſe & eſſe nõ differt.unde in eis eſſe & eſſentia eſt per primam cauſam,in iſtis autem inferioribus poſſibile eſt, quod potentia ſubiectiua a potẽtia actiua ſit diſtincta; potentia enim & actus ſunt differẽtiæ entium, quæ cõtigunt omnibus prædicamentis ualde oppoſitæ, in-
Co.5. quit Auer.primo de Anima.æternum autem, quod in nullo prædicamento reponitur,non eſt in potentia quandoque,quandoque in actu,ut inquit Ariſt.
tex. co. 17. 12.Metaphy. poſſibile enim in æternis eſt neceſſarium;ergo intelligentiæ eſſe & eſſentia ſimul eſt per bonitatem puram. quemadmodum enim Deus omnia contemplat per eſſentiam ſuam propriã: ita omnia efficit,gubernat,atque miniſtrat propter bonitatem ſuam non ex neceſſitate ſuæ naturæ.

Propoſitio. X.

Omnis intelligentia eſt plena formis: uerumtamẽ ex intelligentijs ſunt,& quæ continent formas minus uniuerſales,& ex eis ſunt,quæ continent formas plus uniuerſales.

com. 1 Sicut eſt in eſſendo,ita eſt in cognoſcend,o uulgata eſt propoſitio Philoſophi,quanto enim eſſe eſt ob

ſcurius

ſcurius in entibus ſpiritualibus, tanto obſcuriori modo lumen intellectus in eis infunditur; ſed a primo inquit Philoſophus, communicatum eſt eſſe aliquibus obſcurius, aliquibus illuſtrius, ſecundum diſtantiam a primo, ita neceſſe eſt entia ſpiritualia lumine intelligibili participari ſecũdum magis & minus. quanto enim entia ſpiritualia propinquiora ſunt uero, tanto magis ſunt ueriora, quantoque unitati diuinę magis adhærent, tanto maiorem unitatem in eſſendo conſequũtur; & ſicut eſt in eſſendo, ita eſt in intelligendo; ita perconſequens lumine intelligibili participantur, ſecundum modum eſſe earum; ex intelligentijs autem quædam ſunt propinquiores Deo Benedicto, quędam minus: illę autem quæ propinquiores magis redactę ad unitatẽ ſunt, quia ſunt propinquiores uno atque primo; unde oportet, quod plura intelligant per ſpecies magis uniuerſales; quanto enim uniuerſale magis elongatur a particularibus, tanto magis uniuerſalius eſt; & quanto eſt uniuerſalius, tanto plura per pauciora continet; ſed intellectus cuius obiectum & uniuerſale, quanto magis a materia & conditionibus eius elongatur, tanto maius lumen intelligibile ſortitur, itaque magis uniuerſale intuetur; ex intelligentijs igitur, quę propinquiores ſunt Deo Opt. Max. magisque elongatę a particularibus & conditionibus materię continent formas magis uniuerſales, hoc etiã conſonum eſt menti Dyoniſii de Angelica Hierarchia. cap. 12. ſuperiores angeli participant ſcientiam magis in uniuerſali, quam inferiores; hoc autem in nobis ipſis exemplificamus; anima enim ſenſitiua, quę materiæ propinqua eſt, cernit res per plures ſenſus; intellectus autem, quia plus a materia elongatur cęteris

ris

ris potentiis,omnia quæ inferiores ei potentię per plura apprehendunt,ipſe ad unicum actum uniuerſalem abſtrahit,atque reducit; hoc etiam intuemur in radijs ſolaribus, quę quanto magis elongantur a ſphęra ſolis,tanto magis dilatantur, atque multiplicantur,ſicut è conuerſo apud ſphęram uniũtur. huiuſmodi igitur conditionis ſunt intelligentię abſtractę, quę quanto ſuperiores ſunt,tanto magis per ſpecies magis uniuerſales intelligunt, quantoque inferiores ſunt,tanto res per formas minus uniuerſales intelligũt; propterea illę ſuperiores perfectius intelligunt,quam inferiores; intellectus enim ille perfectior eſt,qui per unum uniuerſale poteſt ſingula propria cognoſcere,quã qui non poteſt. Amplius manifeſtum eſt, quod quanto natura intellectualis ſit propinquior Deo Benedicto, tanto magis eſt uniuerſalis,maioremque unitatem ſortitur, ſed intelligentię,ſpecies rerum cognitarum acceperunt ſimul cum intellectuali natura;unde Auguſtinus dicit. 2. ſuper Geneſim ad literam: cętera,quę infra angelos ſunt,ita creantur,ut prius fiant in cognitione rationalis creaturæ,ac deinde in genere ſuo; ergo illæ intelligentię magis propinquę Deo, ſpecies magis uniuerſales ſuſcipiunt. ulterius manifeſtum eſt, quod intelligẽtia prima perfectior ſit atque nobilior, quã inferiores,nobilitas enim intelligentiarum ex una quatuor rerum attenditur,ſecundum Auer. in Paraphraſi Metaphyſicę, uel ex uelocitate motus, aut ex magnitudine corporis mobilis, aut ex magnitudine ſtellarum,aut ex pluralitate motuum, quibus perficitur motus ſtellę, & paucitate:ſed hæc omnia in primo mobili inſpicimus; ergo intelligentia illa perfectior eſt,quæ mouet primum mobile quam inferio-

tex. co. 89.

cap. 8.

Digitized by Google

feriores,ſubſtantia autẽ intellectiua,quę perfectior eſt,perfectiorem intellectionẽ habet: ſed perfectius eſt intelligere ſingula per unũ uniuerſale,ergo uniuerſaliores ſpecies in intellectu ſuſcipit.conformis eſt hæc propoſitio Doctrinæ Platonicæ: Plato enim qui ſcire noſtrum reminiſci arbitratus eſt in Phedone,propter ſpecies naturaliter inſertas in intellectu noſtro, ita ſimiliter ſuperiores ſubſtantias arbitratus eſt plenas formis eſſe.quemadmodum enim omnium formarum naturalium ideas poſuit, quibus materia informatur, ad actumque reducitur, ita in formis ſupernaturalib.ſpecies inſeruit,mediantib. quibus ad actum intelligibilẽ reducuntur, unde apud eum omnis intelligentia plena eſt formis.

Propoſitio. XI.

Omnis intelligentia intelligit res ſempiternas, quæ non deſtruuntur,neque cadunt ſub tempore.

Contingentia rerum naturalium,pręter materiæ cauſalitatẽ nullo pacto,nullaq; de cauſa fieret, materia.n. eſt cauſa cõtingẽtiæ;quia eſt cauſa per quã res poteſt eſſe & non eſſe,ſecundum Ariſt. 2.de Gener. & Corrupt. & 7. Metaphy. & ſi perpetue,continueque denudatur a ſuis formis naturalibus ſibi inhærentibus,nouis formis appetendo indui, naturamque poſſibilem ſuam perficere; hoc profecto ſuapte natura non continuaret, niſi ſit a uirtute diuina ei impreſſum,materia enim eſt cauſa abſciſsionis,cõtinuitatis eſſe,& eius æternitatis,inquit Auer. 2.cœli, & 7.Metaphy. niſique formę quas materia ad ſui perfectionem appetit,primę formę & bonitatis eius participarent,continue,perpetueque eas non deſi-

Com. tex. co. 51. tex. co. 22. co. 38. co. 22.

Digitized by Google

deraret; unde manifeſtum eſt,quod cauſa continuationis,perpetuitatisque ſit quædam forma diuina: confirmatur hoc etiam per auctoritatem Auerrois in ſermone de Subſtantia Orbis.dator continuationis eſt dator eſſe in omnibus entibus,qđ nihil aliud eſt,quam Deus Benedictus;& ideo antiqui Philoſophi dubitant,utrum principia corruptibilium ſint corruptibilia,aut æterna,& cũ ponebant illa corruptibilia, ſequebatur ipſa nõ eſſe principia ; & cũ ponebant ea eſſe ęterna,ſequebatur omnia eſſe ęterna; imaginabantur enim æternorũ principia eſſe æterna,corruptibilium corruptibilia(ęternum enim nõ poteſt eſſe pars rei generabilis & *corruptibilis* ſecũdum Commentatorem primo Metaphy.) *intelligẽ*tiæ autem cum ſint ſubſtantiæ diuinæ, perpetuæ, denudatæque ab omni defectu materiæ; neceſſe eſt cauſas eſſe diuinorum,ſempiternorumque, quę nõ deſtruuntur, neque cadunt ſub tempore,ſed ea,quę cauſantur per modum intelligẽdi ab eis cauſantur: ergo omnis intelligentia intelligit res ſempiternas, quæ non deſtruuntur , neque cadunt ſub tempore; intellectus autem noſter, qui in confinio æternitatis,atque temporis eſt,intelligit non tantum ęterna, ſed & omnia ea,quę ſub tempore continẽtur.tamen æterna eo modo non intelligit,quo ſubſtãtiæ abſtractæ : obiectum enim intellectus eſt,quod quid eſt in materia,ſed imperfectiori modo per deductionem materialium ad ipſa immaterialia aſcendit: intelligentiæ autem per ſpecies cõnaturales æternę *inſpi*ciuntur.& licet hæc propoſitio Auctoris,neget intelligentias habere cognitionem rerum materialium, ut uides,tamen Theologi,atq; rei ueritas aliter ſen-

tiunt,

Digitized by Google

tiunt. quod enim poteſt uirtus inferior, poteſt uirtus ſuperior eminentiori modo, hoc deducit etiam D. Thomas. ſed ſi intellectus hominis, qui eſt ordine naturæ infra intellectum angeli poteſt cognoſcere res materiales, ergo multo fortius intellectus angeli: ueruntamen ne imagineris, omnino Auct. negaſſe cognitionem in intelligentijs rerum materialium, ut mihi uidetur: uerum enim eſt, quod res materiales non intelliguntur per modum materialem: intellectus enim intelligit res per modum ſuum, & non per modum rerum: propterea ſi intellectus angelicus acciperet cognitionem rerum materialium, non per modum materialẽ acciperet, ſed p ſpecies actu intelligibiles, eique connaturales. v. g. qui in ſpeculo rerum ſpecies inſpiceret, non eas inſpiceret per modum rerũ, ſed per modum ſpeculi: unde ſi ſpeculum coloris rubei eſſet coloratum, ſpecies, quæ in eo intuuntur, naturam ſpeculi ſequerẽtur: ideo quando dicit, omnis intelligẽtia intelligit res ſempiternas, excludit cognitionem materialiũ in quantũ ſunt materiales, non in quantũ ſunt reductæ ad actũ intelligẽtiæ, hoc. n. eſt per modũ æternũ, quia ipſæ ſunt æternæ. Amplius, Auctor proponit intelligentias ſempiternorum habere cognitionem quia formæ diuinæ æternorum ſunt cauſæ, ut diximus, materialium autem non ſunt cauſæ immediatæ; materia enim immediate tranſmutari non pōt a formis ſeparatis, non enim tranſmutat materiam, niſi illud quod eſt in materia ſecundum Ariſt. 7. Metaphy. ſed quia non eſt impoſſibile intellectui angelico materialia ſuſcipere ſimpliciter, atque immaterialiter: omne enim quod eſt in aliquo eſt in eo p

Digitized by Google

modum eius in quo eſt,ergo. Vtrum autem Deus intelligat materialia,longus eſt ſermo ; ſcimus tamen quod Deus quemadmodum eſt cauſa omnium,non tantum in eſſe uniuerſali,uerum etiam in eſſe particulari(quidquid enim eſt à Deo eſt, Deus enim eſt cauſa eſſe in omnibus) ita neceſſe eſt quod habeat ſcientiam omnium excellentiori modo quam potētiæ intellectiuæ,quæ ſunt creatæ: ſcientia enim Dei eſt cauſa rerum,inquit Auer. 12. Metaphy.& in lib. Deſtr.Deſtr.immo Auguſtinus.15.de Trinitate Dei inquit,uniuerſas creaturas & ſpirituales & corporales,non quia ſunt,ideo nouit Deus, ſed ideo ſunt quia nouit; propterea non tantum ſempiternorũ, uerum etiam eorum, quæ ſub tempore cadunt cognitionem habet;& licet Philoſophus 12. Metaphy. uult,quod Deus extra ſe nihil intelligit;tamen non negat cognitionem in Deo materialium, atque particularium,ſed tantũ quod extra ſe nihil cognoſcit, quia cognitio eius eſt omnium per ſuam propriam eſſentiam.

Diſp. 12. Sol. 2.d ubii cap. 13.

Propoſitio. XII.

PRimorum omnium quædam ſunt in quibuſdã per modum quo licet,ut ſit unum eorum in alio.

Com. Et quia manifeſtum fuit intelligentias ſcire ſempiterna,quæ non deſtruuntur, neque cadunt ſub tēpore; ideo neceſſe eſt,quod una intelligentia intelligat alteram,omnes enim ſunt ſempiternæ ; propterea in hac propoſitione Auctor intendit declarare, quomodo intelligentiæ tam ſuperiores, quam inferiores ſe inuicem intelligunt.& quia unumquodq; intelligitur ſecundum quod eſt intellectum; res autem

Digitized by Google

tem intelligibilis in intellectu imprimitur, uel per eſſentiam ſuam propriam, uel per ſpeciem, uel per aliquid ſimile, ideo Auctor hāc propoſitionem proponit primorum omnium & c. Sciēdum autem eſt, quod unumquodque, quod alteri ineſt, per modū eſſe eius, cui ineſt, inſit. v.g. domus in arte per modū artis ineſt, ſicut cauſatum in cauſa per modum cauſæ, & eſſe eius, & ars in domo continetur, per modū quo cauſa in cauſatum: hoc etiam manifeſtum eſt apud Ariſto. & eius ſequaces, qui inferiores potentias animæ in ſuperioribus contineri per modum ſuperiorum arbitrati ſunt, ut trigonum in tetragono; propter id anima uegetatiua, quæ ſuperiorē animam ſcilicet ſenſitiuam ſequitur, continetur in ea per modum animæ ſenſitiuæ, unde eſſe animæ uegetatiuæ eſt eſſe animæ ſenſitiuæ, ita per conſequens anima ſenſitiua in intellectiua continetur per modum ſuperiorem, itaque eſſe animæ intellectiuę eſt eſſe inferiorum potentiarum, propterea Themiſtius primo de Anima, & Auerrois ibidem inquiunt, anima eſt una ſubiecto, quæ ſe tamē multis uiribus ſpargit, ſicut pomum, quod ſubiecto unum eſt, uarias tamē & diuerſas obtinet qualitates: unde uegetatiua, ſenſitiua, atque intellectiua efficiuntur potentiæ illius animæ, quæ actus corporis eſt, organici potentiam uitam habentis. unum enim eſt eſſe omnium: illi autem qui ſecundum Platonem plures animas in quolibet homine contineri arbitrantur, falſe profecto arbitrantur; aliter enim exiſtimandum eſt Platonem ſenſiſſe, nec licet hunc errorem tanto uiro imponere; una enim eſt anima habēs plures partes in diſtinctis membris, ſecundum Platonem, quod etiam teſtatur a Themiſtio primo de Anima in ex-

co. 92.

ponendo

ponendo text.9. Ariſtotelis. hoc etiam manifeſtum eſt, nam ſi Plato exiſtimaſſet plures eſſe animas diſtinctas ſubiecto & eſſe in homine, diſtinctas difinitiones earum profecto tribueret, ſed unam difinitionem animæ traditam à Platone inſpicimus, ſcilicet numerum ſe ipſum mouētē in Phedrone, & 10. de legibus. quem quidem motum pro ut eſt intelligere, uelle, amare, gaudere, & triſtari textatur Plato in 10. de legibus: triſtari autem, gaudere, & alia huiuſmodi ſunt paſſiones animæ ſenſitiuæ: ergo. Sed omittam hæc. alia enim intendimus tractare; cū igitur ſuperiora continentur in inferioribus per modum inferiorum, & inferiora in ſuperiorib. per modum ſuperiorum; unumquodque enim in alio inſit per modum eſſe eius, cui ineſt, inſit: ideo intelligentię adinuicem ſuſcipiuntur per modum proprium earum: primorum enim omnium ſunt in quibuſdā: per modum quo licet, ut unum eorum ſit in alio, & ita ſe adinuicem habent, eſſe, uita, & intelligentia in intelligentiis illis, quorum unum continetur in altero per modum eſſe eius, in quo continetur: unde ſequitur, quod omnium eorum ſit unum eſſe, licet in intellectu differant: intellectus enim eſſe, eſt intellectus creati primi, & intellectus uitæ eſt intellectus formati primi, inquit Albertus. tamē omnium eorum ſit unum eſſe; eſſe enim cōtinetur in uita per modum uitæ, uita in intelligentia per modum eſſe intelligentiæ, propterea hæc omnia in intelligentia unum eſſe ſortiuntur. ſimiliter uita non eſt in eſſe ſecundum eſſe uitæ, ſed ſecundum eſſe, quod primum in creatione incepit, intelligentiaque non eſt in uita per modum intelligentię, ſed per modū uitę, qua primo eſſe intelligentię formatum eſt: ab intelligē

tia

tia enim erga eſſe, quod primo creatum eſt, diuiden do, atque reſoluendo progredimur, ab eſſe autem ad intelligentiam, componendo atque uniendo incidimus, ideo neceſſe eſt in primis ad unum eſſe deuenire. quod igitur locatur in altero per modum locantis locatur. ſed quia intellectus eſt locus ſpecierum ſecundum Ariſtotelem. 3. de Anima. propter id intellectus neceſſe eſt, quod ſuſcipiat, atque intelligat ſpecies rerum per modum ſuum proprium. in intellectu enim magiſtri excellentiori modo continetur doctrina, quam in intellectu diſcipuli, quia quod contietur in altero per modum continentis continetur; & quia intelligentiæ ſuperiores, quæ ſunt intellectus purgati, excellentiori modo profecto ſunt locus ſpecierum intelligibilium, quam intellectus noſter, eo quia noſter, cõtinue nouis formis induitur; illę autem ęternaliter conaturales ſpecies inſertas habent, ideo neceſſe eſt, quod una intelligentia intelligat alteram quia numerantur inter ſpecies intelligibiles, ſuperior inferiorem intelligendo excellentiori modo, inferior ſuperiorem e conuerſo., intellectus enim intelligit res per modum ſuum proprium. ne autem imagineris, quod intelligentia inferior intelligat ſuperiorẽ per eſſentiam ſuperioris, nulla enim diuerſitas eſſet inter inferiorem & ſuperiorem, ſed in intelligentijs ſeparatis cauſa & cauſatum diuerſificantur in gradu nobilitatis, inquit Auer. in Paraphraſi Metaphy. intelligibile autem eſt cauſa formalis intelligentijs, ut eſt declaratum in libro de Anima, ergo non quod intelligibile formaliter inhæreat intelligenti, quia intellectus locus tract.4.

dici-

Digitized by Google

dicitur ſpecierum non materia ex tertio de Anima. igitur una intelligentia intelligit alteram
co.44. per ſpecies defluxas a primo lumine. Amplius, inquit Auer. 12. Metaphy. intelligentia intelligit alteram per modum, quo intellectum eſt cauſa intelligentis; ergo una intelligentia non intelligit alteram per eſſentiam illius, una enim eſſentia non eſt cauſa alterius eſſentię: & ſi inferior intelligeret ſuperiorem, non tamen ſuperior inferiorem, quia intelligẽtię adinuicem non ſunt cauſę per eſſentiam. ergo illud intellectum, quod eſt cauſa intelligentis, eſt profecto ſecundum Commentatorem ſpecies intelligibilis; igitur per ſpecies inſertas intellectus angelicus intelligit ſuperiorem atque inferiorem in-
cap. 8. telligentiam; hoc etiam non eſt alienum à Doctrina Theologorum. Auguſtinus enim inquit. 2. ſuper Geneſim ad Literam, quod Deus impreſſit menti angelicę rerum ſimilitudines, quas in naturali eſſe produxit. unde apparet, quod non ſolum ſimilitudines atque ſpecies rerum corporalium, uerum etiam ſpiritualium creaturarum unicuique angelo à uerbo Dei impreſſæ ſunt, ut per huiuſmodi ſpecies impreſſas, tam creaturas corporales, quam ſpirituales cognoſceret. hęc ſufficiunt ad expoſitionem huius difficilis propoſitionis.

Propoſitio. X.

Omnis intelligentia intelligit eſſentiam ſuam.

In abſtractis a materia agens motum eſt fi-
Com. co. 36. nis motus, & eſt propoſitio Auerrois 12. Metaphy. & in libro de Subſt. Orb. motus enim corporum cœleſtium ſunt æterni, niſi eorũ agens finis eſſet, ocio-

ſum

Digitized by Google

ſum contingeret in natura; in rebus autem materiã habentibus e conuerſo reperitur, propter intermediam potentiam materiæ. nam ſi agens in iſtis finis eſſet, tunc ſemper medicus ſanitatem, quam intendit pro ſuo fine ægro adhiberet; inter agens. n. & causã finalẽ nulla diſtinctio eſſet. ſi igitur in formis ſeparatis cauſantib. motũ, agẽs eſt finis motus, quãto magis in metipſis formis agentibus intellectũ ſit neceſſe, quod agens intellectum ſit finis intellectus abſtractiores enim à materia ſunt formæ intelligentes, quam efficientes motum; ideo neceſſe eſt, quod in eis idem ſit intellectum, intellectus, & intellectio, ut inquit Auerrois 12. Metaphy. immo Ariſt. ibi, & in ſermone de Subſt. Orb. ergo omnis intelligentia intelligit eſſentiam ſuam. Amplius impoſſibile eſt, quod in ſubſtantijs ſeparatis a materia, intellectus ab intellectu diuidatur, quod enim caret cauſa diuiſionis, eſt profecto indiuiſibile, ſed materia eſt cauſa diuiſionis, atque alietatis, ut inquit Auerrois 12. Metaphy. ergo in ſubſtantijs ſeparatis a materia, neceſſe eſt, quod idem ſit intellectus & intellectum, intellectus autem noſter, quia ad intelligendum aliquid oportet quod phantaſmata ſpeculetur, quæ quidem phantaſmata non ſunt omnino à cõditionibus materiæ denudata, ideo in eo intellectus ab intellectu diſtinguitur, & licet intellectus noſter ſit ſeparatus a materia in ſe, tamen non eſt liberatus ſimpliciter, quia ſui cognitionem per phãtaſmata uenatur, propterea in eo intellectus & intellectum non eſt idem ſimpliciter, igitur non intelligit ſe per ſe, ſed tãtum per accidẽs, ut inquit Auerrois. 3. de Anima. & hoc confirmatur ab Ariſt. 3. de Anima, quando ait, & intelligit ſe ſicut & alia, ſed alia intelligit per phantaſ-

com. 51. cap. 1. co. 51. co. 8.

mata; quomodo autem corruptis phantaſmatibus intellectus intelligit, pete Theologum, qui ueritatē huius rei tibi manifeſtare poteſt: apud Philoſophū enim nihil ueritatis uſque adhuc inuenio: manifeſtum eſt igitur, quod intelligentia intelligit eſſentiā ſuam, eo quia caret omnino materia: inſpicimus. n. quod ubi materia uel loco ſubiecti, uel loco obiecti conſtituitur, intellectus & intellectum ibi non erit idem ſimpliciter, quid autem Theologi circa ueritatem huius propoſitionis ſentiant, uide D. Auguſ. 2. ſuper Geneſim ad Literam. ubi ait, angelus in ipſa ſua confirmatione, hoc eſt in illuſtratione ueritatis cognouit ſe ipſum, quod etiam D. Thomas uidetur ratione probare, & Doctor ſubtilis. 2. Sent. Queſt. 8. Diſ. 3. licet in aliquo Thomas, & Doctor differre uideatur; hoc autem certamen omitto ſequacibus eorum; tu autem Animaduerte, quod angelus licet intelligat eſſentiam ſuam; nihilominus non eſt credēdum illam intellectam eſſe ab eo per eſſentiam: quidquid enim intelligit ſe per eſſentiam, poteſt & alia intelligere per eſſentiam; cuius autem eſſentia eſt ratio intelligendi ſe, illud tale eſt ſummæ ſimplicitatis infinitæ uirtutis, atque immenſitatis; quod autē eſt huiuſmodi naturę omnia perfecte in ſui eſſentia continet, & ſic intelligit; ideo Deus, quia intelligit ſe per eſſentiam, intelligit omnia, propterea angelus ſi eſſentiam ſuam intelligeret per ſuam eſſentiam, ergo & alia intelligeret per eſſentiam; eſſentia enim eius eſſet ratio intelligēdi res, ſed quia ſuperius probauimus, quod angelus per ſuam eſſentiam omnia compræhendere non poteſt: ergo. Sed quid eſt illud, quod dicitur ſecūdum Philoſophum. 12. Metaphy. & 3. de Anima. in abſtractis a materia idem eſt intellectus,

cap. 8.

1. parte. q. 57. Art. 1.

tex. co. 51. tex. co. 15.

tellectus,

tellectus, & quod intelligitur? Dico, quod uerum eſt in eis idẽ eſſe intellectus & intellectum, ut diximus; quemadmodum enim ſubſtãtiæ abſtractæ ſunt actu intellectus, quia ſunt immateriales omnino; abſtractio enim à materia conſequitur immediate intellectum, ita ſimiliter cum eſſentia earum eodem gradu ſit abſtracta a materia, neceſſe eſt quod ſit intellectũ in actu ſicut intellectus in actu, non indigent enim abſtractione intellectus agentis ad intellectionem eſſentiæ earum; quia eſſentia earum eſt omnino immaterialis, unde uerum eſt quod intellectus in eis ſit intellectum; tamen non eſt neceſſe, quod eſſentiã intelligat per eſſentiam, ſed uel per ſpeciem connaturalem, uel per metipſum intellectũ: & neceſſe eſt, quod intelligentiæ illæ intelligant eſſentiam ſuam, quia nulla differentia eſt inter intellectum & eſſentiam earum, eodem enim gradu abſtractæ ſunt à materia.

Propoſitio. XIIII.

IN omni anima res ſenſibiles ſunt per hoc, quod eſt exemplum eis, & res intelligibiles in ea ſunt, quia ſcit eas.

Et quia ſuperius diximus, quod Platonici, & nõnulli Philoſophi Arabes, inter quos per multa ſigna hunc Auctorem cernimus eſſe, exiſtimarunt corpora cœleſtia habere animas, & de potẽtijs animæ imaginatiuam potentiam habere, quas quidem animas corpora dicta ſortita ſunt propter motũ, motus autem eſt quaſi uita horum inferiorum. inquit Ariſt. 8. Phyſicorum, ea enim, inquit Simplicius, proprie uiuere dicimus, quæ interne à ſe ipſis mouentur, un Com. tex.co.1

de omnia corpora uitam habentia causam eorum exemplarem, ut ita dicam in motu, corporum cœleſtium conſtituunt, cum ea omnia, quæ natura ſunt conſtituta, in ſeipſis naturam habeant, quæ motus principium eſt; ea etiam uiuere merito poterit quiſpiam dicere, ea ratione, qua internam promptitudinem ad motũ habent, quia proprie uiuere dicimus quæ internę a ſe ipſis mouentur; motus igitur corporum cœleſtium, qui menſura eſt omnium motuũ pro uita ſit omnibus rebus inferius cõſtitutis; & quẽadmodum ultra potentiam, à qua nomen uita ſortitur, datur alia potentia ſuperior, atque eminentior, & quaſi forma eius, quæ dicitur potentia ſenſitiua; ita neceſſe eſt, quod ultra motum corporum cœleſtium ſit aliqua forma, in qua tanquam in cauſa exẽplari res ſenſibiles continentur; quæ quidem forma hic ab Auctore dicitur anima corporum cęleſtium, ut quædam uirtus cauſans hæc ſenſibilia, quam quidem cauſam exemplarem, Plato in Timeo poſuit; nam omnia ea, quæ producuntur, neceſſe eſt, quod producantur ſecundum Ideã, quam habent in cauſa eorum agente. itaque eſt neceſſe, quod res ſenſibiles exemplificentur in ſui productione ſecundum ideã quam habent in anima cœleſti. Plato enim ut etiam teſtatur Simplicius in Prologo Phyſicorum cauſis naturalibus, quas Peripatetici efficientes, & fines in propria ſignificatione nominarunt, addit exemplarem, quia poſuit ideas rerum. ita ſimiliter materiæ atque formæ, quas Peripatetici concauſas appellant officialem, ſiue inſtrumentariam cauſam addidit: & res intelligibiles in ea ſunt, quia ſcit eas, quia animæ illę non carent intellectu poſſibili, atque agente; ideo ſuſcipiunt res intelligibiles, & ſciunt eas. hæc

autem

autem anima, quæ nimis elõgatur ab opinione Ariſtotelis, atq; Auerrois eſt quodãmodo, ut anima humana ſecundum Ariſt. 3. de Anima. illa enim ſecundum Philoſophum eſt quodãmodo omnia; omnia tex. co. 28. porro, aut ſenſibilia, aut intelligibilia ſunt, quæ omnia in anima locantur, in actu, uel ſecundũ ſenſum, uel ſecundum intellectũ, in hoc tamen differt Ariſt. ab Auctore: quia anima noſtra nihil intelligit niſi deferente ſenſu. illa autem anima ſuperior licet in ea ſint res ſenſibiles, tanquam in cauſa exemplari: nihilominus res intelligibiles in ea non ſuſcipiuntur per eandem uiam, ſed per influxum intelligentiarum v. g. ſicut artificiata ſunt in ſpiritu artificis, qui uehiculum eſt, uehens formam in organo, & inſtrumenta determinans eam ad figuram domus, uel alicuius alterius artificiati, ita in anima nobili ſunt formæ ſicut in determinatiuo ad figuram naturalẽ & eſſe; quæ quidem formæ inquantum ſunt ideales rerum ſenſibilium, recipiũtur in ea, ut in cauſa exẽplari; inquantum autem illa anima eſt intellectiua lumine intelligẽtiarum res intelligibiles ſunt in ea per influxum intelligentiarum; dator enim intellectus eſt dator ſpecierum intelligibilium: propterea Plato credidit intellectum noſtrum formatum eſſe ſpecieb. intelligibilibus, dator enim intellectus eſt dator ſpecierum, quemadmodum apud Peripateticos dator materiæ eſt dator etiam formarum in materiis, & licet Ari. poſuerit intellectum noſtrum tanquam tabulam raſam, in qua nihil eſt pictum, profectò in hoc ſuo præceptori non eſt contrarius; Plato enim in Dialogo de ſummo Bono, animam libello cuidam, in quo nihil eſt ſcriptum aſſimilauit, ſed in quo continue ſcribitur, ideo licet communis ſit opinio

nio

Digitized by Google

nio Peripateticorum, quod intellectus iuxta Ariſt. multum ab intellectu ſecundum Platonem differre uidetur, tamen qui diligenter conſiderare uolunt hanc materiam, nullum diſcrimen profecto inter Ariſtotelem, & Platonem inuenient: ad hoc autem propoſitum ſatis nobis eſt ſcire ſecundum Auctorē qđ res intelligibiles ſunt in anima nobili, quia ſcit eas per influxum intelligentiarum; dator enim intellectus eſt dator ſpecierum intelligibilium.

Propoſitio. XV.

Omnis ſciens, qui ſcit eſſentiam ſuam eſt rediens ad eſſentiam ſuam reditione completa.

Com. Omnibus, qui tam rerum naturalium, quam ſupernaturalium ſunt ſpeculatores, manifeſtū ac certum eſt, quod quilibet cauſa in productione ſui effectus intendit eum quantum poſſibile ſit, uel quantum ſpectat ad naturam effectus ſibi ipſi aſſimilare, perfectaque aſſimilatio effectus ad cauſam attenditur, quando effectus imitatur cauſam ſecundum illud, per quod cauſa producit effectum: Deus autē, qui produxit creaturas ſpirituales immediate per intellectum & uoluntatem, quemadmodum neceſſe ei fuit in productione creaturarum creare ſubſtā tiam aliquam ſpiritualem atque intellectualem, ut ad aſſimilationem cauſæ aliquis effectus producatur; ita neceſſe fuit, ut perfecta aſſimilatio effectus ad cauſam fiat, quod effectus cauſæ aſſimiletur per imitationem, ſecundum illum, per quod cauſa produxit effectum: Deus autem produxit ſpirituales creaturas per intellectum, intelligendo enim eſſentiam ſuam produxit res, & ideo neceſſe eſt, quod illi

Digitized by Google

effectus ſpirituales, qui immediate producti ſunt a Deo, attendant ſe aſſimilari Deo, ut ſuę cauſæ, ſecundum illud per quod eos producit; ergo neceſſe eſt, quod omnis ſpiritualis creatura intelligat eſſentiā ſuam. cum autem anima nobilis ſit ſubſtantia ſpiritualis, neceſſe eſt quod intelligat eſſentiam ſuam, in quantum cognoſcit ſe eſſe exemplar inferiorum ſenſibilium, & umbra ſuperioris intelligētiæ, ut inquit Iſaac: ne autem imagineris, quod Deus non produxerat intelligentias, atque animas nobiles immediate, repugnaret enim creationi diuinæ: & creationi in quantum ſit creatio. ſed debes ſcire, quod Deus produxit animam nobilem in umbra intelligentiæ immediate, ut bene inquit Iſaac, umbram uocans diminutionem poteſtatis. Amplius manifeſtum eſt, quod quælibet ſubſtantia immaterialis in actu, neceſſe eſt, quod intelligat eſſentiam ſuam, propterea Philoſophus. 3. de Anima inquit, quod intellectus poſſibilis non intelligit ſe, quia eſt potentialis, ſed reductus in actu per formam intellectus agentis eſt intelligibilis a ſe ipſo, operatur enim operatione formæ, quæ eſt intellectus agens in quo intellectus & intelligibile diſtinctum non eſt, ut inquit Themiſtius. 3. de Anima; cum autem intellectus ſit ſciens eſſentiam ſuam, merito eſt rediens ad eſſentiam ſuā reditione completa; unde enim ſcientia fluit, ibi ſcitum terminatur, agens enim forma atque finis in his, quæ per ſe ſubſiſtūt, non diſtinguuntur. forma enim non indiget ut ſua permanentia, atque ſuum eſſe a ſubiecto pendeat: per ſe enim ſubſiſtit, finis autem non eſt præter agens, agens enim huiuſmodi naturę, perpetue, atque continue agit, niſi ſe ipſum ut finem anteponeret, procul dubio otioſe ageret;

tex. co. 5.

cap. 45.

ergo

ergo neceſſe eſt, quod in his, quę per ſe ſubſiſtũt agẽs forma, atque finis ſunt idem, ergo in eis ſciens ſcitũ atque ſcientia non diſtinguuntur, quia per ſe ſubſiſtunt; propterea non eſt neceſſe, quod conuertãtur ad aliud, niſi ad propriam eſſentiam. cum igitur huiuſmodi ſit anima nobilis; ut ſubſtantia intellectualis, immaterialis, atque per ſe ſubſiſtens, neceſſe eſt, quod ſit rediens ad eſſentiam ſuam reditione completa.

Propoſitio. XVI.

OMnes uirtutes, quibus non eſt finis, pendentes ſunt per infinitum primum, quod eſt urtus uirtutum: non quia ipſa ſit acquiſita, fixa in rebus entibus: immo eſt uirtus in rebus habentibus fixionem.

Com. Quod intelligentiæ ſuperiores dependent à cauſa prima infinita, declarat Auctor in hac præſenti propoſitione dicendo, quod uirtutes, quibus nõ eſt finis, ut ſunt intelligentiæ, dependent a uirtute infinita, quę eſt uirtus uirtutum. quod autem intelligẽtiæ ſint uirtutis infinitæ induratione, manifeſtum eſt, quia carent materia atque forma, quæ eſt in potentia materiæ; ſunt finitæ in ſe, tum quia terminatæ ſunt in gradu ſuo a primo, tum quia mouent corpora cœleſtia in tempore terminato, ſcilicet in uelocitate, & tarditate. hoc eſt illud, quod Commẽtator
co. 71. inquit 2. Cœli, corpora cœleſtia habere uirtutem infinitam in qualitate impoſſibile eſt, niſi tantum in tempore ideſt, in duratione; uirtutes enim illę corporum ſuperiorum licet ſint æternæ, & ſic infinitæ in duratione; tamen non ſunt innatæ magis uelocitare, uel minus, quia à primo in tali gradu ſunt perſcri-

præſcriptæ, immo Ariſt. 2. Cœli declarat, ſi in cœlo in quo eſt tantum una ſtella, alia ſtella ſuperueniret, profectò inquit corpus cœleſſe non poſſet moueri, nec uirtutes illæ eſſent poſſibiles ad corpus mouendum (quomodo autem hoc ſit intelligendum, declarauimus in commentarijs, quæ fecimus ſuper ſermonem de Sub. Orb.) manifeſtum eſt igitur, quod motores corporum cœleſtium ſunt finiti in ſe ſimpliciter; infiniti autem in duratione. utrum autem Deus ſecundum Ariſt. ſit infiniti uigoris in ſe, necne, dicendum eſt, ut mihi uidetur ſecundum doctrinam eius, primam cauſam non eſſe uirtutis infinitæ in uigore, Ariſtoteles enim deducit 8. Phyſicorum, quod corpus cœleſte non habet uirtutem infinitam in uigore; nam ſi habuiſſet, tunc cœlum moueretur in non tempore, ſed hoc eſt falſum, quia motus non fit in inſtanti, ut eſt manifeſtum. conſequentia patet: quia ſi cœlum uirtutem infinitam haberet in uigore, uel moueret in tẽpore, uel in nõ tẽpore; ſi nõ in tp̃e tũc haberetur primũ incõueniens; ſi in tẽpore, tunc uirtus infinita poſſet mouere in tẽpore æquali cum uirtute finita, ſed inter finitum & infinitum nulla eſt proportio, ergo, contra hanc rationem. immo impedire eam aliqui uolunt, dicendo, quod differentia eſt inter agens & mouens ſecundum naturam, & agens, & mouens per intellectum & uoluntatem, nam ille agit quantum poteſt, & ſecundum ultimum uirtutis ſuæ, iſte autem non quantũcunque poteſt, ſed ſecundum exigentiam finis, & poſſibilitatem materiæ ſubiectæ; ideo Ariſto. (inquiunt) tantum oſtendit, quod corpus cœleſte non habet uirtutem infinitam in uigore ſecundum naturam, nam moueret in non tempore; tamen po-

Digitized by Google

teſt habere uirtutem infinitam in uigore, ſed quia mouet per intellectum & uoluntatem, ideo nō mouet ſecundum ſuum poſſe, ſed ſecundum exigentiā ſubiecti; dico, quod hoc impedimentum non ualet: nam totum fundamentum rationis Ariſtotelis eſt hoc, ſi cœlum habuiſſet uirtutem infinitam in uigore, moueret in non tempore, uel æquali tempore cū uirtute finita. & quare in non tempore? proportio enim temporis ad tempus eſt ſecundum proportionem uirtutis ad uirtutem, ergo contigerat proportio inter uirtutem infinitam in uigore, quæ tamen ſit intellectualis, & inter uirtutem finitam in uigore ſecundum naturam, & ſic uirtus intellectualis infinita in uigore poſſet porportionari uirtuti finitæ in uigore ſecundum naturam, itaque Ariſt. non haberet quod intendit. Amplius: manifeſtū eſt, quod intelligentiæ mouent corpora cœleſtia per intellectum & uoluntatem, ſi igitur uirtus infinita in uigore, quæ mouet per intellectum & uoluntatem, moueret in tempore æquali cum uirtutibus finitis intellectualibus, ergo intelligentiæ in mouendo proportionarentur Deo Benedicto. ſed tota ratio Ariſtotelis eſt, motum motui comparare, ſecundum uirtutes cauſantes motum, ſiue ambæ uirtutes illæ eſſent intellectuales, ſiue ambæ naturales, ſiue una naturalis & altera intellectualis, ſemper motus cauſaretur in non tempore à uirtute infinita. Amplius, Ariſt. neſciret hanc uirtutem infinitam in uigore, quæ mouet per intellectum: nā uenatur ipſe ſcire motores corporum cœleſtium per uiam motus; qui quidem motus tam cauſatus ab illa uirtute infinita in uigore, quam a ſecundis intelligentijs proportionaretur quemadmodum uirtutes cauſantes motum. Vlterius,

Digitized by Google

rius quantum motum motui comparare debes, tantum uirtutem uirtuti, ergo, ſi motus ſunt æquales, ita neceſſe eſt, quod virtutes ſint æquales, ergo Deus eſt æqualis uirtutibus, ſiue naturalibus, ſiue intellectualibus, in eo quod mouet ſecũdum intellectum. itaque natura, & alij intellectus compararentur intellectui Diuino. conſtat autem, quod comparatio ſit neceſſe inter uniuoca; ergo. Amplius, ſi Deus eſt uirtutis infinitæ in uigore, & moueret in tempore æquali cum uirtute finita, inquantum mouet per intellectum ſemper Ariſtotelis ratio cõcluderet, quod uirtus infinita in uigore moueret in tempore æquali cum uirtute finita. Amplius, ſi Deus moueret ſecundum uirtutem infinitã moueret in tempore; ſed ſi Ariſt. probat corpora cœleſtia non habere uirtutem infinitam in uigore, quia uirtus finita uirtuti infinitę, uel proportionaretur, uel corpora cœleſtia nullo pacto mouerentur in tempore, quomodo quęſo uirtus infinita in eodem ſubiecto ſecundum Ariſt. cum uirtute finita conſtitueretur, uel proportionaretur? Vlterius cum Ariſt. demonſtrat. 12. Metaph. & 8. Phyſicorum, quod illa magnitudo finita habet uirtutẽ infinitam, uel demõſtrat de uirtute infinita in duratione, uel in uigore. ſi primum, propoſitio Ariſtotelis falſa eſſet, quia corpora cœleſtia ſecundum metipſum Philoſophum habẽt uirtutem infinitam, quæ infinito tempore mouet, ego loquitur, atque demonſtrat de uirtute infinita in uigore, quod nullum corpus eam capere poteſt. Nec ualet illud, quod aliqui dicunt, quod intentum Ariſtotelis erat, corpora finita nõ habere uirtutem infinitam materialem in uigore, quæ ingreditur corpus: quia uel moueret in inſtanti ſuum mobile, uel

com. 51. cap. 1.

co. 51.

co. 8.

eſſet infinita in magnitudine; Dico, quod hæc obie ctio nõ ualet; loquitur enim ibi, ut uides, de uirtute abſtracta à magnitudine, quę neceſſario intellectua lis eſt, quod eam corpus finitum habere non poteſt: quæ quidem uirtus, inquit, non ſit poſſibilis corpus ingredi; quia neceſſe eſſet quod tale corpus ſit exten ſum in infinitum, nec extẽderetur, quia in ſui eſſe uirtutem infinitam induratione haberet, ut manife ſtum eſt, ergo talis uirtus abſtracta ingrediens cor pus, quia ſit infinita in uigore, extenderet corpus in infinitum: ergo ad poſitionem uirtutis infinitæ in uigore, neceſſe eſſet corpus infinitum ſupponere. nec intereſt, quod talis uirtus ſit abſtracta, aut mate rialis, uirtus enim abſtracta, & infinita in uigore, non eſt maior uirtute materiali, atque infinita in ui gore. quemadmodum enim corpore infinito nul lum corpus maius inueniri poteſt, ita per cõſequẽs uirtute infinita in uigore, nulla uirtus maior ſit poſ ſibilis inueniri. Sed quare Deus eſt infinitum pri mum, cum ipſe non ſit infiniti uigoris, ſicut & alii motores orbium? dico, quod quemadmodum Deus ſolus dicitur cauſa infinitæ actionis, quia ipſe ſo lus eſt cauſa entium, & cauſa continuationis motus ut inquit Auer. in ſermone de Sub. Orb. & 12. Me taphy. ita ſolus dicitur infinitum primũ, non quod ſit infiniti uigoris, & licet intelligentiæ ſint infinitæ in duratione nihilominus, quemadmodum Deus eſt cauſa eſſe intelligentiarum, ita ſimiliter neceſſe eſt, quod ſit & cauſa permanentiæ earum, ut inquit Auer. in eodem ſermone de Subſt. Orb. ſubſtantiæ enim abſtractæ manifeſtum eſt, quod dependeant a cauſa prima in genere cauſæ efficientis: in cauſis enim efficientibus non eſt proceſſus in infinitum,

ſed

ſed perueniendum eſt, inquit Ariſt.2. Metaphy. ad unum primum efficiens omnium entium tale autẽ non eſt aliud niſi Deus Benedictus, a qua cauſa prima efficiente inquit Commentator. 2. Metaphy. omnia entia acquirũt eſſe, & ueritatem, efficiẽtis enim cauſæ eſt tribuere eſſe, omnes igitur uirtutes, quibus non eſt finis, pendentes ſunt per infinitum primũ, quod eſt uirtus uirtutum; non quia ſit acquiſita fixa, ſtans in rebus, immo eſt uirtus in rebus habentibus fixionem, ideſt, quæ quidem uirtus, & omnes aliæ uirtutes licet cauſent motum infinitum; tamen non eſt acquiſita uia motus, nec eſt uirtus, quæ motu acquiritur; motus enim non fit ſine materia; quælibet autem intelligentia eſt abſtracta à materia, nec eſt fixa in entibus, nulli enim entium præſcripta eſt ſed cum infinita eſt, agit in omne quod ſub ipſa eſt, immo omnia fixionem, atque terminum permanentiam, motumque ab illa uirtute ſuſcipiunt. tex.co. 6. co. 4.

Propoſitio. XVII.

Omnis uirtus unita plus eſt infinita, quam uirtus multiplicata.

Et quia infinitum infinito addi non poteſt, nec unum infinitũ altero infinito maius inueniri poteſt; ſed intelligentiæ, licet ſint infinitæ in duratione, tamen quia in ſe ſimpliciter infinitæ non ſunt, ſcilicet in uigore, altera alteri comparari poteſt in infinitate ſecundum magis & minus; propterea intelligẽtia, quæ propinquior eſt uni primo, unde omnis unitas, atque infinitas dependet, plus eſt infinita, Com.

ta,

tā,quam intelligentia,(quæ uirtus ab Auctore dicitur (elongata a primo; & licet una intelligentia nō ſit magis infinita in duratione,quam altera,omnes enim mouent motu infinito; tamen quia ſuperior uigoroſior eſt cæteris in mouendo ſuum mobile magis infinita dicitur; propterea ipſa unico motu ſuum mobile mouet, cæteræ autem pluribus motibus mouent ſua mobilia, ut inquit Ariſt. 2.Cœli.& Ptolomeus in ſua Aſtrologia;ergo.uirtus autem,quæ magis diſtat à primo, magis multiplicata eſt,tum quia magis difuſe intelligit, quia ſpecies minus uniuerſales recipit, tum quia mobile, quod mouet multiformiorib. motib. mouet, quāto enim uirtus magis elongatur a primo,tanto ſuum mobile pluribus motibus mouet,& quanto uirtus magis elongatur a terra,tanto paucioribus motibus ſuum mobile mouet,quia magis primo appropinquatur: propterea luna paucioribus motibus mouetur, quā nonnullla errantium aſtrorum, ut inquit Ariſt. 2: Cœli.hoc autem negotium omitto Aſtrologis. tex. co. 60.

Propoſitio. XVIII.

R*Es omnes habent eſſentiam propter ens primum, & res nouæ omnes ſunt motæ per eſſentiam ſuam propter uitam primam: & res intelligibiles omnes habent ſciētiam propter intelligentiam primam.*

Com. Superius Auctor oſtendit,quod intelligētiæ ſunt dependentes a prima uirtute,quæ infinita ſpecialiter,ac uirtus uirtutū dicitur,ſed quia infinitas Dei non tantum extenditur ad ipſas ſubſtantias abſtractas,quas intelligentias Philoſophi appellant, infinitas enim eius eſt interminabilis, independens,

ac in tota plenitudine rerum, ita quod nihil eſſe uitam ac intellectum, præter ſummum eſſe uitam ac intellectum habere poteſt: omne enim quod eſt tale per participetionem reducitur ad aliquid, quod eſt tale per eſſentiam, ut eſt manifeſtum omnibus Platonicis ac Peripateticis non eſt ignotum: ideo Auctor in hac præſenti propoſitione hæc omnia declarat, ſcilicet quod non ſolum intelligentiæ uerum etiam omnia, quę eſſe, uitam, ac intellectum ſibi cõparant a primo rerum eſſe, ac prima uita, & intellectu, quę attributa ſunt Dei Opt. Max. ſuſcipiũtur: quemadmodum enim nihil ſui ipſius cauſa poteſt eſſe, ita nihil exiſtere, nullumque eſſe ſibi comparare poteſt ſine eſſe, atque exiſtentia Dei Opt. Max. excepto enim Deo quidquid aliud eſt iu natura rerum, factum eſt a Deo inquit Auguſt. ſuper Pſalmos. immo Ariſt. ex procemio Metaphyſicæ, Deus omnium eſt principium & cauſa, ergo præter Deum nihil incauſatum eſt. cum autem omnia, quę pręter Dei quiditatem atque eius eſſe ſunt, habere tantum quiditatem atque eſſe dicantur, ergo omnia præter Deum quiditatis atque eſſe participant, cum autem omnia eſſe per participationem ſuſcipiant, neceſſario reducenda ſunt ad aliquod, quod eſt tale abſolutum per eſſentiam, itaque neceſſe eſt res omnes, quę habent eſſentiã, propter ens primum, ideſt cauſam primam habere. quoniam autem Ariſt. non tantũ Deum ſummum ens imaginatus eſt, uerumetiam animal uiuum eſſe, cuius uita, & duratio exiſtit Deo continua. & æterna, ut ipſe teſtatur, 12. Metaphy. & quare uiuum? quia hoc nomen uita dicitur de cõprehenſione, & cum actio intellectus ſit comprehenſio, ergo actio intellectus eſt uita, Deus autem eſt

intelli-

Marginal notes: 85. (beside "factum eſt a Deo inquit Auguſt. ſuper Pſalmos"); tex. co. 39 (beside "continua. & æterna, ut ipſe teſtatur, 12. Metaphy.")

intelligens, quia intelligit ſe, ergo eſt animal uiuū; & ideo uita & ſcientia proprie dicuntur de eo, in-
co. 39. quit Commentator ibi, nihil autem perfecte uiuere dici poteſt, præter ſummum intellectum, cuius uita
Ennead. 1. cap. 3 eſt cōtēplatio, hoc eſt illud, quod Plotinus inquit libro quarto, ſæpe quidem dictum eſt perfectam, ueramque uitam in illa intellectuali natura uigere, alias uero imperfectas eſſe uitæque imagines, neque perfecte uiuere, neque pure, rurſus, neque uitas magis eſſe, quam non uitas. cum igitur Deus ſit ſumma, perfectaque uita, omnia, quę in uita conſtituuntur, uitamque habent, propter uitam primam neceſſario habēt. & quia ea proprie uiuere dicimus, quia interne a ſe ipſis mouentur. Deus autē cum ſit principium primi motus, merito primum, ac principale principium cuiuslibet uitæ neceſſe eſt eſſe. & licet anima noſtra ſit principiū uitæ noſtræ, quia omnes motus, qui ad noſtram permanentiam ac uitam a natura tradita ſunt, ab ipſa anima originem ducunt; tamen quemadmodum corpus uitam ſortitur ab anima, ita anima, ut ſit principium uitę a Deo, Deus enim eſt cauſa, motus, ac actus eius ſecundum ſe ipſum, & ideo anima uiuificat corpus propter uitam primam, propterea omnia, quæ mouentur, aut quæ promptitudinem ad motum habent, propter uitam primam neceſſario mouentur, aut quæ promptitudinem ad motum habēt propter uitam primā neceſſario mouentur; ea enim uiuere merito dicimus, quæ internam promptitudinem ad motum habent, hoc eſt illud, quod Plotinus inquit libro quarto, omnia uiuētia ex vno principio uiuunt, neque alia æque uiuunt, neceſſario ſequi ipſum uiuendi principium, primam uitam, per

fectio-

Digitized by Google

fectionemque eſſe; res igitur uiuæ omnes ſunt motę per eſſentiam ſuam propter uitam primam, & res omnes intelligibiles habent ſcientiam propter intelligentiam primam. non minus enim Deus eſt ſapiens, quam uiuens. & quemadmodum ſecundũ uitam eius omnia uiua ſunt, ita ſecundum ſapientiam eius omnia in ſapientia, atque ſcientia conſtituta ſunt. in unoquoque enim genere deueniendũ eſt ad primum, quod eſt cauſa aliorum; propterea Deus ſecundum Auguſtinum lib. quarto, ſuper Geneſim ad literam, dicitur cognoſcere, atque ſcire; quia nobis & omnibus intellectualibus ſubſtantijs cognoſcere, atque ſcire facit; ſcientia enim eius eſt cauſa rerum, quia Deus eſt ſciens, intelligens ac ſapiens per ſuam propriam eſſentiam, nos autem, & omnes aliæ intellectuales creaturę intelligentes, ſciẽtes, ac ſapientes per participationẽ ſumus. in hoc tamen intelligentię differunt a nobis ut Platonici aſſerunt; quælibet enim intelligentia, licet ſit intelligẽs per participationem, tamẽ per participationem immobilem: nos autem, qui in confinio æternitatis, ac temporis ſumus, intelligentes per participationẽ mobilem ſumus. hoc patet per exemplum in igne, ſphæra enim ignis eſſentia calet, ſupremus aer feruet participatione perpetua; inferior aer calet participatione mutabili; omnia autem hæc calida ad vnum calidum per eſſentiã reducuntur. Plato enim, qui indagator rerum diuinarum perſpicaciſſimus fuit, imaginatus eſt duplex genus mundi, (ſicut in in rei ueritate eſt) unum intellectuale, alterum materiale quod ſenſibus inſpicimus, & omnia, quæ in hoc mundo continentur ad perfectionem ſuam; alius ſecundum proportionem apud Platonem ha

Qq bere

bere ea uidetur. cum autem in hoc nõnulla formis, ac qualitatibus participari inſpicimus ſecundum unum gradum, & ſecundum alterum, deinde ad eſſentiam abſolutam reducta ſecundum ordinem rerum; ita imaginari tibi oportet in ſupremo mundo, qui eſt idea, ac forma huius mundi, quod ſit ordo in illa intellectuali ſphera, ſcilicet omnia habere ſupremam intelligentiam, à qua quodlibet inferiorum intellectualium entium ſecundum gradum ſuum participare uidetur. & quia hoc in rei ueritate eſt; ideo intellectus noſter, qui in hoc corpore opaco clauſus eſt, quanto elongatur à cõditionibus, & umbra eius, appropinquando ſuam naturam ſecũdum contemplationem lumini diuino, tanto uidetur futura uaticinari, & opera omnibus miranda perficere; res enim omnes intelligibiles ad primam intelligentiã reducuntur, & habent ſcientiam propter intelligentiam primam: Deus enim lumen accendit in anima, inquit Ariſt. 3. Rhetoricorum. tota enim ſcientia, ac intelligentia reducenda eſt in Deum, & quia tanta participatio eſt intellectus noſtri cum intellectu primo diuino, quod nonnulli ex Peripateticis intellectum agentem qui omnia eſt in cauſando, coacti ſunt arbitrari Deum Opt. Max. eſſe, cuius opinionis inter alios Alexander fuit, tamẽ de hoc alius eſt ſermo.

Propoſitio. XIX.

Ex intelligentijs eſt, quæ eſt intelligentia diuina, quoniam ipſa recipit ex bonitatibus diuinis, quæ procedunt à cauſa prima per receptionẽ multam: & de eis eſt, quæ eſt intelligentia tantum, quia non recipit ex bonitatibus,

bus primis, niſi mediante intelligentia: ex animabus eſt, quæ eſt anima intelligibilis, quoniam eſt pendens per intelligentiam: & ex eis eſt, quæ eſt anima tãtum. & ex corporibus naturalibus eſt, cui eſt anima regens ipſum, & faciens dilectiones ſuper ipſum: & de eis, quæ ſunt corpora tãtum non habentia animas.

Satis declaratum eſt infinitatem Dei Opt. Max. extendi ſuper omnia, quæ non tantum in intellectu, uerumetiam in uita, ac in eſſe conſtituta ſunt. ſed quia eſt ordo in rebus ut inquit Ariſt. 8. Phyſicorum, & 12. Metaphy. ideo hæc omnia entia non uno gradu atque ordine diuinam perfectionem ſuſcipiunt, ſed diuerſimode, ſecundum quod magis uel minus propinquant Deo Benedicto, a quo pendent, ut ſuperius demonſtratum eſt. & quia in uniuerſo ſunt principaliter tres ordines, quos Auctor in hac præſenti propoſitione aſſignat, ſcilicet ordinem intelligentiarum, ordinem animarum, ordinẽ corporum; ideo iuxta hos ordines ponit tres concluſiones, quarum prima eſt; quod inter intelligentias quædam eſt diuina, quædam intelligentia tantum: illa enim, quæ propinquior eſt primo, non tantum intelligentia, uerumetiam diuina dicitur, quia ſecundum maiorem copiam ſuſcipit ex bonitatibus diuinis: quod enim propinquius eſt primo, uerius, ac nobilius eſt; & licet inferiores intelligentiæ etiam ſint diuinæ ſecundum Ariſt. 6. Metaphy. tamen, quia nec immediate, nec in maiori copia ex bonitatibus diuinis ſuſcipiũt; ideo proprie, ac principaliter illa, quæ in maiori copia, ac immediate recipit ex bonitatibus diuinis, diuina dicitur. quod enim propinquius eſt primo, principalius eſt; ordo autem intelligentiarum diuiſus eſt, non tantum

Com. tex. co. 45. text. co. 52. 55. text. co. 2.

Digitized by Google

apud Philoſophos, uerumetiam apud Theologos in ordinem ſuperiorem atque inferiorem, quē Hierarchiā appellant:in prima quidem Hierarchia Seraphin, Cherubin, & Throni conſtituti ſunt, in media Dominationes, Virtutes, & Poteſtates: in ultima, Principatus, Archāgeli, & Angeli. illi qui in prima Hierarchia bonum poſſident, ſunt excellentiores & diuiniores, magiſque fruuntur optimo; quia ſunt propinquiores ei, quam illi, qui in ſecunda, ac ultima Hierarchia conſtituti ſunt: illi enim tātum intenti ſunt Deum Opt. Max. contemplari, ipſique ſoli adhærere, unde ex bonitatibus diuinis per receptionem multa recipiunt; illi autem, qui in ſecunda ac ultima Hierarchia ordinati ſunt, non tātum ſunt intenti Deum contemplari, quantum adminiſtrare res illis ordinatas, ſecundum ordinem à primo: propterea minus ex bonitatibus diuinis ſuſcipiunt. quæ autem ſit admiſtratio earum perlege diligenter Dyoniſiū in libro de Cœleſti Hierarchia, & D. Thomam in multis locis. quod autem ſit ordo apud Philoſophos in ſubſtantiis abſtractis, manifeſtum eſt apud Ariſt. 12. Metaphy. quando dicit, quoniam autem ſubſtantias eſſe, & earum hæc eſt prima, hæc autem ſecunda ſecundum ordinem motuū ſtellarum. quælibet enim intelligentia ſecundum Ariſt. mouet ſuum orbem; & ideo dicit, quod ſi aliquæ ſubſtantiæ eſſent non mouentes, eſſent otioſæ; quanto igitur corpus mobile ſuperius eſt in ordine, tanto eum inſpicimus uelocius moueri, maiusque eſſe, quæ ad nobilitatem corporis pertinent, itaque cauſam eius mouentem à fortiori iudicamus, nobiliorem, perfectioremque eſſe cæteris, propterea ininquit Commentator 12. Metaphy. ordinatio earum

Digitized by Google

rum a primo eſt præciſa, & Ariſt. 4. Metaphy. quod eſt propinquius primo, nobilius, atque uerius eſt. ex intelligentijs igitur quædam eſt diuina, quoniam ipſa recipit in maiori copia ex bonitatibus diuinis: quia propinquior eſt primo. & dicitur diuina magis ipſa, quia minus eſt obnoxia mutationi cum ſit propinquior Deo immutabili; conditio enim diuinorum ſecundum Platonem libro 16. de Regno, hæc eſt idem eſſe ſemper ſecundum eadem, & eodem ſe modo habere; & ex intelligentijs quædam eſt intelligentia tantum, quoniam ipſa nō eſt innata propter ſuam imperfectionem bonitates diuinas immediate recipere, niſi mediante intelligentia; quæ quidem bonitates ideo dicuntur eſſe bonitates, quia communicabiles ſunt ſuis creaturis: bonum enim eſt cōmunicatiuum ſui ipſius, inquit Dyoniſius. diuinæ ſunt ex eo quod ſunt formatrices, & creatrices, & præparatrices omnium, & eſſe perpetuum largientes, quod bene intellexit Albertus. ex animabus, quædam eſt, & anima, & intellectualis natura; quędā eſt anima tantum; quæ anima eſt intellectualis naturæ, perfectius, eminentiuſque ſuſcipit ex bonitatib. diuinis; quam anima, quæ eſt anima tantum, illa. n. ſuſcipit mediante intelligentia, quæ propinqua eſt Deo; anima uero, quæ tantum eſt anima, mediante anima intellectiua ſuſcipere uidetur; non quod naturam intellectualem ab intelligentia ſuſcipiat, ſed tantum lumen intelligibile ab illa intelligentia adepta eſt. v. g. intellectus poſſibilis naturam intellectiuam ab intellectu agente minime ſuſcipit, intellectus enim agens non eſt cauſa rei in eſſe tali, à quo res denominatur, ſed tantum lumen ab intellectu agente ſuſcipere uidetur, quem nonnulli ex Philo-

ſophis

ſophis intelligentiam abſtractam quandam eſſe arbitrantur, ita ſimiliter intelligendum eſt de anima nobili, quæ eſt intelligibilis, quoniam eſt pendens per intelligentiam; & ex animabus quædam eſt anima tantum, quæ eſt actus corporis Phyſici, organici potentia uitam habentis, nihil luminis intelligentiæ participans, ſed ex diuinis bonitatibus mediante anima intellectiua inferiori modo recipere uidetur. nam cum anima intellectiua in confinio æternitatis atque tẽporis ſit cõſtituta, propterea ab ea fluũt quædã potẽtiæ ſeparatæ, quædã cõiunctæ cũ organis, ſecũdũ eſſe diuerſũ ipſius, illæ.n. perceptiuæ ſunt obiectorũ æternaliter agentiũ; iſtæ autem ſenſibiliter, temporaliterque agendorum. & quoniam anima nõ poteſt eſſe ſine corpore niſi æquiuoce, iuxta Com-
com. 30. mentatorem 8. Phyſicorum, & ratio eſt, tũ quia anima definitur per corpus, tum quia eſt cauſa corporis animati in triplici genere cauſæ inquit Ariſt. 2.
tex. co. 27. de anima, ideo ex corporibus naturalibus eſt, cui eſt anima regens ipſum, & faciens directiones ſuper ipſum, id eſt inter corpora naturalia ſunt quædam animata, quorũ anima eſt regens, ſcilicet operationes diuerſas cauſando, quibus corpus tale pro ſui eſſe indiget, & faciens directiones ſuper ipſum; corpora enim animata anima informante multis paſſionibus, atque affectibus, quibus alterantur pro eorum conſeruatione indigent. & quia anima in eis eſt, ut quidam artifex; ideo tales paſſiones atque affectus, quibus corpora noſtra conſeruantur, regulam atque formam ab anima informante ducunt, ut res præter intentionem harum qualitatum alterentur. v. g. corpus noſtrum animatum ad ſui conſeruationem inter alias qualitates elementorum

indi-

indiget calido atque humido; quod quidem calidũ atque humidum nihil aliud intendit cauſare, quã ſuas proprias operationes, ſcilicet calefacere atque humectare: ſed quia iſtę qualitates diliguntur ab eorum forma agente atque informante, ideo aliud cauſant præter ſui naturam, ſcilicet nutritionem, digeſtionem, augumentationem, maturationem, & alia huiuſmodi, quibus natura noſtra alterando cõſeruatur; & de corporibus ſunt quædam tantum non habentia animas; qualiter ſunt elementorũ corpora.

Propoſitio. XX.

Cauſa prima regit res creatas omnes: præter quod cõmiſceatur eis,

Ne aliquis putaret, cum perfectiones atque bonitates quæ fluunt a prima cauſa, aliquibus immediate, nonnullis mediantibus cauſis ſecundis imprimantur ſecundũ magis & minus, ut declaratũ eſt, cauſam primam ita ſimiliter prouidere rebus, atque regere eas mediantibus cauſis ſecundis, ideo in hac præſenti propoſitione Auctor declarat, quod cauſa prima regit res omnes creatas abſque diminutione uirtutis atque perfectionis ſuæ; Deus enim quemadmodum per ſe ipſum condidit res ſine auxilio alicuius; ita ſimiliter regit, atque reb. prouidet per ſe ipſum ſine auxilio cauſarum ſecundarum: propterea Gregorius dicit libro 14. Moralium. mũdum per ſe ipſum regit, quem per ſe ipſum condidit. & licet, nonnulli Platonici prouidentiam non tantum Deo Opt. Max. quam cauſis ſecundis differenter Com. cap. 26.

renter attribuerent, exiſtimantes, duplex genus eſſe prouidentiæ, unum uniuerſale, aliud particulare, atque ſingulare, ut inquit Plotinus libr. 8. de animę deſcenſu in corpora, uniuerſalẽ prouidentiam Deo Opt. Max. attribuerũt, nam omnia & omnibus prouidet atque largitur: Dijs autem ſecundis prouidẽtiam quãdam attribuerunt, quam, quodamodo uniuerſalem, ſed conditione quadam particulari, quod Marſilius declarat iudicarunt eſſe; Dij enim ſecundi, aut munera dãt rebus omnibus, ſed munera quædam, aut dant quidem omnia, ſed quibuſdam: in Demonibus autem prouidentia & particularis eſt, & conditione rurſum particulari, quod ſimiliter declarat Marſilius; nam & cetera quædam munera tantum, & certis quibuſdam rerum generibus, regionibuſque diſtribuunt, nihilominus, ne imagineris ſecundum hos Platonicos, & Platonem, omnium rerum tam uniuerſalium, quam ſingularium prouidẽtiam Deum non habere, quod falſe imponit Platoni Gregorius Nyſſenus libro. 8. de Prouidentia. prouidentia enim apud Platonem eſt ratio quædã ante opus deſcribẽs, quo pacto oporteat fieri, & quo non fieri, quiquam eorum, quæ facere nũ expediat; item quomodo nobis adſit aliquid, uel non adſit; propterea quemadmodum iuxta Platonem omnia, quæ non ſolum in uniuerſali, uerum etiam in particulari a Deo Opt. Max. condita ſunt, (cõditor enim Deus eſt mundi, & omnium indiuiduorum, quæ ad perfectionem mundi ſpectant,) ita non eſt neceſſe, quod prouidẽtia Dei a ſingularibus excludatur: omnium enim eſt conditor iuxta Platonem; quam quidem prouidentiam circa ſingularia teſtatur Plotinus cognomine Platonicus in libris, quos de Proui

dentia

dentia facit,& uſque ad hæc terrena, & ima pertingere, cui magis in hoc caſu credẽdum eſt, quam Gregorio Nyſeno. ad confirmationem cuius rei, atque opinionis, teſtatur D. Auguſtinus (quem inter excellentiſſimos Platonicos connumerare oportet) libro 10. de Ciuitate Dei, inquiens, de prouidentia certe Plotinus Platonicus diſputat, eamque a ſummo Deo, cuius eſt intelligibilis, atque ineffabilis pulchritudo uſque ad hæc terrena, & ima pertingere, floſculorum, atque foliorũ pulchritudine comprobat, quæ omnia quaſi abiecta, & uelociſſime pereuntia, decentiſſimos formarum ſuarum numeros habere non poſſe confirmat, niſi inde formentur, ubi forma intelligibilis & incommutabilis, ſimul habens omnia perſeuerat. mirum eſt igitur, cur Diuiniſſimo Platoni tantum errorem. imponunt: & ſi enim iſte uir inſeruit cauſis ſecundis prouidentiam quandam ut diximus; tamen prouidentia illa non eſt proprie propria, neque prouidentia primaria, quin ſcimus ſecundum Platonem, Deum proprie atque primarie prouidere rebus quia rationem omnium rerum etiam minimarum in ſuo intellectu continet. imponere autem prouidentiam cauſis ſecundis eſt de natura prouidentiæ eius, ſumma enim bonitas Dei Benedicti tanta eſt, quod quemadmodum propter abundantiam eius largitur creaturis cauſalitatem, intellectum, eſſentiam, atque ſapiẽtiã, ut diximus; ita ſimiliter prouidẽtiam quandam cauſis ſecundis propter abundantiam ſuæ bonitatis largitus eſt, cuius bonitatis effectus eſt talis prouidentia, quæ nomen ducit à prouidẽtia illa diuina, ut effectus a ſua cauſa, proprie autem executio quædam rerum prouiſarum a primo dicitur, & ſi diligenter cap. 14.

Rr contem-

contempleris illam fabulam a Platone fictam de Prometheo, & Minerua in Dialogo, qui dicitur Sophiſta, inuenies Deum omnibus rebus prouidere iuxta eum. cauſa igitur prima regit res creatas omnes, præter quod commiſceatur cum eis, quia regit per ſuam propriam eſſentiam atque bonitatem nullo auxilio indigente, diues enim eſt per ſe ipſum.

Propoſitio. XXI.

PRimum eſt diues per ſe ipſum: & eſt diues magis.

Com. Diues eſt Deus Opt. Max. quia non indiget aliquo, per ſe ipſum enim eſt ſufficiens, quia pura atque ſumma unitas eſt, cui nihil deſit, immo ipſe omnibus indeficienter ex ſuis bonitatibus influit; Deus enim ſummum eſt bonum communicatiuum atque difuſiuum omnibus; primum igitur diues eſt per ſe ipſum. & eſt diues magis, ideſt, quod non tantum eſt diues, ſed etiam large omnia enim acquirunt ex ipſo diuitias bonorum atque pulchrorum, diuitiæ enim ſunt bonorũ atque pulchrorum, quæ pulchra atq; bona ſunt ꝑ ſe ipſa; ut inꝗt Dyoniſius, & eſt diues magis. i. magnificus; magnificus. n. ut inꝗt Ariſ. 4. Ethicorũ cõſiſtit in ſumptũ largiẽdo circa ea quę ſunt maxime honorabilia, iccirco inquit, pauper magnificus nequaquam poteſt eſſe, cum ea non habeat, ex quibus ſumptus decẽter faciat: Deus autem, quia diuitias ſuas largitur omnibus diues eſt magnificus. hoc eſt illud, quod inquit Propheta, gloria, & diuitiæ ſunt in domo eius.

Popo-

Digitized by Google

Propoſitio. XXII.

CAuſa prima eſt ſuper omne nomen, quo nominatur, quoniam non pertinet diminutio neque complementum ſolum, immo eſt ſuper omne complementum.

Ne autem aliquis putaret cauſam primam nominari, uitam, eſſentiam, atque intelligentiam, diuitē que eſſe, quia has omnes perfectiones in rebus ab ea creatis influit, ideo declarat in hac præſenti propoſitione, quod ſit ſuper omne nomen, quo nominatur; quia nomina rerum inuenta ſunt ab intellectu noſtro, ſecundum enim quod aliquid à nobis intellectu cognoſci poteſt, ſic a nobis poteſt nominari. quod autem ab intellectu cognoſcitur, & quod cognitum eſt abſtractum eſt, uniuerſale enim obiectum eſt intellectus: quod autem eſt abſtractum eſt diminutum, nec enim ſubſiſtit, nec operatur, propterea inquit Auer. 5. Phyſicorum. forma abſtracta nec mouet, nec mouetur; ſed in Deo nulla eſt diminutio, ergo Deus eſt ſuper omne nomen, quia illud nomen eſſet abſtractum, & ſi eſſet concretum ex natura rei, tunc eſſet limitatum; id autem non competit Deo cum ſit agens uniuerſale, influens bonitates in fluxione perfecta, atque unita: ne autem imagineris, quod aliquod nomen Deo proprie atque ſubſtātialiter non conueniat. nec contrarium propoſitioni erit nomen aliquod Deo proprie, atque ſubſtantialiter conuenire: ſed quod non habet nomen diuinam eſſentiam ſignificans ſecundum quod eſt, proportioni conſonum eſt, nomen enim non imponitur rei, quam homo ignorat, inquit Ariſt. 7. Metaphy. & 4. Metaphy. unuſquiſque autem noſtrum diuinam eſſentiam ſecundum quod eſt ignorat. Deus enim non poteſt recte atque eſſentialiter definiri,

Com. | tex. co. 54. | tex. co. 10.

Digitized by Google

dum hæc ſphãtaſmata ſpeculamur: ergo. quoniã aũt bonitatem, ſapientiamque Dei ex creaturis cognoſcimus; bonitas enim atque ſapientia & alia huiuſmodi, quæ in creaturis nominantur, excellentius atque eminentius præexiſtunt in Deo Benedicto; tum quia hæc omnia ſunt propter cauſam primam, tum quia illud quod in nobis eſt accidens, uel accidentaliter conuenit, in cauſa prima eſt ſubſtantia, & ſubſtantialiter conuenit; ad confirmationem cuius rei
cap. 1. inquit Augu. 7. de Trinitate Dei, Deus aut magnus aut ſapiens, aut uerus, aut omnipotens, aut iuſtus dicatur, & ſi quid aliud dici de Deo poteſt, non relatiue, ſed ad ſe ipſum; ideo non eſt impoſſibile Deũ nomen habere, quod ei ſubſtantialiter conueniat. Amplius, ſcimus quod hoc nomen Deus eſt nomen naturæ eius; Dum enim Græci appellant, Theos, quod dicitur a Theyn, ſecundum Damaſcenum. 1.
cap. 12. lib. quod eſt curare, & fouere uniuerſa, uel ab Ethyn ideſt ardere; Deus enim ignis conſumens eſt: uel à Theaſte, quod eſt conſiderare omnia: quæ quidem operationes fluẽtes ab eius natura, naturam, ſubſtãtiamque diuinam ſignificant; ſed quia eſſentia eius nullo pacto cognoſci, nulloque medio definiri ſecũdum quod eſt, poteſt; excellit enim intellectum, ſenſumque noſtrum propter incomprehenſibilem infinitatem eius, ideo eſt ſuper omne nomen, quo nominatur, & licet illud nomen quo nominatur, ſit nomen naturæ eius, tamen quia ex cognitione creaturarum ſuper eminentius ei impoſitum eſt, ſuper omne nomen quo nominatur, merito cauſa prima neceſſe eſt eſſe.

Propo-

Propoſitio. XXIII.

Omnis intelligentia diuina ſcit res per hoc, quod eſt intelligentia, & regit eas per hoc quod eſt diuina.

Continuat Auctor manifeſtare diuinam bonitatem in entibus ab ea creatis, largitatemque eius circa ea, non tantum manifeſtari in creatione eorum largiendo eis uitam, eſſentiam, atque intellectum; quantum, quod nonnullis ex eis regimen quoddam uniuerſale dignatus eſt tribuere, ſecũdum quod ex eis aliqua ſibi propinquius aſſiſtere iuſſit, quibus regere atque gubernare per virtutem ab eo impreſſam largitus eſt, cuiuſmodi ſunt intelligentiæ, ſeu intelligentia, quæ propinquior eſt ei cæteris, quæ non tantum eſt intelligens ſicut ille, ſed ſortita eſt etiam ſublimiorem uitutem, quia propinquior eſt, ſublimi, ſcilicet regere: Deus enim regit atque gubernat res creatas propter nimiam eius bonitatem, ad rationẽ cuius unitas pertinet, ſicut enim omnia deſiderant bonum, ita deſiderant unitatem, ſine qua eſſe non poſſunt, unde res uidemus nimis repugnare diuiſioni, omnia enim ad unum tendunt; ideo regimen atque gubernatio conuenientius ad unum quod eſt per ſe unum, conuenientius poteſt eſſe cauſa unitatis, quam multi uniti; propterea tota gubernatio atque regimen mundi ad unum eſt referenda, & hoc eſt quod Philoſophus dicit 12. Metaphy. in fine. entia nolunt diſponi male, nec bonum pluralitas principatuum; unus ergo princeps; regere igitur atque gubernare diuinæ bonitatis eſt, & omnium ei propinquiorum; quemadmodum enim Deus regit atque gubernat propter nimiam ſuam bonitatem, gubernatio enim nihil aliud eſt, quam directio ad finẽ, Com.

qui

Digitized by Google

Propoſi. 21. qui eſt aliquod bonum, ut bene declarat Boetius libro 3. de Conſolatione. regulatiua enim uirtus conſiſtit in quadam influentia bonitatis ſuper ſubditos; ita neceſſe eſt, quod illa intelligentia, quæ propinquius diuinæ bonitati aſſiſtit, maiorem, copioſioremque influentiam illius ſuſcipiens ſpecialiter ſit regens ex propinquitate & ſimilitudine quam habet ad ipſum ſummum bonum atque unum. & licet inferiores intelligentiæ ſuſcipiant influentiam diuinæ bonitatis ſecundum magis & minus, tamen quia immediate non aſſiſtunt, nec immediate illam bonitatem ſuſcipiunt, niſi mediate prima intelligẽtia multipliciter, propterea illæ nec gubernant, nec regunt. regere enim conſiſtit in aliqua uirtute, quæ ſuper eminẽtior ſit cęteris, immo potius miniſtrãt rebus à primo ordinatis. quælibet igitur ſecundum Auctorem intelligentia ſcit res, non tamen quęlibet ſit diuina, quia quælibet non regit niſi illa, quæ immediate aſſiſtit Regi: Rex enim ille duplicem intellectum propter ſuam perfectionem habet, unũ actiuum, alterum contemplatiuum, contemplatiuũ eſt ad ſui eſſentiam contemplando. actiuum, ad res, quas condidit, gubernandas, atque regendas quam quidem perfectionem ſortita eſt illa intelligentia, quæ propinquior eſt ei. perfectius enim eſt intellecta agere, & conſtituere, quam intellecta ſcire. Quan-

cap. 6. cap. 12. tum autem hæc propoſitio Auctoris ſit conformis ueritati Theologorum, uide Dyoniſiũ de Cœleſti Hierarchia, & de Diuinis Nominibus, ubi manifeſte inuenies hanc propoſitionem non eſſe Auctoris, ſed Dyoniſij. Vtrum autem hæc propoſitio a Peripateticis acceptari poſſit, uiſum eſt aliquibus minime. quoniam Ariſt. non concedit intelligentias, niſi ſe-

cundum

Digitized by Google

cundum numerum motuum cœleſtium, ut patet in 12. Metaphy. ubi & Commentator inquit, neceſſe eſt, ut uia numerãdi iſta ſit ex numeratione motuũ ſtellarum, ex conſequenti apud Ariſt. omnes intelligentiæ mouent, ergo omnes regunt; ergo omnes ſunt diuinę; quia non dicuntur diuinæ, niſi quia regunt. tu autem animaduerte ſecundum Commentatorem, quod intelligentiæ duplici intentione mouent corpora cœleſtia. una, quæ dicitur primaria, altera ſecundaria. primaria mouẽt orbes propter deſideratum primum, intelligentiæ enim delectantur ualde in contemplando primam cauſam, delectationẽ aũt non contigit eſſe ſine appetitu, unde corpora cœleſtia ſequentia deſiderium intelligentiarum, mouentur per modum deſiderii, quod Auerrois ſatis cõmode manifeſtauit in Paraphraſi Metaphy. ſecundaria autem intentione mouent corpora propter hęc inferiora ab eis primo nõ ſunt intenta, ſed ex motibus conſequentibus hæc inferiora gubernantur; primaria autem intentione mouent propter deſideratum primum, unde omnes motus inſpicimus ſequi motum primi, ideo, licet intelligentiæ moueãt corpora cœleſtia, tamen, quia mouent primo per modum deſiderati primi, potius miniſtrare quam regere dicuntur: principaliter enim intendunt primæ cauſæ in mouendo ſubire, motũque primum ſequi, qui regula atque menſura eſt cęterorum; quia eius cauſa eſt regens atque gubernans omnia, ideo ipſa proprie atque principaliter dicitur regere, tum quia in ordine intelligentiarum ipſa eſt prima, tum etiam quia ipſa dicitur ſingulariter diuina, quamuis nulla earum a diuino nomine ſecundum Ariſt. 6. Metaphy. excludatur,

tex. co. 48.

tract. 4.

ſed

ſed quia quemadmodum ſcientia diuina, quã Græci Metaphyſicam appellant diuinum nomen ſortitur, non tantum, quia diuinas ſubſtantias conſiderat, quantum, quia illud quod primum, atque principalem inter diuinas ſubſtantias locum poſsidet, intendere uidetur, propterea Ariſt. ultimam conſiderationem inſtituit in Metaphy. de Deo, ita neceſſe eſt, quod intelligentia prima diuina dicatur, quia omnes aliæ regimen primæ ſequuntur, & ideo ipſi primo atque principaliter diuinum nomen comparatur, & in comparatione eius omnes aliæ, quia adminiſtratiuæ potius dicuntur, quam regentes, intelligentiæ magis dicuntur, quam diuinæ.

Propoſitio XXIIII.

Cauſa prima exiſtit in omnibus rebus ſecundum unã diſpoſitionem, ſed res omnes non exiſtunt in cauſa prima ſecundum unam diſpoſitionem.

Com. Iam declarauimus cauſam primam proprie regere uniuerſa, ipſa enim influit ſuper ea bonitatem & uirtutem, eſſe, & uitæ; modo remanet etiã hæc duo declarare. ſcilicet, quod hęc influxio bonitatum a prima cauſa ſecundum unam diſpoſitionem fiat, & quod differenter recipitur in entibus, ſecundum poſsibilitatem & uirtutem eorum. Notandum tamen eſt ad declarationem huius rei, quod Deus ſicuti eſt unum agens, ita neceſſe eſt eius actionem unam eſſe, agens enim & actio in prima cauſa identificantur, ex quo aliquãtulum uerificari poteſt ſententia Auicénę, ab uno nõ prouenit niſi unum: propterea, omnia quæ a Deo fluunt ſecundum unam diſpoſitioné neceſſe eſt fluere. ideſt, ſecundum unã

actionem

actionem, actio enim Dei non eſt multiplicata; diuerſitas autem fluētium.v.g.intelligentiarū, prouenit ex diuerſitate naturarum, quas recipiunt in eo quod intelligunt de primo principio ſecundum Auer.Deſt.Deſt. diuerſitas orbium procedit ex diuerſitate ſuorum motorum & formarum, & materiarum, ſi materiam habent,& ipſorum operum in hoc mundo licet orbes ſecundum Philoſophos nō ſint pro operibus ex eodem libro Auerrois; diuerſitas autem quæ primo accidit in inferioribus entibus ut ſunt ſimplicia corpora,ſcilicet elementa,procedit ſine dubio à diuerſitate materiæ, quæ ſumitur ex ipſius propinquitate & diſtantia à ſupercœleſtibus corporibus, ut diuerſitas ignis a terra.patet igitur ſecūdum Philoſophos diuerſitatē rerum fieri a natura recipientium ſecundum propinquitatem & diſtantiam eorum a primo: Deus autem,quia ſummæ ſimplicitatis eſt, ſecundum unam diſpoſitionē exiſtit in omnibus rebus ab eo creatis:propterea diuerſitas rerum cōtingit ex diuerſitate recipiētium, nam illū influxum bonitatis eius in entibus, qui ſecundum unam diſpoſitionem ab eo cauſatur, ſi natura entis recepti ſit unita, unite recipit,ſi multiplicata multipliciter,ſi æterna æternaliter, ſi temporalis temporaliter,ſi corporalis corporaliter,ſi ſpiritualis ſpiritualiter, ab uno enim agente non prouenit niſi unum. tu autem animaduerte, quod diuerſitas ex parte recipientium prouenit, ſi natura recipientium ſit diuerſa, ſi autem agens eſt diuerſum & recipiens vnum,diuerſitas accidit ex parte agentiū: ſi unum agens & unum recipiens, nulla prorſus accidit multitudo:agente enim exiſtente uno, & materia una,neceſſe eſt quod non ſit multitudo inquit

Diſp. 3. ſol. ultimi. dubii.

tex. co. 11. Ariſt. 12. Metaphy. agens enim unum non habet naturam largiendi eſſentialiter niſi unum tantum ex. text.co. 31. 8. Phyſicorum, & primo de Gener. & Corrupt. Deus text.co. 56. igitur cum ſit ſumma unitas, neceſſe eſt quod ſecundũ unã diſpoſitionẽ exiſtat in rebus: ne aũt imagineris, qđ diuerſitas, multitudo, atq; inæqualitas rerum ſit præciſe a natura recipientiũ; ita qđ ſit pręter diuinã prouidẽtiam, atque diuinũ regimen. Deus enim regit omnes res creatas, & quidquid inſpexit ad perfectionem uniuerſi ualere, ſecundum ſuam ſapientiã inſtituit propterea inquit. D. Thomas. ſic Deus 1. parte. Quæſt. 65. Art. 2. ad 3. a principio, ut eſſet perfectio in uniuerſo diuerſas & inæquales creaturas inſtituit, ſecundum ſuam ſapienti am abſque iniuſtitia nulla tamen præſuppoſita meritorum diuerſitate. Origenes enim uoluit in cap. 6. ſuo Periarchon, libro primo, unicuique ſecundum diuerſitatem motuum pro merito ſui deceſſus atq; acceſſus occurrere, uidelicet omnia, quę in ſupremo medio atque infimo gradu conſtituta ſunt, pro merito, & profectibus ſuis, quibus in Dei participationem imitationemque profecerant, a qua opinione uidetur non omnino diſſentire Hieronimus in expoſitione Pſalmi. 23. quid autem ſit ueritatis in hac opinione ad Theologum ſpectat iudicare: tu autem hoc unũ ſcire debes, quod licet Deus exiſtat in omnibus rebus ſecũdam unam diſpoſitionem, & quod res non exiſtant in cauſa prima, ſecundum eandem diſpoſitionem, tamen hoc non contingit in rebus ſine magno iudicio, prouidentia, atque regimine Dei Opt. Max. ipſe enim cuncta regit atque gubernat, quia omnium eſt ſuprema atque diuina cauſa, & nihil ſine eius eſſe exiſtere poteſt, ſiue ſit multiplex, ſiue unum. quamdiu enim res habet eſſe, tandiu

Digitized by Google

diu oportet, quod Deus adſit ei, ſicut agens adeſt ei in quod agit. unde nonnulli ex Philoſophis inſpicientes in omnibus rebus Deum exiſtere, Deum omnia eſſe exiſtimarunt, quia neſciebant diſcernere inter cauſam agẽtem, & cauſam formalem, atque eſſentialem rei. & Origenes, qui cum inſpexerit in omnibus rebus cauſam primam ſecundum unam diſpoſitionem exiſtere credidit in ſuo Periarchon libro 3. cap. 6. quod aliquando omnia reſtituentur & ad unum ꝑducentur: quæ quidem opinio magis conſona eſt Doctrinæ Platonicæ, quam Chriſtianæ, quia Deus licet ſit in omnibus ſecundum unam diſpoſitionem; tamen res omnes non ſunt in eo ſecundum eandẽ diſpoſitionem, ut diximus.

Propoſitio. XXV.

Subſtãtiæ unitæ intelligibiles non ſunt generatæ ex re alia, omnis ſubſtantia ſtans per eſſentiam ſuam, non eſt generata ex re alia.

Quod aliquæ ſubſtantiæ ita diſponuntur a prima cauſa, quod in eorum eſſe cauſa generante non indigent, in hac præſenti propoſitione Auctor proponit declarare. cuius naturæ inquit illæ ſubſtantię unitæ intelligibiles, ſuperiores, & anima noſtra intellectiua conſtant eſſe, quia carẽt tribus principijs, generationis, atque corruptionis, quæ ſunt principia, materia, forma, atque priuatio, ſecundum Ariſt. primo. Phyſicorum quod enim per ſe ſubſiſtit non indiget his principijs ſecũdum rem, quia per ſe ſubſiſtere nihil aliud eſt quam in ſuo eſſe carere materia, atque forma, quę deducitur de potentia materiæ poſt non eſſe. ſed quia intelligentiæ ſunt ſubſtantię

Com. tex. co. 56.

per ſe ſubſiſtentes, ergo non indigent in eorum eſſe nec in fieri, materia, forma, atque priuatione. Amplius quia intelligentiæ ſunt ſubſtantiæ unitæ carẽt omnino materia atque forma, quod enim conſtat ex his duobus principiis, non eſt uere unitum. tum quia in duo diuiditur realiter, quia hæc principia non ſunt principia ſecundum intellectum: tum etiam quia materia relationem realem ad formam habet, formaque ad potentiam materiæ, ſeparatio enim formæ a materia eſt eius corruptio: ergo quod conſtat ex his duobus principijs non eſt uere unitum: ſubſtantiæ autem intellectuales uere ſunt unitæ propter duo. primo, quia illud quod eſt multiplicatum in iſtis inferioribus, in ſuperioribus unitum eſt: ſecundo, quia quod intelligibile eſt in eis unum eſt, & hoc fit eleuando illa intelligibilia plura quibus identificatur ad unum intelligibile; itaque ſequitur, quod ipſa unitas uere, & primo reperiatur in ipſo primo, deinde in ſequenti ipſum, poſtea in ſequenti illud ſecundum ordinem, ut inquit Auer.
co.39. 12. Metaphy. ergo ſubſtantiæ unitæ intelligibiles carent principijs, materia, atque forma, & ſic denique non ſunt generabiles; iſta enim principia ſunt a natura inſtituta propter generationem rerũ. Amplius omne quod generatur non eſt neceſſe, quod omnino motu uacet, ſed illa ſubſtantia, quæ eſt ſtans per eſſentiam ſuam eſt omnino immobilis: motus enim non poteſt fieri ſine ſubiecta materia: ergo non eſt generata ex re alia. ſed huiuſmodi ſunt intelligentię ſeparatę, & quęlibet natura intellectualis; ergo. quod autem intellectus noſter ſit omnino ingenerabilis atque incorruptibilis, ſatis oſtendimus in Quæſtione de Immortalitate intellectus Poſſibilis contra

Alexan-

Digitized by Google

Alexandrum Aphrodiſęum, tu tamen animaduerte, quod licet ſubſtantiæ intelligibiles unitæ careāt omnino generante, ita quod non indigent generari ab aliquo generante ex re alia, nihilominus ſecundum Ariſt. atque Auer. earum eſſe omnino non caret agente atque efficiente. quælibet enim ſubſtantia pręter Deum Benedictum eſt creata, a primo .n. communiatum eſt eſſe omnibus primo Cœli communicare autem eſſe non eſt omnino ſine agente. & 9. Metaphy. aſſignās ęterna principia habere, inquit in plus eſt potentia & actus, eorum, quæ dicuntur ſecundum motum ſolum. quod autem æterna ſecundum Auerroem cauſam agentem habeāt, uide eum Deſt. Deſt. ubi manifeſte inuenies æterna cauſam agentem habere, & diſtinctionem agentium naturalium, & ſupernaturalium. 4. cœli, & in ſermone de Sub. Orb. licet igitur ſubſtantię unitę intelligibiles non ſint generatæ ex re alia, tanquam ex materia prima poſt priuationem reducēdo eas, generāte de potentia ad actum per generationem phyſicam, tamen non negaret Auctor eas non dependere ab efficiente æterno per ſimplicem emanationem. quidquid. n. habet eſſe propter primam cauſam, neceſſe eſt habere etiam ſecuudum Auctorem.

tex. co. 100.

tex. co. 1.

Diſp. 11. ſol. primi dubii. & diſput. ſol. 12. dubii. com. 1. cap. 2.

Propoſitio. XIX.

Omnis ſubſtantia ſtans per ſe ipſam non cadit ſub corruptione.

Facta autem declaratione, quod ſubſtantię unitæ intelligibiles, quia ſtant per ſuam eſſentiam propriam, non ſunt innatę generari ex re aliqua; conſequens eſt, quod etiam ſubſtantia ſtans per ſeipſam, Com.

non

Digitized by Google

non cadit ſub corruptione, quia, quod ſtat per ſuã eſſentiam non habet materiam ut fundamentũ ſui eſſe, quo ſuum eſſe, atque eſſentia ſuſtentatur: non habet etiam formam informantem materiam, quia eius eſſe non reducitur de potentia ad actum, quia ſtat per ſuam eſſentiam propriam. corruptio autem rerum fit per appetitum materiæ, quia cum forma naturalis non ſit poſſibilis totum appetitum materię implere, materia neceſſario denudatur ab ea, & induitur continue nouis formis, unde corruptio fit in rebus: quod autem ſtat per ſuam eſſentiam propriam, uacat omnino materia atque forma, ergo uacat corruptione; ex quo etiam uerificari poteſt ſententia Auerrois, Deſt. Deſt. omne compoſitum eſt poſſibile, quia in rei ueritate compoſita per ſe non ſubſiſtunt quia conſtant ex partibus unitis, qualiter eſt materia & forma: ſed illa ſubſtantia, quę ſtat per eſſentiam ſuam non eſt compoſita, quia caret materia & forma, ergo non eſt poſſibilis, & ſi non eſt poſſibilis, nec naturam eſſendi ſub corruptione cõtingit habere. Amplius, omnibus Philoſophis manifeſtum eſt, quod illud, quod eſt ingenerabile eſt incorruptibile, quia eadem ſunt principia, ortus, atque interitus: ſed ſi ſubſtantia ſtans per ſuam eſſentiam non poteſt generari ex re alia, nec per conſequens erit poſſibilis corrumpi in rem aliam, ergo omnis ſubſtantia ſtans per ſe ipſam non cadit ſub corruptione.

Diſp. 8. ſol. primi dubii.

Propoſitio. XXVII.

Omnis ſubſtãtia deſtructibilis aut eſt compoſita, aut eſt delata ſuper rem aliam.

Oſten-

Oſtēdit Auctor in hac pręſenti propoſitione cau ſas ſubſtantię corruptibilis, quibus quęlibet talis na turę ſubſtantia deſtruitur, aut quia eſt compoſita, aut quia eſt delata ſuper rem aliam: compoſitum .n. ex materia & forma eſt, cuius ſolius eſt generatio & corruptio ſecūdum Ariſt. 8. Metaphy. materia enim & forma nec generantur nec corrumpuntur, quia ſunt principia generationis atque corruptionis. ergo, quod eſt compoſitum ex materia & forma eſt de ſtructibile. Sed vnde materia eſt cā corruptionis? materia enim non habens formam propriam, neq; priuationem propriam alternatim recipit omnes formas, itaque neceſſe eſt, quod a priori forma ſemper denudatur, a qua quidem denudatione uera cor ruptio contingit. ergo, omne quod deſtruitur neceſ ſe eſt quod ſit compoſitum ex materia & forma, & li cet forma proprie non ſit cauſa corruptionis, quia res eſt dum forma eſt, & res non eſt dum forma non eſt; tamen, quia formā ſine materia impoſſibile eſt eſſe, & ſic a ſeparatione formę a materia corruptio efficitur, quia, quod eſt cauſa eſſendi ſecūdum ſuũ eſſe eſt cauſa non eſſendi per priuationem: contrariorum enim contrarię ſunt cauſæ: aut ſubſtātia eſt deſtructibilis, quia eſt delata ſuper rem aliam, cuiuſ modi neceſſario formas naturales, ſubſtātiales, & ac cidentales conſtat eſſe, quarum eſſe impoſſibile eſt inueniri ſine ſubiecta materia, ſeparatio enim formę a materia eſt eius corruptio, & eſt unum de poſitis a naturali, inquit Auer. 4. Phyſicorū. & Alexāder in principio abbreuationis de Anima inquit forma minus uidetur poſſe per ſe ſubſiſtere, quam materia; licet materia ſecundum ſe ſubſiſtere nequeat abſque forma: huiuſmodi etiam accidentiũ

eſſe

Com.

tex. co. 3.

Vide Themiſti. 2. Phyſicorū. text. 11.

co. 17. cap. 1.

Digitized by Google

eſſe delatum eſt ſuper rem aliam, quia non ſunt entia, ſedentis: unde ad deſtructionem compoſiti ipſa etiam deſtruuntur, a quo ſtante habent eſſe: ita ſimiliter formæ naturales deſtruūtur ad deſtructionem ſubiecti: licet ſubiectum, quod eſt materia prima apud Philoſophos uere nō dicatur corrūpi, ſecūdū qđ corruptio importat cōpoſitioné ex partibus, ſed tm̄ ſecūdū qđ corruptio nomé a formæ ſeparatione ducit, a qua habuit tale ſubiectū eſſe, cuiuſmodique ſubiecti corrruptione forma neceſſario corrūpitur, quia delata eſt ſuper ipſum. ex quo manifeſte patet, quod quælibet forma, quæ delata eſt ſuper materiā corruptibilis ſit, nulla alia de cauſa, niſi quia delata eſt ſuper materiam, quæ eſt cauſa corruptionis. ergo omnis forma, quę habet eſſe in materia eſt corruptibilis. propterea, miror de illis, qui arbitrātur animam intellectiuam eſſe formam informantem corpus abſque ſui interitu. ignorant enim compoſitum tunc uere dici corruptum eſſe, cum materia deperdit formam; ſi autem forma remaneret in eſſe, nulla profecto corruptio compoſiti poſſet fieri, corruptio enim eſt trāſmutatio de eſſe ad non eſſe. Amplius Ariſt. primo, Metaphy. arguit contra Platoné, quod formæ naturales non ſunt introductæ in materia ab extra, & inquit. forma materię non eſt ſeparabilis a materia. ſi loquitur Philoſophus quod forma illa tantum, quæ ducta eſt de potentia materiæ, non ſit ſeparabilis a materia, non haberet intentum quia non erat ignarus Ariſt. quod apud Platonem formarum ſint ideæ, quarum ipſæ ſunt cauſæ, quia introducunt formas in materia. ergo loquitur de forma deueniente ab extra. quod ſi informaret materiā, non eſſet ſeparabilis ab ea. ergo neceſſe eſt, quod

una

Digitized by Google

una cum materia intereat; ſed ad quid auctoritas, ubi adeſt ratio? ſcimus enim quod forma corporũ ęternorum eſt abſtracta omnino a materia, ita, quod ſecundum eius eſſe non ingreditur opus materiæ, quia eſt forma ſtans per ſuã eſſentiam. ita ſimiliter corporum generabilium atque corruptibilium neceſſe eſt, quod formæ eorum ſint corruptibiles atque generabiles, propter duo. primo, quia poſito in natura uno extremo, neceſſe eſt etiam poni reliquum extremum; ergo ad poſitionem formarum atque ſubiectorum omnino generabilium, qualiter ſunt iumentorum formæ atque corpora, neceſſe eſt etiam quod ſint aliquæ formæ abſtractæ a materia, & æternaliter diſpoſitæ unà cum materia manere. ſecundo, quia materia apud naturales neceſſario ſequitur formam, & ſi forma eſt æterna ſubiectum erit æternum, & ſi corruptibilis corruptibile, ut hęc duo genera, ſcilicet corporum cœleſtium, & iumentorũ & aliorum animalium inſpicimus: nos autem, qui ſumus in medio ſtatu horum duorum poſiti, neceſſe eſt, uel quod ſubiectum formæ noſtræ informantis partim ſit corruptibile, & partim ęternum; vel quod forma talis naturę non ſit innata informare corpus; uel quod omnino unà cum corpore intereat: ſed poſito conceſſo, quod corpus noſtrum ſit corruptibile ſecundum totam ſubſtantiam ſuam tanquam iumẽtorũ corpus, & quod forma eius intellectiua ſit omnino incorruptibilis, atque immortalis, neceſſe erit uel quod non ſit forma informans corpus, uel quod intereat unà cum corpore. nos autem, quia credimus & commode ſuſtinere poſſumus ſecũdum Philoſophum, animam intellectiuam incorruptibilem eſſe; propterea exiſtimamus ſecundum eundem,

Digitized by Google

non eſſe informantem corpus (licet aliter teneā ſecundum fidem & ueritatem Catholicam) quia, ſi in formaret corpus, materia informata ab ea nunquam corrumperetur quia ſatis commoda eſſet im plere totum appetitum eius, unde corruptio atque generatio in entibus cauſatur, quemadmodum .n. ſecundum eos forma corporis cœleſtis quia eſt per fecta, implet totum appetitum materiæ, ultra quam aliam formam non eſt poſſibilis appetere, ita ſimiliter anima intellectiua cum ſit perfectior illa forma, credendum eſt quod firmius atque fortius impleret appetitum materiæ: ſed contrarium huic inſpicimus, ergo quælibet forma delata ſuper rem aliā eſt corruptibilis.

Propoſitio. XXVIII.

OMnis ſubſtantia ſtans per ſe ipſam eſt ſimplex, & nō diuiditur.

Com. Et quia ſuperius oſtendit ſubſtantias ſtantes per ſuam eſſentiam propriā, non eſſe generabiles ex re alia, nec denique corruptibiles in rem aliam, quia nec compoſitæ, nec delatæ ſuper rem aliam ſunt, ut oſtendimus: & hoc manifeſtauit per principia generationis atque corruptionis, ſcilicet non eſſe nec generabiles, nec corruptibiles, quia carebant illis, immo uiſum fuit hęc principia repugnare ſubſtantiis ſtantibus per ſe ipſas ideſt, per propriam eſſentiam, nunc in hac præſenti propoſitione proponit Auctor, quomodo ſubſtantia ſtans per ſe ipſam ſe habeat ad compoſitionem, uel ad congregatum eſſe ex principiis uel partibus. ideo dicit, quod omnis ſubſtantia ſtans per ſe ipſam eſt ſimplex & non diui ditur,

Digitized by Google

ditur, ſupple, nec per ſe, nec per accidẽs; non per ſe, quia huius conditionis, atque naturæ ſubſtantia, nõ eſt uere corpus, quia nullum corpus eſt ſubſtantia, quæ ſe tota, ſiue ex ſe ſubſiſtat, & hoc manifeſtum eſt Philoſophis; omnibus autem late patet, quod nullũ corpus ſit ſimplex, quia eſt compoſitum ex multis; igitur ſubſtantia ſtans per ſuam eſſentiam propriã non eſt diuiſibilis per ſe, nec per accidens, quia huiuſmodi ſubſtantia nec eſt corpus nec uirtus in corpore; repugnat enim aliquid per ſe uel per ſuam eſſentiã ſtare, & uirtutem habere in ſubiecto, quia ſi haberet uirtutẽ in ſubiecto, ex illa & ſubiecto tertiũ inſurgeret, vnũ.n. haberetur loco actus & aliud loco potentię, itaque non eſſet ſimplex, ſed compoſitum: ſimplex autem & compoſitum repugnant omnino: ſimplicia enim carent potentia, compoſitum autem eſt illud in quo eſt potentia, inquit Auer. 9. Metaph. com. 2. ergo. quod autem eſt ſimplex eſt impartibile, quia quod eſt partibile totum eſt, & quod eſt totum compoſitum eſt, & quod eſt compoſitum nõ eſt ſimplex, ergo quod eſt ſimplex impartibile eſt.

Propoſitio. XXIX.

OMnis ſubſtantia ſimplex eſt ſtans per ſe ipſam: ſcilicet per eſſentiam ſuam.

Quoniam autem Auct. oſtendit ſuperius ſubſtantias ſtantes per propriam eſſentiam ſimplices eſſe, Com. quia nec materiam, nec aliquam partem compoſiti ingrediuntur: propterea quælibet earum neceſſario indiuiſibilis erit. quod enim ingreditur ad compoſitionem, uel ad eſſe compoſiti, neceſſario diuiſi-

Digitized by Google

bile eſt, nunc autem proponit non minus ſubſtantias ſtantes per propriam eſſentiam ſimplices eſſe, quam ſubſtantias ſimplices per propriam eſſentiam ſtantes eſſe, omnis enim ſubſtantia ſimplex caret materia, materiam enim impoſſibile eſt inuenire ſine compoſito eſſe; ergo, quod eſt ſimplex ſtat per propriam eſſentiam forma: enim quæ caret materia eſt ſtans per propriam eſſentiam, quoniam non ingreditur opus materiæ, & quod non ingreditur opus materiæ non concurrit ad conſtitutionem compoſiti, ergo. propterea Philoſophus aſſerit. 7. Metaphy.
tex. co. 21. quod in ſubſtantijs carentibus materia, quod quid eſt, eſt idem cum eo cuius eſt: quoniam tales ſubſtãtiæ ſimplices ſunt, ergo ſtant per propriam eſſentiã: aliter enim tota quiditas earum non eſſet forma, immo etiam materia indigerent, quod repugnat rei. ne autem imagineris, quod omnis ſubſtantia ſimplex ſtet per eſſentiam, quia formæ naturales ſunt formę ſimplices, tamen non ſtant per eſſentiam. ſed intelligendum eſt, quod omnis ſubſtantia non generata ex alio, nec delata ſuper rem aliam eſt ſimplex, & omnis ſubſtantia ſimplex ideſt, quæ creata eſt ante tempus, cuiuſmodi ſunt intelligentiæ beatæ, & anima noſtra, eſt ſtans per ſuam propriam eſſentiam.

Propoſitio. XXX.

Omnis ſubſtantia creata in tempore aut eſt ſemper in tempore, & tempus non ſuperfuit ab ea, quoniam eſt creata, & tempus æqualiter aut ſuperfluit ſuper tempus, & tempus ſuperfluit ab ea, quoniam eſt creata in horis temporis quibuſdam.

Com. Cum autem in præcedentibus propoſitionibus

Auctor

Auctor ſatis commode, ordinateque ſuperiorũ ſubſtantiarum intellectualium ordinem, menſuramq; a primo oſtenderit, ſcilicet, quod prima cauſa ſuprema atque uniuerſalis ſit ante omnem æternitatem, qualis eſt Deus Benedictus: ſecundæ autem cauſæ, quæ intelligentiæ beatæ dicuntur, ſimul cum æternitate locum poſſidet: & quod anima nobilis, quę tres operationes habet, poſt æternitatem & ante tempus naturam eſſendi ſortita eſt, & multas dignas operationes nobilitatem, uirtutéque naturæ harum cauſarum non ſine magno diſcrimine oſtenderit, ut in prę habitis uiſum fuit; tamen ut complete atque perfecte ordinem totius uniuerſi demonſtret, quem inçeperat a prima cauſa uſque ad cauſas ſecundas intellectuales deſcendendo oſtendere, quæ ad perfectionem uniuerſi conuenienter concurrere uidentur, hoc etiam remanet, ut negociũ ordinis uniuerſi poſcit, oſtendere, qualis ſit ordo ſubſtantiarum, quæ infra ſubſtantias ſuper cœleſtes extant: propterea inquit, quod duæ ſunt naturę temporales idest quæ tempore menſurantur, una æterna ſimul, atque temporalis, qualis eſt ſubſtantia cœli, altera nõ æterna, ſed temporalis, quoniam creata eſt in horis temporis quibuſdam, qualis eſt natura, atque conditio omnium generabilium: prima autem dicitur creata in tempore, tamen non eſt poſſibilis in prę terito, & in futuro ſine tempore eſſe. quoniã ſi motus cœli deſtructus fuerit, etiam cœlum deſtruetur, ut inquit Auer. in ſermone de Subſt. Orb. impoſſibile eſt enim cœlum ſine motu eſſe, & motum ſine tempore; tempus enim eſt menſura motus, inquit Ariſt. 4. Phyſicorum. ſed dicitur creata in tẽpore, quoniã ſemper eſt cũ motu, quod autem ſit impoſſibile cœlum cap. 4.

lum ſi ne motu eſſe, manifeſtũ eſt apud Philoſophos quoniam motus cœli fit ſecundum deſiderium intelligentię ad primum, ſed per impoſſibile habetur, quod intelligentia ſuperior non appetat ſummum bonum, atque delectabile. & ſic per conſequens impoſſibile erit, quod corpora cœleſtia a ſuperioribus ſubſtantiis non moueantur. ergo cœlum, atque ſubſtantia cœli eſt facta in tempore; ita, quod ſemper ſit in tempore, & tempus non ſuperfluit ab ea, quia illud eſt ſemper, & ſemper mobile in tempore, in illoque inſtanti naturæ, in quo cœlum incepit eſſe, in eo metipſo inſtãti dicendum eſt menſuram motus eius æqualiter incepiſſe: tempus enim primo & eſſentialiter non ſequitur niſi motum diurnum, cuius eſt proprie menſura ſecundum prius & poſterius ut inquit Auer. 8. Phyſicorum, & Ariſt. 4. Phyſicorum. Quædam autem eſt ſubſtantia creata non æterna, ſed temporalis, quia eſt inadęquata tempori. tempus enim antequam, & poſtquam indiuiduum genitum ſit, ſemper extat; propterea quodlibet eorũ inadequatur naturæ totius temporis: & dicitur talis ſubſtantia ſimpliciter temporalis, quia & ſecũdum eſſe & motus menſuratur a tempore. dico ſecũdum eſſe, quia natura eius uariabilis eſt ſecundum generationem & corruptionem in tempore, ideſt in horis temporis quibuſdam.

co. 11. tex. co. 132.

Propoſitio XXXI.

INter rem, cuius ſubſtantia & actio ſunt in momento æternitatis, & inter rem, cuius ſubſtantia & actio ſunt in momento temporis, exiſtens eſt medium. & eſt illud, cu-

ius

ius ſubſtantia eſt ex momento æternitatis,& actio eſt ex momento temporis.

In pręcedēti propoſitione propoſuit Auctor duas naturas temporales eſſe, unam,cuius ſubſtantia atque actio perpetua ſit, alteram,cuius tam ſubſtātia, quam actio corruptibilis ſit,ut hæc indiuidua , quæ in hac ſphęra actiuorum,ac paſſiuorum , continentur : ipſa enim corruptibilia ſunt ſecundum totam ſubſtantiam eorum,ſicut e conuerſo,illa ſecundum totam ſubſtantiam perpetue atque ęternaliter manet.ſed quia inter extrema neceſſe eſt quod ſit medium,quod medium debet eſſe in potentia ad utrũ que extremorum : ergo inter ſubſtantiam ſemper æternam, ac ſemper corruptibilem neceſſe eſt, quod ſit aliqua ſubſtantia partim ęterna,& partim corruptibilis , cuiuſmodi elementa ſecundum Philoſophos conſtat eſſe. quoniam autem nos bene ſcimus hunc mundum temporalem factum eſſe ſecundum exemplar mundi intellectualis iuxta Platonem,ut teſtatur Plot. lib. 7. & iſte in illo ſuperiori mundo continetur,ut in aliqua cauſa exemplari,aut tanquam in efficiente, ut ita dicam , propterea Architectus tam huius quam illius mundi ea ſapientia,qua condidit ſuperiorem mundum, eadem hunc mundum noſtrum condidiſſe uidetur, & ad inſtar ſubſtantię intellectualis,cuius tam actio quam forma ſit æterna condidit naturam temporalem,& ſecundum naturam & actionem æternam,ut ſunt corpora cœleſtia;& ad inſtar animarum , quarum eſſe una cum corporibus deletur, condidit corpora caduca atque mortalia ſecundum totam ſubſtantiam eorum.& quia , ut iſte mundus ſuperiori mundo in omnibus æquiparetur , neceſſe fuit Architectori

Com.

Ennea de.6.ca. 12.

Digitized by Google

chitectori mundi ſecundum exigentiam ſuæ bonitatis, adinſtar corporum, quorum conditio partim ſit æterna, & partim corruptibilis, creare formā partim corruptibilem; & hæc ſecundum Auctorem anima noſtra intellectiua eſt, quæ in confinio æternitatis atque temporis conſtituta eſt, quia ſecundum naturam eius omnino eſt æterna, & ſecundum actionem in momento tēporis intelligere enim noſtrū inquit Ariſt. primo. de Anima, aut eſt phantaſia, aut non eſt ſine phantaſia. ſemper enim Ariſt, ut habetur ex tertio de Anima, imaginatus fuit unum impoſſibile intellectum ſine ſenſu eſſe, & maxime cuius ſubiectum mortale, atque caducum extat. ordo, enim eſt in rebus. ſicut enim intelligentiæ ſuperiores corpora æterna atque perpetua, ut propria ſubiecta earum ſortitæ ſunt habere, & ſequi ſecundum aliquid naturam corporum; ita illa intelligentia, quæ corpus mortale pro ſubiecto conſtituit, cur non eſt neceſſe naturam corporis in aliquo ſequi? tanta, n, eſt uis ordinis uniuerſi, quod ſicut impoſſibile eſt intelligentię ſuperiori habere aliud corpus præter corpus cœleſte, ita intellectui noſtro habere aliud corpus præter hoc corpus mortale, cur non erit impoſſibile? ideo neceſſe eſt quod unus intelligat per modum æternum, & alter per modum temporalē. unde uidemus Ariſt. nunquam oſtendiſſe actionem intellectus noſtri, præter hanc quidem, quę in momento temporis conſtituta eſt. & tamen nulli dubiū eſt phantaſmata, quę intellectus ſpeculatur, vna cum corpore interire, atque deleri. quid igitur erit aliud prętet phanſmata? ſi autem intellectus corruptis phantaſmatibus poſſit ad ſpecies actu intelligibiles, uel ad ea, quæ ſunt intelligibilia ſimpliciter

Obiectio.

conuerti,

Digitized by Google

conuerti,ſicut & aliæ ſubſtantiæ ſeparatæ, ut D. Thomas imaginatus eſt iuxta doctrinam Philoſophi, præter momentum temporis, cur Philoſophus negaret omnino dęmones contra Platonem? niſi propter duo. quia ſi fuiſſent naturæ intellectualis, uel per modum intelligentiarum abſtractarum neceſſario intelligerent conuertendo ſe ad ea, quæ ſunt intelligibilia ſimpliciter, ut D. Thomas de Anima ſeparata imaginatus eſt, uel intelligerent conuertendo ſe ad phantaſmata. non primum, quia fuiſſent naturæ intelligentiarum, & ſic in corpore cœleſti ſituarentur, quod eſt negandum. pluralitas enim in ſuperioribus ſine neceſſitate nō eſt ponenda, inquit Philoſophus: nec ſecundum, quia hoc eſt proprium animæ humanæ, & ſic posſibile eſſet, quod ſit aliqua ſubſtātia intellectualis, cuius intelligere ad obiecta imaginaria terminatur præter phantaſmata humana. miror igitur de illis, qui credunt Ariſt. baptizare, cum ſuis temporibus purus Philoſophus exiſtimatus fuerit. & licet D. Thomas loquatur, quātū ad infalibilem ueritatem Theologorum pertinet, cui ſecundum fidem & ueritatem credendum eſt, tamē aliter profecto ſecundum Ariſt. ſentiēdum eſt, quia ſi intellectus intelligeret conuertendo ſe ad ea, quæ ſunt actu intelligibilia, cōnumeraretur inter ſubſtātias illas, quæ corpora cœleſtia mouent, nec imposſibile eſſet iuxta doctrinam Ariſt. Dæmoniacā naturā in uniuerſo exiſtere, & tamē omnes, qui iuxta fundamenta Peripateticorum, de natura dęmonum locuti ſunt. tales ſpiritus Teretiſmata eſſe quædam, ac figmenta ſenſerunt ob populorum, & rudium hominum gubernationē, ut Auer. narrat in Epiſtola quadam de reſurrectione. anima igitur noſtra intelle-

ctiua eſt medium quoddam, ut inquit Auctor, cuius ſubſtantia eſt ex momento æternitatis, quia ſecundum ſui naturam eſt immortalis; & actio eius eſt ex momēto temporis, quia oportet intelligentem phātaſmata ſpeculari, quæ temporalia, ac uariationi ſubiecta ſunt. ſed corruptis phātaſmatibus ne otioſum contingeret in natura, quid ad intelligendum pro obiecto intellectus cōſtituit, pete impium Auerroem, qui imaginatus eſt quod exiſtente unitate intellectus ſemper ad phantaſmata ſe conuertit.

Propoſitio. XXV.

Omnis ſubſtantia cadens in quibuſdam diſpoſitionibus eius in æternitate, & in quibuſdam diſpoſitionibus ſuis ſub tempore, eſt ens & generatio ſimul.

Com.

Qualis ſit ſubſtantia illa, quæ ſecundum totam eſſentiam ſuam ſit in momento æternitatis, & ſecundum actionem in momento temporis, in hac præſenti propoſitione declarat Auctor, quando dicit, omnis ſubſtantia cadēs in quibuſdam diſpoſitionibus in æternitate, & in quibuſdam ſub tempore eſt ens & generatio ſimul. ens enim proprie dicitur de

Diſp.5. ſol.3. neceſſe eſſe, & de aliis analogice ſecundum Auer. Deſt. Deſt. quod autem neceſſarium ſimpliciter ſit, nullo modo contingit aliter ſe habere, quod autem non contingit aliter ſe habere eſt æternum, atque immutabile, ergo ens proprie dici-

tex. co. 15. tur de rebus æternis. & ad huius rei propoſitum Ariſtotel. dixit. 4. Metaphyſi. & 9. ibidem, ens quod

tex. co. 7. non eſt ens, quia corruptibilia cum ſint magis in po

Com. tentia, quam in actu, non ſunt uere entia, ſed potius

uaria-

Digitized by Google

uariationes entiũ dicũtur, æterna autẽ, quia ſemper & eodem modo ſunt in actu, ſunt uere entia, & ens de eis proprie dicitur. quidquid ergo eſt æternum eſt uere ens, & uerius quanto primo enti magis appropinquatur, qui ſolus dicitur primum ens, abſolutum atque unum per eſſentiam: reliqua autem unitates, atque entitates per participationem a primo dicuntur. quæ autem ſubſtantia cadit ſub tempore dicitur generatio. & non ens, quia in cõtinuo acceſſu, atque deceſſu conſiſtit per modũ temporis, quod continue fluit ſecundum prius & poſterius; propterea ſubſtantia quæ cadit ſub tempore dicitur generatio, quæ eſt mutatio de potentia ad actum, & nõ uere ens, ſempiterna enim ſunt uere entia, quia nihil eſt potentiæ in eis, illa autem ſubſtantia, quæ in quibuſdam diſpoſitionibus ſit æterna, & in quibuſdam cadit ſub tempore, eſt ens & generatio ſimul; non quidem per modum unum, ſed per modum alium, atque alium. inquantum enim ſtat per ſuam eſſentiam propriam eſt uere ens; inquantnm autem ſecundum actionem aliquam in tempore conſiſtit ideſt, in tranſmutatione, dicitur generatio. Sed inſurgit hic dubium in rebus ab Auctore propoſitis, cum ſuperius propoſitione ſecunda dixerit, quod aliquod eſſe ſit ante æternitatem, quia conſequentia non bene deducitur. omnis æternitas eſt eſſe, ergo omne eſſe eſt æternitas; quia Deus eſt ſummum ens ante æternitatem, ergo ſubſtantia quæ cadit in æternitate non eſt uere ens, ens enim eſt ante ęternitatem, Dico, quod licet ens proprie ſit ante æternitatem, tamen proprie de æternitate ſecundum quod eſt dicitur: nec eſt poſſibile ens imaginari præter æternitatem, cuius ens dicitur genus. unde æterna

Digitized by Google

proprie cadunt ſub ente: & huius rei gratia dixit, quod ſubſtantia quæ cadit in æternitate, & non ſub æternitate: & ens, quia genus continetur in ſuis ſpeciebus, nec præter eas ſit poſſibile genus imaginari, quia ſecundum Ariſt. primo de Anima nihil eſſet, Deus autem licet ſit ante æternitatem, tamen non excluditur a natura & conditione æternitatis, ut ſuperius declarauimus, cui ſit Laus & honor in ſecula ſeculorum.

Digitized by Google

QVAESTIO DE IMMORTALITATE INTELLECTVS POSSIBILIS,

Contra Alexandrum Aphrodiſæum

Nicolai Viti Gozzij.

ALEXANDER Summus Peripate-ticus cognitionem rerum proſecutus fuit uenari ab inferioribus ſenſibilibus, quorum natura ſortita eſt corruptionem, atque defectum ab illa prima rerum materia. cum autem inſpexerat naturam rationalem noſtram ab inferioribus proſequendo, ſcilicet uegetalē inſequi ſenſilē ſine aliquo ſaltu, ſenſilemq. rationalem licet abſtractiori modo; non tamen quod illa forma perficiens inferiorem potentiam ſit extra confinium inferioris, ſaltus enim fieret in natura, quod eſt impoſſibile: exiſtimauit intellectū noſtrum una cum inferioribus potentijs deleri, eſſeque formam Harmonicam, eductam ex diuerſa mixtione elementorum per generationem, tanquam ex cauſa adæquata, ſicut eſt de qualitatibus ſecundis, ut eſt color & ſapor. Ariſt. autem una cum diuino Platone, qui incorruptibilem, ſeparabilemque a corpore naturam intellectus noſtri conatus fuit rationibus

manifeſtare, non ab inferioribus ad ſuperiora, quẽadmodum Alexander, ſed a ſuperioribus, ſpiritualibus, diuinisque ad inferiora caduca deſcendendo manifeſtauit intellectum noſtrum non eſſe Harmoniam eductam ex diuerſa mixtione elementorum, ſed eſſe quandam formam ultimam in ordine formarum ſpiritualium, quæ deforis nobis accidit, & a corpore tanquam a ſubiecto ſeparabilis, niſiq; uidiſſem dictum Philoſophum Principem Peripateticæ diſciplinæ eius motiua ſoluere; nec ego profecto, nec alii erga tantum uirum inuehi auſi fuiſſemus. habemus enim Philoſophum primo de Anima, tot uariis rationibus reprobare quorundã philoſophantium opinionem, ſcilicet Dynarchi, Simiatis, & Empedoclis, qui exiſtimarunt animam eſſe Harmoniam mixtorum uel contrariorum, ſimilem conformẽ oĩno opinioni Alexandri: peius. n. atque deterius nõ erat exiſtimari aĩam eſſe proportionem atque temperamentum contrariorum in compoſitis & mixtis, quam animam eſſe formam harmonicam eductam ex diuerſa elementorum mixtione ponatur enim, quod anima intellectiua non ſit harmonia contrariorum in compoſitis, ſed tantum forma harmonica cauſata ex nimia proportione, atq; temperamento cõtrariorum, ut inquit Alexander, idem inconueniens profecto ſequeretur contra eũ ſecundum doctrinam Ariſtotelis. nam illa harmonia apud eos aliud ab ipſis compoſitis atque mixtis erat, ut quędam ratio atque forma ab his cauſata per compoſitionem atque mixtionem, & hoc facile uidere potes in primo argumento, quod contra eos Ariſt. fecit, illa enim ſine dubio forma mixtorum ſcilicet proportionabiliũ, ut forma harmonica erat,

Obiectio.

ani-

Digitized by Google

animam autem Alexandri & ſi non ſit illa forma ſci licet proportio mixtorum, quam exiſtimarunt prædicti Philoſophi; nihilominus cauſari ex illa proportione ut ratio quędam atque forma miſcibilium conſtat. Amplius, proportio non poteſt eſſe niſi ut quædam forma accidentalis, quod a Pihloſopho deductum eſt ibi, ideo non maior error exiſtimare animam eſſe formam accidētalem, quam ex proportione illa formam ſubſtantialem cauſari: ipſi enim poterant reſpondere Ariſtoteli, quod illa proportio erat forma ſubſtantialis adinuicem miſcibilium, quemadmodum forma harmonica Alexandri. Amplius ſicut illa harmonia prædictorum non erat innata mouere, vt ibi deducit philoſophus, ita pari numero illa forma harmonica apud Alexādrum non erit innata motum localem animalium efficere, cum omne motū oporteat ab aliquo immobili procedere. qualitas enim illa compoſitionis in cōplexione moueretur & moueret: nec ualet, quod illa æqualitas ut eſt accepta in quodam abſtracto eſt innata mouere, & illud ęquale moueri: forma enim in abſtractis accepta, nec mouet, nec mouetur. Vlterius, ſi Ariſt. pro impoſſibili habet illam proportionem poſſe inferre uirtutem animantem, quomodo quæſo apud eundem Philoſophum anima ęx illa proportione ſit poſſibilis cauſari. Præterea Philoſophus non magis arguit primo de Anima, contra exiſtimantes animam eſſe proportionem, quam contra eum, qui animam eſſe aliquod conſequens proportionem arbitratur, ut Alexander Aphrodiſęus, ſic ratiocinādo, quod poſſumus dicere, quod actio carnis in manu eſt alia ab actione oſſis propter mollitiem & humiditatem carnis, & duritiem & ſiccitatem oſ- cap. 4.

ſis

ſis,& non poſſumus dicere, propterquam complexionem,aut compoſitionem actiones ſenſus differunt ab actionib. intellectus,& actiones intellectus ab actionibus uirtutis motiuę,ſiue iſtæ uirtutes ſint proportiones,ſiue aliquod conſequens proportionem,hæc Philoſophus. eãdemque rationem infert 1. de Generat.& Corruptione,impoſſibile eſt aĩam eſſe elementũ,aut aliquod ex elementis,actiones.n. atq; paſſiones aĩę nõ poſsũt ex illis afferri. Amplius duplex eſt mixtio in nobis,una cuiuslibet membri particularis,altera totius corporis uniuerſalis. modo ſi anima fit ex diuerſa elementorum mixtionę, quodlibet membrum haberet particularem animã, & totum corpus uniuerſalem animã,niſi eſſet,quod anima in nobis cauſaretur ex uniuerſali mixtione elementorum in corpore, ſed hoc eſt falſum, uniuerſalis enim mixtio elementorum eſt uniformis, actiones autem animæ, atq; potentiæ eius ſunt difformes,ergo. Præterea mixtio elementorum in corpore non conſtat in puncto, ut inquit Philoſophus 2.de Gener.& Corrupt.modo,ſi intellectus poſſibilis,ſeu anima intellectiua cauſaretur ex mixtione elementorum,cauſaretur utique ex aliqua latitudine qualitatum,uel formarum.quod autem producitur ex huiuſmodi latitudine,non eſt niſi extenſibile atque diuiſibile ad diuiſionem earum : itaque intellectus noſter fuiſſet extenſibilis : quod autem eſt extẽſibile, non poteſt ſe intelligere in pũcto, infiniti.n. ſunt puncti, neq; in partes,diuiſibile.n.eſt in infinitũ. Vlterius, unũ fundamentũ apud Philoſophũ cõſtat,quod ex materia ideo ꝑducitur forma, ꝙa materia eſt in potẽtia;ex materia.n.formata, ut eſt formata,nulla forma ſit poſſibilis ꝑduci;propterea intelle-

ctus

Digitized by Google

ctus poſſibilis, ut eſt forma, non producitur ex miſcibilibus formatis, niſi quatenus ſunt in potentia ad intellectum. potentia autem illa, uel eſt potentia propinqua ad ipſum intellectum, uel remota. ſi primum, hoc erit contra Alexandrum 12. Metaphy. co. 24. quod ex conueniēti propinquo ſubſtantiali nō fit aliquod ultra ſuam ſpeciem: ſi autem ſecundū, ergo ex mixtione elementorum. aliter non fieret hæc forma, niſi tantum ex potentia primæ materiæ. Amplius, ordo eſt entium, ut ait Ariſt. in libr. de Partibus Animalium, iſte ſcilicet, quod natura ſit inferior anima, & anima inferior intelligentia: intelligentia autem inferior Deo Opt. Max. ideo, quemadmodum Deus influit omnes bonitates intelligentiis inferioribus, dirigendo actiones earū ad ipſum, ut ait Auctor de Cauſis; ita anima noſtra typū quēdam, (ut ita dicam) imprimit ſuæ formæ in natura omnes actiones eius dirigendo ad uirtutem animalem, ut dicit Albertus cognomento Magnus, in tractatu de Origine Animæ. id circo ſicut Deus Opt. Max. præcedit omnia entia, ita anima noſtra, neceſſe eſt quod præcedat omne opus naturæ; adeo, quod ab opera naturali effici non poſſit; immo omnia naturalia, & naturaliter concurrentia ordinata ſunt materialiter ad uirtutem animantem. uiſo igitur atque deſtructo principali fundamento Alexandri, conſequens eſt nobis credere intellectum noſtrum eſſe ſeparabilem ab omnibus conditionibus materiæ ſecundum doctrinam Ariſtotelis, & hoc manifeſtius uidebitur intuendo mentem eiuſdem Philoſophi, in textibus ab eo de hac materia pertractatis, primo in 2. de Anima ſeparabile eſt hoc ab hoc, ut perpetuum a corruptibili; peto Alexandrum, de

Digitized by Google

quo Ariſt. ibi intellectu intellexiſſe uidetur? an de intellectu agente, uel de poſsibili? nō primum, quia ibi Philoſophus aſſignat comparationem inter animam intellectiuam & ſenſitiuam: ſi intellectū agentem intenderet, non reſponderet quæſito. ipſe enim apud Alexandrum eſt Deus: ſi autem de ſecundo intendiſſet haberem intentum, ergo intellectus poſsibilis eſt hoc perpetuum. Nec ualet, quod Ariſt. ibi intellexit ſeparabilitatem tantum potentiæ ab obiecto. ſi enim intenderet hanc ſeparationē, non dixiſſet, ut perpetuum a corruptibili, niſi eſſet potentia perpetua. Vlterius, ſi Philoſophus intellexiſſet hoc, quod nonnulli obijciunt, non haberet quod intendit; ipſe enim comparat hanc potentiam intellectiuam potentiæ ſenſitiuæ, ſecundum quod hęc potentia ſit actus corporis. Præterea, quando Ariſt. dicit primo de Anima quoniam ſi corrumperetur magis dignum eſſet ut corrumperetur in fatigatione, quæ eſt apud ſenectutem: ſed hoc inſpicitur eſſe falſum, ergo: peto quem intellectum Philoſophus intellexit nō eſſe corruptibilem in fatigatione ſenectutis? non agentem, comparat enim Ariſt. animam, quæ mouetur ad motionem ſubiecti intellectui, & hoc non agenti, ipſe enim uere eſt Deus immobilis ſeparatus ab omni materia, ergo intellectui poſſibili: intellectus igitur poſſibilis eſt incorruptibilis. Amplius, quando dicit Philoſophus primo de Anima, intelligere, & cōſiderare marceſcunt alio quodam interius corruptio, ipſum autē impoſsibile eſt; peto, quod ſi intellectus poſsibilis (ibi. n. manifeſte Ariſ. loquitur de intellectu poſsibili) fuiſſet corruptibilis; quare non dixiſſet, intelligere autem & conſiderare corrumpuntur interius quodam corrupto? ſed tan

Digitized by Google

tum, marceſcunt, quia manifeſte aſsignat in corruptionem intellectus poſſibilis. nec ualet ad hoc reſponſio eorum qui ſecuti ſunt Alexandrum, quod corruptio intellectus poſsibilis uere nō cōtingit ab obiecto corruptibili; ſecus autem eſt ipſum non eſſe corruptibilem ſecundum ſubiectum: ſequitur. n. philoſophus, intelligere aũt, aut amare aut odire nō ſunt illius paſſiones, ſed huius habẽtis illud ſecũdũ quod illud habet; quare, & hoc corrupto, neque memoratur, neque amat, & c. dico, illud compoſitum cuius ſunt iſtæ pasſiones, uel intelligit Philoſophus quando ait, ly. ipſo corrupto corrumpi a potentia materię, uel ab obiecto. non ſecundum, ipſum enim compoſitum corruptibile eſſe tantum a potẽtia materiæ, non autem ab obiecto manifeſtum eſt; ergo, ille paſsiones, quæ non corrumpuntur ad corruptionem compoſiti, nón eſt neceſſe, quod corrumpãtur cauſa potentiæ materię: ipſum autem intelligere non aſsignat corrumpi ad corruptionem compoſiti, quando dicit, quare & hoc corrupto neque memoratur, neque amat. ergo intelligere atque conſiderare marceſcunt alio quodam interius corrupto, ſcilicet organo; ideo, ſi intellectus posſibilis eſſet productus de potentia, uel aliis conditionibus materiæ, neceſſario fieret organicum, ac materiale; & ſic non marceſceret, ſed corrumperetur utique interius illo corrupto, ipſum autem impasſibile eſt. Vlterius, quando dicit Philoſophus. 3. de Anima. impasſibile ergo ipſum oportet: dico, quod ſi intellectus posſibilis fuiſſet corruptibilis, nō eſſet impasſibilis, nec ualet ad hoc reſponſio Alexãdręorum, Ariſt. ibi intellexiſſe intellectum impasſibilẽ tantum eſſe ab obiecto, quia ſi fuiſſet materialis

Digitized by Google

eſſet posſibilis, fuiſſet enim ſicut ſentire, cuius potentia eſt materialis; ideo ad differentiam huius potentiæ ſenſitiuæ dicit Philoſophus, impasſibile ergo ipſum oportet. Prçterea, quando dicit Ariſt. 3. de Anima, ſenſitiuum non eſt ſine corpore, hic uero ſeparabilis, cuius intellectus hanc ſeparationem innuit? non agentis, ut omnibus manifeſtum eſt; ergo intellectus posſibilis, modo, comparando intellectiuum ſenſitino, ſi ſenſitiuum non eſt ſine corpore, ita quod non ſeparabile a corpore, neceſſe erit, quod hic ſit ſeparabilis a corpore, & ab omnibus conditionibus materiæ. Præterea, non dixiſſet philoſophus profecto. 3. de Anima. unde neque miſceri rationabile eſt ipſum corpori. ſi apud eundem Philoſophũ intellectus posſibilis fuiſſet materialis, eſſet enim ut quid admixtum corpori, nec ualet ad hoc reſponſio eorum, qui ſecuti ſunt Alexandrum, Ariſtotel. ibi tantum intellexiſſe, intellectum non miſceri corpori, quo ad obiecta, ſecus autem, quo ad ſubiectum. cur enim moueret 12. text. in eodem libro, quæſtionem de imposſibilitate intellectus posſibilis, quo ad obiecta. non enim dubitaret utique Philoſophus, quod ab eo ſatis tex. quarto determinatum ſit. Amplius, Ariſto. in eodem libro ſe plane declarat tex. 6. quare ſit neceſſe, quod ſit nõ admixtus corpori. ſi enim, inquit, eſſet admixtus corpori, tunc eſſet calidus, aut frigidus, aut haberet inſtrumẽtum ſicut habet ſentiens. ſed nõ eſt ita. nulli igitur dubium eſt, quod calidus aut frigidus non euaderet a corpore, tanquam a ſubiecto, aut quod inſtrumentum non haberet utique a ſubiecto, ſicut ſentiens. Amplius, Ariſt. 12. Metaphy. quærit, ſi eſt aliqua forma, quæ poſterius remanet,

net,ſcilicet poſt corruptionem compoſiti,& ibidem inquit,quod nō ſit impoſſibile,nec prohibet aliquã formam remanere poſt: peto igitur, quæ forma erit, cuius natura permanendi ſit poſt corruptionem cō poſiti? non aliqua ſubſtantiarum abſtractarum, ipſę enim non ſunt formæ compoſiti corruptibilis. nec intellectus agens, ipſe enim eſt Deus apud Alexandrum. ergo erit aliqua forma compoſiti corruptibilis; non anima, ut ipſe ibi manifeſte aſſignat, ergo intellectus poſsibilis: illud autem, quod Alexandrei ad hoc reſpondent, Ariſt. ibi non ſenſiſſe intellectũ abſolute, atque ſimpliciter, remanere poſt corruptionem compoſiti, niſi tantum fortasſis; dico, quod nihil eſt ad rem, quia Ariſt, ibi non prohibet ſimpliciter atque abſolute aliquam formam remanere poſt; quod autem dicit fortasſis, nulla alia de cauſa, niſi quia illius operis, ſcilicet Metaphy. non erat ſtudiũ oſtendere intellectum remanere poſt. Amplius, illud fortasſis, non de intellectu, ſed tantum de anima intelligendum eſt, omnem nanque (ait) animam fortasſis impoſsibile eſt, & c. & ſi aliqui etiam dixiſſent, quod Ariſt. ibi tantum conditionaliter loquitur, ueluti, ſi anima talis & c. dico, quod hæc obiectio nullius uigoris eſſet, nãque dicit abſolute. quod autem dicit de anima, propterea dicit, quia nonnulli exiſtimarunt, & formam informantem remanere poſt. Vlterius, ſi intellectus poſsibilis non eſſet ſeparatus omnino a materia ſecundum doctrinam Ariſtotelis, ratio eiuſdem Philoſophi nihil concluderet de intellectu intellectus poſsibilis, quando dicit 3. de Anima. eſt etiam intellectum ſicut intellecta; formare enim per intellectum, & formatum per intellectum, quæ ſunt extra materiam idem ſunt. Præ-

terea

terea, cur Ariſt. dixiſſet 3. de Anima, & hic etiam eſt abſtractus. ſcilicet intellectus agens, niſi in præcedē tibus, intellectum poſſibilem eſſe abſtractū intendiſ ſet? Vltimo denique animaduerte candide lector rationem quandam, quam omnes illi, qui Alexandri doctrinam ſecuti ſunt, euadere non poſſunt. habemus enim Ariſt. 2. de Generatione Animalium ca. 3. inquirentem, utrum anima intellectiua ſit producta ex potentia ſeminis, ſicut cæteræ animæ inferiores. ex quibus diligenter inueſtigatis cōcluſit, quod licet anima uegetatiua, atque ſenſitiua, ſit producta ex potentia ſeminis; intellectus tamen aduenit deforis. peto Alexandrum, de quo intellectu Ariſtotel. intellexiſſe uideatur, cuius natura ſit deforis adueniendi? non de agente, ipſe enim eſt Deus Opt. Max. apud te ò Alexander; nec eſt credendum Ariſt. in dubio unquam extitiſſe, utrum intellectus agens Deus Opt. Max. ſit productus ex potentia ſeminis. nec fuiſſet dignum tanto viro, qualis fuit Ariſto. quod poſt animas productas ex ſemine immediate tranſeat ad intellectum agentem, qui nullius comparationis ſit cum animabus inferioribus: & intellectum poſſibilem propinquiorem ei ſilētio pertranſeat. igitur intellexit de intellectu poſſibili. conſtat igitur ſecundum doctrinam Ariſtotelis, animā intellectiuam non eſſe cauſatam ex diuerſa mixtione elementorum, ſed eſſe abſtractam omnino a materia.

Laus Deo, & Virgini.

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google